UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

Liber Secvndvs

urn:nbn:de:hbz:466:1-51132

Visual Library

DE STVDIO PERFECTIONIS LIBER SECVNDVS

QVO

PRAXIS ET NEGOTIATIO SPIRITVALIS TRADITVR.

Negotiamini, dum venio. LVC. 19.

CARISSIMIS FRATRIBVS PRAXIM AC NEGOTIAtionem spiritualem.

ARBITROR aliqua ex parte me votis dubiisque vestris, amantissimi fratres, respondisse, iis praesertim qua ad Theoriam spectant: valent vero plurimum ad demittendos animos, suique Deique cognitionem, & maxime gratia assertoris nostri Domini Iesu Christi assequendam. Sed Praxim potissimum optastis. Eam trado, quàm possum perspicuitate: nam abdita illa animi, diuinaq; gratia, difficulter oculis proponuntur. Parùm prosunt, quæ priori libro diximus nisi Praxis accedat. Præsentia Dei

Dei consideratione plurimi re-
formidãt; quod ardua res sit, mo
lesta, & perdifficilis. In hoc potis-
simum laborauimus, vt exerci-
tium hoc cum voluptate suscipi-
atur. Discussionis seu Examinis
nomen, vt asperum ac tetricum,
re proposita facilitate variisque
figuris reddimus sapidum atque
optabile. Praxim virtutum, Ca-
ritatis, Fidei, ac Spei, (quæ bases
virtutum aliarum sunt) delibã-
di gratia porrigimus: vt cetera-
rum exercendarum in vobis sitis
ac desiderium accendatur. Ne-
gotiatio spiritualis ad Caritatẽ
pertinet: Fidei ac Spei suus cuiq;
tractatus tribuitur. Negotia- Luc. 19.
mini (ait Christus) dum venio.
Sola scientia ne contenti sitis: illa
namque lucrum reportat nullũ;

vt

vt pecunia otiosa. Nec cib. mensæ
appositus nutrit, nisi ori admo-
ueatur, & in stomachũ trãsmit-
tatur; nec arma muniunt, nisi in-
duantur; nec ædificia sine operis
consurgunt. Idem sane in Negotiatione spirituali accidit. Si Ca-
ritas sit otiosa, lucrari desinit; ani-
mũ nequaquã pascit: vincimus
tentationũ impetu: ædificium spi-
rituale non modo non surgit, sed
etiã corrumpitur quod exstructũ
Greg. hom. 30. in Euang. est. Deniq; Amor Dei numquã
est otiosus: magna operatur, si
est: si autem operari renuit, A-
Ioan. 6. mor non est. Operamini cibum
qui non perit. *In Praxi fructus*
est, laus est, gloria, & exultatio.
Ad experientiã prouoco. Domi-
nũ Iesum Christũ ex animo dilige-
te, illũ pro me precamini. Valete.

D E

DE STVDIO

PERFECTIONIS LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Deum vbique esse præsentem, intueri omnia, omnia perficere ac operari.

AD Dei præsentia Praxim nostram exordimur; quod ea via quædam compendiosa sit, & quasi multorum adminiculorum, quibus ad PERFECTIONEM veniatur, complexio. Initium est & quasi exemplar illius beatitudinis: ita enim viuunt beati, vt eum semper intueantur, semper ament; à bonis operibus, à laudibus nunquam cessent; in hac ipsa semper versentur; Dei voluntatem exquirant & exsequantur; ipsi quoque supremo

Laus conceptæ Dei præsentiæ. 1.

2.

premo Regi, quando lubet, loquantur; in
exultent, &, gaudijs illius immersi, omni do
lore & tristitia vacent. Idem accidit ijs, qu
Deum oculis animi obuersantem statuunt: sin
gulari enim beneuolentia ipsum complectun
tur, ei colloquuntur, laudant, &, quantum in
manæ vires ferunt, à bono opere actuque
terno non cessant; eum in rebus agendis co
sulunt, eiusque sanctissimum beneplacitu
sequuntur; denique tanti amici præsentia e
nimi suauitate, pace, gaudioque perfruuntur
quæ sensum sermonemque omnem vinci
superat.

2. Cetera adminicula parum proderunt, n
Dei conspectu recesserimus; cuius conside
tio mala omnia profligat, consilia optima
gerit: dissolutus enim animus, & minime
præsens, parum idoneus est ad res bene ge
das; facileque bona collecta dissipat, dum
quidem intra rationis limites potest contin
etenim si adeo seipsum effundat, vt vix ad
uerti, vix sese colligere valeat; quomodo c
stia dona, cogitationes diuinitus immissas,
ctaque proposita conseruabit?

Difficultas præsentiam Dei inducẽ di ac conseruandi. 1.

3. Horrent quamplurimi hoc exercitium,
vel nunquam aggrediuntur, vel susceptum
linquunt: quod arduum nimis, & supra v
humanas esse videatur: timent nimirum a
bertatem vagandi, cogitandi, agendique
velint, retinere non valeant. quis enim, q
præsente, animo versare dolos, machinari m
re

teralteri, sordes cogitatione ac voluntate vo-
lere, quis opere complere exterius, quis scur-
rilia ac maledicta proferre audeat? quis denique
pecudum more ingurgitare se, bacchari, peie-
rare præsumat eo præsente, qui romphæam an-
cipitem tenet in manibus? qui clauem mortis
habet & vitæ? qui potest occidere, & in gehen-
nam præuaricatorem mittere? Cum hoc ex-
cutio de præsentia Dei libertas carnis consi-
stere non potest: prius manus mentemq; pur-
gent, atq; internum oculum; sicque idonei inue-
niantur Christi iudicio: *Beati* (ait) *mundo corde,* *Matth. 5.*
quoniam ipsi Deum videbunt.

4. Alij, etsi bene viuere velint, tamen nolunt 2.
subire molestiam; rati vitam hanc fore miseram
atqua nullum humanum solatium affulgeat:
& tristitia absorptum iri, si cum Deo assidue
versentur; attentionem nimiam caput ex-
haurire: denique, quicumque velit hoc vitæ ge-
nus aggredi, eum reputari velut inter mortuos:
ponere valedicat rebus omnibus, cœlo, terræ,
mari, & igni: sensibus omnia oblectamenta
detrahat: oculos omnino claudat: ostia cir-
cumstantiæ ori suo admoueat; linguam mem-
braque omnia ne moueat: &, tanquam Princi-
pi magno assistat, decenter sese componat. Hæc
facile homines abducunt, à cura ac studio sibi
Deum repræsentandi: fateor: nemo ibit infi-
cias, difficile id est: &, nisi prudenter procedat,
ipse, exercitium hoc nonnunquam dæmonis il-
lusionibus erit obnoxiũ. cui opportune reme-
dia adhibebit prudẽs aliquis director, ad quẽ re-

currere necesse est in dubiis: ex cuius ore pendere, illum loco Dei tenere, sua omnia manifesta esse, adeo è re illius erit, qui hoc exercitio animum cupit expolire, vt illud vnicum præsidium (Christo auctore) firmissimum ac pæne vnicum ad cacodæmonis artes dissoluendas esse videatur. Nec admodum quenquam mouere debent difficultates allatæ: scribimus enim virtutis amantibus, PERFECTIONIS studiosis, qui

Psal. 43. mori non recusant, & *mortificari tota die, demum aestimari sicut oues occisionis*; qui cum Paulo dicunt:

Phil. 1. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum*: *Mihi*

Gal. 6. *gloriari nisi in cruce Domini nostri* IESV *Christo confixus sum cruci*: *Mihi mundus crucifixus*

Gal. 2. *est, & ego mundo*: *Nemo mihi molestus sit, ego*

Gal. 6. *Ibidem.* *stigmata Domini* IESV *in corpore meo portare*

2. Cor. 4. *& mortificationem* IESV *in corpore meo circumferre.* Sic (inquam) difficultates allatæ, crepundia sunt puerorum, quibus aliquando homines amantes facile implicantur.

Considerationes pro Dei præsentia concipienda.

5. Sed nullo negotio ruent ac dissipabuntur nebulæ istæ, si cœlitus sol iustitiæ radios aliquos transfundat, & considerationes è Scripturis Patribus desumptas opponamus; inter quas prima est: Quantumcunque mortales Deum

1. *Deum esse vbique præsentem.* seque ipsos negligant, (lumine rationis & fidei in rebus agendis curaque atque animaduersione præsentis Numinis prætermissis) nihilominus *certum indubitatumq; est, re ipsa Deum in omnibus rebus esse; omniq; loco, quantumuis abdito: nec vllo potentia, virtute, aut industria excludi posse*, necesse est nostra cogitatione vt omni loco præsens sit,

sit, cum vbique existat, etiamsi Angelicus humanusque intellectus vel non foret, vel idipsum non conciperet. Hinc sapientissime Seneca etiam auctor Ethnicus: *Sic certe* (ait) *viuendum tanquam in conspectu viuamus; sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum inspicere possit: & potest: quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? nihil Deo clausum est: interest animis nostris, & cogitationibus medijs interuenit: sic interuenit, dico, tanquam aliquando discedat.* Hæc Seneca. Hãc veritatem si homines apprehenderent, sua se sponte inducerent ad obsequium deferendum Deo, omni loco degenti: non enim putandum est diuinum Numen in cœlo totum ac perfectum videri, secundum essentiam ac præsentiam eadem; nobiscum vero secundum potentiam contaxat: vt Reges, qui in regia personaliter ac realiter consistunt, auctoritate vero in toto regno esse censentur. Totus est Deus in vniuerso mundo, & totus in partibus singulis; & perfecte quidem, vt statim dicemus. Si enim id animæ corpus informanti tribuimus, vt tota sit in toto corpore, tota similiter in minimo digito, ac requis particulis corporis; quid mirum si id in Deo veneremur, qui spiritus est, & spirituum conditor? Dicebat Salomon: *Quis poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum? Si cœlum & cœli cœlorum capere eum nequeunt; quantus ego sum, vt possim ædificare ei domum? Excelsior cœlo est*, (ait Iob) *& quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?* & ipse Dominus per Amos Prophetam: *Si descenderint vsque ad infernum, inde manus*

Lib. 12. *ep.* 84.

2. *Paral.* 2.

Iob 11.

Amos 9.

nus mea educet eos; & si ascenderint vsque in cœlum,
Psalm. 138. *inde detraham eos.* Denique Regius Propheta: *Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me.* Augustinus vero pie sic meditatur, *Ibique Deus es, & vbique totus: qui sentiri potes, videri non potes; qui nusquam dees, & tamen ab omnium cogitationibus longe es; qui nec ibi deus, vbi longe es: quia vbi non es per gratiam, ades per vindictam.*

In Man. incip. Quoniam in medio laqueorum, c. 1. tom 9.

Consideratio 2. Deū omnia videre.

6. Hæc consideratio momentum habet, maius altera; quæ non tantum Deum in rebus omnibus existentem, sed cuncta videntem, penitusque intuentem nobis proponit: parum enim foret vbique ipsum versari, si nos videre non posset. Hæc vero consideratio adeo nos cellere deberet, vt nihil agere, ne hiscere dem auderemus sine ingenti timore ac tre re, proposito nobis diuino Numine, cuius perspicaces sunt oculi, cuique rationem re re oportebit omnium gestorum; quorum æquissimus futurus est & testis & iudex. Qu hanc considerationem fortissime inculcant bis sacræ paginæ. *Oculi Domini contemplantur uersam terram. Ipse enim fines mundi intuetur, & mnia quæ sub cœlo sunt respicit. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.*

2. Par. 16. Iob 28. Prou. 15.

Deum videre internas cogitationes.

At dices Deum quidem intueri opera nostra sed internas cogitationes eum latere. Non ita; quid enim sanctus Rex ijs qui dicebant

Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob, respondet? *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Dominus scit cogitationes eorum, quoniam vanæ sunt.* & Isaias: *Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos? & quis nouit nos?* quod D. Augustinus diserte confirmat. *Tu es vere*, inquit, *Dominus Deus; Deus inuisibilis; inæstimabilis, incircumscriptus, spiritalis, immensus, incomprehensibilis; vbique totus, vbique præsens; ineffabiliter omnia continens, omnia penetrans, omnia sciens, cuncta prospiciens, omnia potens, vniuersa gubernans; totus in cœlo, totus in terra, totus etiam vbique.* Vnde profecto magna nobis incumbit necessitas illum præsentem contuenti, ne incuriæ nostræ ac inconsiderationi succenseat, qui omnia agimus perinde ac si cæcum Deum arbitraremur, videamurque assentiri ijs qui dicebant, *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.* *Psal. 93.* *Isaiæ 29.* *Lib. de Speculo, c. 3. tomo 9.* *Psal. 93.*

7. Credimus diuinos oculos videre omnia, sed forsan cordium nostrorum intentiones fineſque abditos non vider. Omnino videt: non enim tantum Deus vbique est, aut opera qualitercumque diiudicat, sed & *penetrabilior est omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis: & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius.* Addit interpres D. Chrysostomus; *Aperta autem Græce dicitur* τετρα- *Deum videre intentiones cordium nostrorum.* *Heb. 4.* *Chry. orat. 7. in c. 4. ad Heb. to. 4.*

τετραχηλισμένη, id est, resupinata, à metaphora pe[cudum] *lium quæ extrahuntur à victimis. Quomodo enim quan[do] do quispiam illis iugulatis pellem à carne abstraxerit, omnia quæ sunt intus aperit, & nostris oculis reddi manifestazita etiam Deo clara & manifesta proposi[ta] sunt omnia.*

Quid vero mirum si Deus præsens vbique sit, & videat singula? perficit enim omnia opera nostra, eaque nobiscum operatur; dat vnicuique rei vt sit, vt agat, vt moueatur, vt viuat, quæ de re sapienter Diuus Thomas: *Deus* (ait) *est in omnibus rebus; non quidem sicut pars essentiæ, vel sicut ac-* 1.p.q.8. ar. 1. *cidens, sed sicut agens adest ei in quod agit: oportet enim omne agens coniungi ei in quod immediate agit, & sua virtute illud contingere. vnde in 7. Physicorum probatur quod motum & mouens oportet esse simul. Cum autem Deus sit ipsum esse per suam essentiam, oportet quod esse creatum sit proprius effectus eius, sicut ignire est proprius effectus ipsius ignis. hunc autem effectum causat Deus in rebus non solum quando primo esse incipiunt, sed quam diu in esse conseruantur, sicut lumen causatur in aere à sole, quam diu aer illuminatus manet. Quam diu igitur res habet esse, tam diu oportet quod Deus adsit ei secundum modum quem esse habet: esse autem est illud quod est magis intimum cuilibet, & quod profundius omnibus inest, cum sit formale respectu omnium quæ in re sunt: vnde oportet quod Deus sit in omnibus rebus, & intime.* Hæc sanctus Pater; qui adeo exhausit copiam omnem dicendi, & explicandi Numinis diuini præsentiam, vt nihil addi posse videatur.

O quam profunde animos nostros penetrare de-

rent verba illa Dei per Ieremiam pronuntiata: *Ego Dominus scrutans cor, & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum!* Duplici namque ratione operum nostrorum testis erit Dominus. Vna, quod scrutetur ac videat omnia, testisque futurus sit oculatus: altera, quod in ijs efficienter cooperetur. Fortior & irrefragabilior testis inueniri non potest, quam qui in opere pars fuerat Deus omnia opera nostra operatur. Credetur ei, & sententiam feret æquam, dum vnicuique iuxta viam suam ac fructus adinuentionum suarum restituet. D. Augustinus, scribens ad Fortunatianum Siccensem Episcopum, hanc veritatem paucis egregie comprobat. *Ego*, ait, *sic quod Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est, quia omnia videt: totus manus est, quia omnia operatur: totus pes est, quia vbique est.* *Ierem. 17.* *Duplex ratio qua Deus testari de operibus nostris possit.* 1. 2. *D. Aug. epist. 111. sub finem.*

Quæ hactenus dicta sunt, eleganti discursu ac Laconice comprehendit S. Isidorus Episcopus Hispalensis. *Ante Deum*, inquit, *nihil est occultum. Verbum iniquum nec in corde tuo dicas. Verbum saltem nec silentio abscondi potest. Omne verbum absonum non celabitur: panditur enim in manifesto, quod in occulto deprimitur. Quod intus agis vel dicis, quasi positum puta. Lapides enim, quibus consciis lapsi sumur, non celabunt: & ipsi parietes, quod audierint, non tacebunt. Si homines taceant, iumenta loquentur. Ita ergo peccatum declina, quasi celare non possis: ibi pecca, vbi Deum esse nescis. Nihil celatur ante Deum: videt occulta, qui fecit abscondita. Diui-* *Lib. 2. Synon. c. 11.*

nis enim iudicijs eris reus, quamuis sis humanis abscon-ditus. Deus vbique præsens est. Spiritus eius totum im-plet. Maiestas eius omnia penetrat elementa. Cuncta suæ potentiæ attingit præsentia. Extra eum locus nul-lus est. Cognitioni eius nihil occultum est. Omnia se-creta vis virtutis eius irrumpit. Nulla se latere patitur, nullis obicibus, vt non penetret, impeditur. Ipse cogita-tiones nouit, ipse cor inspicit. Quod intus agitur aut latet, ipse videt: quod intus disponitur, ipse compreben-dit: & iam quod homo in se ignorat, ille nouit. Hæc Isidorus. Ex quibus conficitur, non modo doctrinam hanc de Deo memorando perfectu vtilem esse, sed subinde necessario obseruandam, si à peccatis auelli, si præcipitia vitare volumus.

CAPVT II.

Numinis præsentis considerationem non modo peccatoribus esse necessariam, sed & iustis, ac PERFECTIONIS *studiosis.*

Necessitas præsentiæ diuinæ conquirenda lapsis.

1. 8. QVi enim à peccatis volunt liberari, necesse est sese ad Deum conuertant per fidem; & spe magna nixi ardenter peccatorum veniam petant: amoreque in Deum concepto illi perpetuo nexu adhærere proponant, quam necessitas eo loco habenda est, vt sine ea nemo qui peccato letali sese inquinauerit, salutem

posſit sperare. Esther, odio Principis Aman condemnata ad mortem cum toto populo, gratiam petitura Regem accessit. *Ingressa igitur* (ait historia) *cuncta per ordinem ostia, stetit contra Regem, vbi ille residebat super solium regni sui, iudutus vestibus Regijs, auroq; fulgens, & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu: cumque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset; Regina corruit, &, in pallorem colore mutato, lassum super ancillam reclinauit caput. Conuertit q; Deus spiritum Regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exsiluit de solio, & sustentans eam vinis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes, Esther? ego sum frater tuus, noli metuere, non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum. Cumque illa taceret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non loqueris? Quæ respondit: Vidi te, domine, quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ: valde enim mirabilis es, domine, & facies tua plena est gratiarum. Cumq; loqueretur, rursus corruit, & pæne exanimata est.* Esther 15. Dei præsentis consideratione peccatorem terreri, & à peccatis auelli, Deoque reconciliari, hac excellenti figura eleganter exprimitur. Quæ enim Esther damnata cum toto populo suo, nisi peccator, qui à Mardochæo, mundi Saluatore, excitatus, cum Deo nititur in gratiã redire? At vbi sordium vitæ præteritę venit in mentem, & Dominum Maiestatis versat animo, dum considerat iratum Numen, coram quo curuatur orbis,

quem

quem adorant dominationes, tremunt potestates, ad cuius vocem quatiuntur fundamenta terræ, & (vt ait Propheta) *ante faciem frigoris eius quis sustinebit? oculi* namque *eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, & de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso pentiat gentes*: quis talem Dominum præsentem cernens, in peccato perseuerare audeat? At Dominus, qui præparationem cordis nostri aure benigna percipit, pœnitenti occurrit, & vel minima animi demissione se flecti permittit. Respexit Petrum, & is conuersus fleuit amare. Occurrit radians illa Maiestas Paulo, qui corruit in terram, victaque manus porrigens dixit: *Domine, quid me vis facere?* Expauit Manasses, Deum in se iratum sentiens; ceruicemque pertinacem inflexit, & peccatum confessus est. Subinde namque potentiæ suæ fulmine & iræ furore cõtumaces adeo percellit, vt ij postmodum cerucem duriorem placato Domino subijciant. *Leo rugiet, quis non timebit?* Sic ergo peccatores, timore præsentis Dei confixi ac perculsi, fateri cõguntur: *Vidi te, Domine,* lumine gratiæ tuæ præcinctum, quem nunquam præsentem confiderameram, non modo *quasi Angelum* Dei, sed *Deum* Maiestatis; *& conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ: valde enim mirabilis es, Domine, & facies tua plena est gratiarum.* Ad hæc mox solatur benignissimus Dominus, & virga aurea collum nostrum percutit. Illa virga sunt Sacramentorum formæ, aut Dei miserentis benigna condonatio. Percussit Moyses virga mari sa-

Psal. 147. Apoc. 1. & 19. Psal. 9. Luc. 22. Act. 9. Amos 3. Esther 15. Exod. 14.

quas,

quas, & submersi sunt omnes Ægyptij, populus vero Dei incolumis euasit. Percutit Sacerdos aquas baptismales vitæ verbo, tanquam virga aurea, & peccata omnia submerguntur, Deique cultor saluus emergit. Hac virga contingere Dominus dignatus est Mariam Magdalenam: quæ cum dolore timoreque perculsa corruisset ad collum ancillulæ, id est, à se plane deficiens, diffidentiæ diuina bonitate nixæ caput inclinasset; audiuit tandem: *Remittuntur tibi peccata,* Luc 7. quæ etsi quasi exanimata ad pedes Domini corruisset, eos lachrymis suis rigans, capillisque abstergens, audiuit rursus, *Vade in pace*; magnique Regis & reconciliationem & amicitiam promeruit.

2. Beatus Ephræm hanc doctrinam verbo & exemplo optime stabilit. *Qui lasciuis*, ait, *effusi sunt concupiscentiis, curis atque solicitudinibus plena est vita eorum; quin & recordationis ipsius Dei oblitionem capiunt, quo peius grauiusq; est nihil. Nam continua Dei recordatione turpes animæ passiones recedunt; instar maleficorum, prætore accedente; vnde & mundum Spiritus sancti habitaculum efficitur: vbi vero memoria Dei abest, ibi tenebræ cum fœtore dominantur, omniq; res improba exercetur.* Lib. de virtute, c. 10.

3. Hæc Ephræm verbo: de eodem exemplum subijciam. *Cum Edessæ Ephræm diuersaretur, è vicinia mulier parum verecunda per fenestras eum prospexit: & petulantius cum ageret, & ad turpitudinem virum Angelicum sollicitaret, Placet, inquit, modo vnde eligendi mihi optionem dederis. Illa annuente, vrbem mediam delegit. Ecquid? ait illa; non erubescemus con-* In 2. vitæ eius, Operibus præfixa.

conſpectum hominum? Reſpondens magnus Ephrem, Si homines, inquit, erubeſcimus; multo magis Deum erubeſcere & timere oportebit, qui nouit etiam occulta hominum: quoniam ipſe eſt qui venturus iudicaturus mundum, & redditurus vnicuique ſecundum opera ſua. Hæc audiens mulier compuncta eſt ex verbis illius, & accedens procidit ante pedes illius, plorans, dicenſque: Serue Dei, deduc me in viam ſalutis, vt a multis meis malis operibusque improbis liberer. Sanctus autem ſenex, multis eam admonens, miſit in Monaſterium, & ſaluauit eius animam ex cœno ſtagnorum.

Iuſtis neceſſaria præſentis Dei conſideratio.

10. Hæc lapſis congruunt, qui præſentiæ D. conſideratione à peccatis reuocantur ad pœnitentiam. Quid iuſtis? certæ diuinæ præſentiæ ſeria contemplatio à lapſu facile nos vindicat ac præſeruat: & ſane longe magis quam lapſos. nam & cognitio illuſtrior, & beneficia ampliora, & caſus à tanto gradu formidabilior eſt. Si enim Dei benignitatem ſingulari cura ac præſidio me tueri conſiderem, eundemque *nunquam dormitare, nunquam dormire, qui cuſtodit Iſrael*, mei memoriam nunquam deponere, amicitiæ me oculis benigniſſime aſpicere: qui fieri poterit, ſine ingentis ingratitudinis labe, vt iterum memoria eius depoſita me in priſtino peccatorum volutabro pœnitentiæ voluam?

1.

Pſal. 120.

Soliloq. c. 14.

Hoc argumentum tractans D. Augnſtinus, neceſſitatem nobis incumbere maximam ſtabiliendi hanc Dei præſentiam animo perpetuo contemplandi & retinendi. *Greſſus meos*, ait, *ſemita mea cuſ-*

cōsideras, & die noctuque super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans, speculator perpetuus, veluti si totius creaturæ tuæ, cœli & terræ solitus, tantum me solum considereres, & nihil sit tibi curæ de alijs. Neq; enim tibi crescit lux incommutabilis visionis tuæ, si tantum vnum aspicias: neque minuitur, si innumera videas, & diuersa. & paulo post: *Dirigitur super custodiam meam stas, sicut si omnium curatus sis, & mihi soli intendere velis: semper quippe præsentem exhibes, semper te paratum offers, si me paratum inuenis. Quocunque iero, tu, Domine, me non deseris, nisi prior ego te deseram. Fateor quidem, quia quidquid facio, & quæcunque facio, ante te facio: & illud, quidquid est, quod facio, melius tu vides, quam ego qui facio: quidquid enim semper operor, tu pariter semper præsens assistis, vtpote perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, delectationum, & operationum mearum.* & inferius: *Cumq; hæc diligenter considero, Domine Deus meus, terribilis & fortis, timore pariter & ingenti rubore confundor: quoniam nobis magna est indita necessitas iuste rectegue viuendi, qui cuncta facimus ante oculos Iudicis cuncta cernentis.* Hæc Augustinus.

11. Enimuero si fragilitatem nostram consideremus, si hostes qui ceruicibus nostris imminent, si pericula omni tempore, loco, à quacunque parte, ac omni creaturarum genere parata contemplemur: si efferatam naturam nostram, quæ, nisi freno coerceatur, per varia præcipitia ruit incauta: quanta sit nobis necessitas huius præsidij, facile conspiciemus. Lapsus est Dauid sanctissimus, cecidit Salomon sapien-

2. *Probatur ratione.*

sapientissimus, oppressus est Samson fortissimus; qui non corruissent, si Deum sibi præsentem reddidissent. Quid ni & nos Dei immemores? Hoc freno sane indigemus equi indomiti. Non audet filius præsente parente familiam turbare, quod idem absente facere non formidat. Præsente magistro tacent audiuntque discipuli, qui, antequam veniret, insanire videbantur: ausine, quæso, fuissent, si vel per rimam aliquam se ab eodem obseruari cognouissent? Fugiunt latrones (ait D. Ephræm) in aduentu prætoris, qui detegi nolunt, nolunt suspendi. Non auderes immunditiam aliquam vel vnico homine præsente excitare in te; certe in præsentia patris tui non facies, non facies in præsentia Episcopi tui, non Principis, qui contra improbos gladium portat: & audebis, si Deum vibrantem fulgura, si romphæam voluentem conspicias, stipatum Angelorum vindicum myriadibus innumeris, patibula, equuleos, flammasque æternas minitantem? *Accipe*, ait Seneca scribens ad Lucilium, *& quidem vtilem & salubrem clausulam, quam te affigere animo volo. Aspice vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, vt sic tanquam illo spectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit, custodem nobis & pædagogum dedit, nec immerito. Magna pars peccatorum tolleret, si peccaturis testis assistat. Aliquem habeat animus quem vereatur, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O fœlicem illum, qui non tantum, sed etiam cogitatus emendat! O fœlicem*

Lib. 1. epist. 11.

lium, qui sic aliquem vereri potest, vt ad memoriam eius se componat atque ordinet! Qui sic aliquem vereri potest, cito erit verendus. Elige itaque Catum. Si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissiorem: mi virum Lælium; elige eum, cuius tibi placuit vita & oratio; & ipsius animum ante te ferens & ctus, illum semper tibi ostende vel custodem, vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores nostri se erigant. Nisi ad regulam, prava non corrigas Hæc Seneca.

2. Suadent SS. Patres virtutis ac PERFECTIONIS studiosis, si proficere velint, vt confirmant sibi quasi intuentem se virum integerrimum quempiam, cuius puritatem admirentur, cuius sanctitatem venerentur. vt is præsentia sua, ac vitæ proposita integritate, defectus ac errores nostros tacitus arguat, reprehendat, corripiat, increpet, &, ne labamur, impediat. quod documentum admodum salutare est, expedit Religiosos omnes sui Ordinis Patriarchas semper habere præsentes. nec falso id dicitur; est enim admodum probabile, singulorum Ordinum fundatores non modo actiones omnium alumnorum cognoscere externas, sed totius Ordinis ac singularum personarum cogitationes videre, cogitationumq; secreta rimari: hoc enim, auctore B. Thoma, aliisque Doctoribus, ad statum illorum pertinet, vt non tantum Dei conspectu fruantur, (quod omnibus Sanctis commune est) sed etiam quæ in Ordine suo fundato fiunt, singulari Dei privilegio, tanquam & Ordinis totius rectores, & tutores singulorum

3. *Præsentia Patroni.*

Fundatores, Ordinum, Religiosorum suorum videre actiones omnes. D. Greg. li. 12. Mor. c. 13. & li. 4. Dial. c. 33.

D. Tho. 1. p. q 12. a. 8. & 2. 2. q. 83. a. 4 ad 2. Caiet. ibid. Dur. in 4. d. 49. q. 3. n. 13. & 18. S. Bonau. in 3. d. 14. art. 2. Molina in 1. p. S. Th. ad q. 12 ar. 8. disp. 5. memb. 3. in fine.

lorum, perspecta habeant. quare etiamsi vel
mus tegere occulta conscientiarum nostrarum
ipsos latere non possunt. Hinc vero hic fructus
emerget, quod cum Religiosi singuli eximio
more atque obseruantia illos prosequantur qui
vitæ suæ duces sunt, ac conseruatores, sup-
sentiam illorum efforment, & ab illis se vide-
opinentur, à multis defectibus abstineant,
quos alias committerent, considerata nempe
eorum sanctitate, vestigijsque ad insistendum
relictis: sunt enim ipsi velut speculum Religi-
sorum, in quo boni filij, nimirum in paren-
vita, facies suas speculantur; vt vel macul-
næuos suorum vitiorum, vel prauorum
tuum ac consuetudinum rugas aduertant
re vbi contingit quempiam animo solutio
esse, turbari, aut à feruore deuotionis inci-
cere, ad se redeat, sibique & talem person-
vitam, & tacitam correptionem, quasi is co-
ageret, eumque audiret, constituat. Dub-
non est, quin accepturus sit malis suis re-
dium; & eo maius, quo hoc præsidio fre-
tius vti consueuerit. Quod exercitij genus
tantum ij vsurpare deberent, qui difficulta-
ac defectibus magnis laborant; sed & pro-
ctiores in studio virtutis, quibus haud abs-
rit, si singulis hebdomadibus, vel etiam die-
hanc sui recognitionem ad Praxim reuoce-
frequentissime in rebus agendis ad ipsum
rentem tanquam ad asylum recurrant.

4. Angeli tu-

13. Qui Religiosi non sunt, assumant Dei-
sis vel Ecclesiæ vel nominis sui Patronum,

scedentes deuoueant. Et ne quis excusationi *telaris*
locus sit, singulis hominibus à natiuitate Ange- *præsentiæ.*
lus deputatur; quem Pædagogum ac Magistrum
protectoremque cognoscamus, cuius præsen-
tiam vereamur, cuius audiamus monita, cuius
Dominum timeamus : habitat namque is in
cœlesti palatio; & (vt ait Dominus) *Angeli eorum* *Matth. 18.*
paruuli semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis
est, meritaque nostra Deo quotidie offerunt.
Quod si nos officio nostro deesse, si se conte-
mni Magister, sua monita negligi, Deum in po-
stremis haberi, immo oppugnari vitijs viderit:
iustas de nobis apud Deum querelas deponet,
protestabitur nos rebelles agere, Deoque
(quod impijssimum est) parere nolle, eundem-
que in die mortis nostræ testem infensissimum
experiemur. Raphaelem Tobias honorauit, *Exemplum*
Deoque tutelam & opes magnas, cum tempo- *Tobiæ.*
rales, tum spirituales, adeptus est. Non erubue- *In li. Tob.*
runt suorum Præsidum oculos fœdare mariti
reptem Saræ puellæ castissimæ, ideoq; Asmo-
daeus eos oppressit ac suffocauit. Illud dignum *Aliud.*
memoria, quod de quodam Societatis nostræ
sacerdote narratur: qui cum Angelo suo Præsi-
dieam reuerentiam deferret, vt, quotiescunque
portam aliquam ingrederetur, Angelo tutelari
primas in ingressu relinqueret, is tandem opi-
nione sua frustratus non est : nam quodam die
dum singulari studio locum eidem cederet, visi-
bilis Angelus transijt, & gratum sibi huiusmodi
obsequium esse declarauit.

4. Quod si vel hominibus vel Angelis id tri- 5.

Conscientia timenda.

buendum videatur, vt ne quid committamus quod purissimos eorum oculos possit offendere; quo timore aut horrore percelli debemus dum Deum omnia potentem audimus rebus omnibus interesse; nos in ipso viuere, moueri ac esse; & conscientiam, eius præconem, vel ex alta specula contueri! Sine cuiusquam iniuria hic verba Ethnici cuiusdam referam: vt Christiani videant quanta necessitas nobis incumbat diuinam præsentiam assidue contemplandi. *Ea deliberanda omnino non sunt,* ait, *in quibus est turpis ipsa deliberatio. atque etiam in omni deliberatione celandi & occultandi spes opinioq; remouenda est: satis enim nobis, si modo in philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet, si omnes Deos hominesq; celare possimus, nihil tamen auare, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui, cum terra dehiscisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneumq; equum (vt ferunt fabulæ) animaduertit, cuius in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine insigne, anulumq; aureum in digito; quem vt detraxit, ipse induit: (erat autem Regius pastor) tum in concilium pastorum se recepit; ibi cum palam eius anuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat; idem rursus videbatur, cum in locum anulum inuerterat. itaque hac opportunitate anuli vsus, Reginæ stuprum intulit, eaq; adiutrice Regem dominum interemit, sustulitq; quos obstare arbitrabatur: neque his quisquam eum facinoribus potuit videre, sic reperto anuli beneficio Rex exortus est Lydiæ. Hunc ge-*

Cicero lib. 3. Officior.

Act. 17.

tuipsum anulum si habeat sapiens, nihil plus sibi fore putet peccare, quam si non haberet: honestum enim bonis viris, non occulta, quæruntur. Hæc ille.

Verum si nec homines nec cœlites nos vident, quid timendum putas, cum sine arbitro cogitiam perpetrem? Certe te saltem facinus tum latere non potest: caue tibi à teipso; si tem sciueris, totus orbis resciet: nec accusatorem habiturus es grauiorem, quam teipsum, conscientiam tuam: & quidem apud teipsum: nam quietem tibi ipsa nullam concedet. *Iussisti, Domine,* ait Augustinus, *& vere sic est, vt pœna sibi sit ipsi inordinatus animus. Magna est vis conscientiæ,* ait quidam, *magna in vtramque partem: vt nemo timeant qui nihil commiserint; & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccauerint.* vnde Horus: *Omnia fugere poterit homo, præter cor suum: non enim potest à se quispiam recedere; quocunque enim abierit, reatus sui conscientia illum non derelinquet.* Magna conscientiæ vis est, & intolerabilis eius aculeus, si vel ei neges quod facere teneris, vel velis quod agere non possis.

Li. 1. Conf. c. 12.

Cicer. pro Milone.

Li. 2. Sent. c. 26.

Nostra ætate vir quidam locuples & potens facinus quoddam admiserat, quod fateri erubescebat; morteque ipsa & damnatione ei gratius erat, illud manifestare: conscientia tamen, vt Christiani hominis partes expleret, ita hominem stimulabat, vt nullo loco posset consistere. Audiuerat Antuerpiæ ex concionatore quodã, neminẽ teneri ea peccata fateri, quæ me-

Recens & rarum conscientiæ exemplum in peccatore.

moria exciderant, factaque diligentia non oc-
currerent.

1. Hanc doctrinam tegendo sceleri suo oppor-
tunam ratus, vt peccati obliuisceretur, nihil dili-
gentiæ atque industriæ prætermisit. Dedidit se
inprimis voluptatibus, varijsque peccatorum
generibus se implicauit, peccata peccatis cu-
mulando; vt vel ipsa confusione peccatorum
vnius recordatio alterius memoriam obrueret.
Verum recurrebat assidue tetra illa ac morsu
cans animi cura; quoq; profusius se delicijs im-
mergebat, eo atrocius rodebatur interius, a-
lumque in conscientia acrius sæuiebat.

2. Profectò est deinde in regiones longinq
vt locorum mutatione, & rerum varietate, m
moria præteritorum confunderetur: ver
quantumcunque à patria recederet, à consci
tia comite disiungi non poterat.

3. Adiecit animum studijs, & ijs quidem q
attentionem maiorem requirunt, quæque
tum hominem occupant, ac sibi maximè de
ciunt, & spiritus plane exhauriunt; qualis
thematica, & Perspectiua; vt saltem hac rati
cogitationes de conscientia posset excludere
sed non potuit.

4. Tandem cum audiuisset contritione pe
cata deleri, ad opera bona confugit, in cili
re & cilicio pœnitentiam agens, multa
pauperibus elargitus est in eleemosynam. Ne
his quidem atrox ipsius vulnus sanari po-
tuit.

5. Denique actus ad extrema, & mortiam ne-
ces

tu, malo suo finem nocte insequenti adferre
dicta vi statuit. Rhedam ergo conscendit; do-
mum, à qua tum abierat, rediturus.

Errantem ac pereuntem ouiculam benignis-
simus Deus hic iuuare ac reportare dignatus
est.

Quidam de Societate nostra, (cum quo,
dum viueret, familiariter vixi) per Brabantiam
iter faciens cum socio, homini desperabundo
(Deo ita disponente) occurrit: quem ex rheda
conspicatus, rogauit vt currum conscenderet,
vicitque reclantem importunitate. Cum Pa-
teresset in rheda, nullum ille fecit verbum, sed
tacitus dicentem Patrem fixis intuebatur ocu-
lis: cumque Pater multa narraret, diuina pro-
videntia factum est, vt de peccatorum confes-
sione sermonem institueret, tetigitque inter
narrandum hominis vlcus: qui stomachabun-
dus illico, Quid, inquit, ais tu? vnde me nosti?
Nunquid ego te vidi antehac? ait Pater: sed
nos huiusmodi narrare solemus, ne vanis & in-
utilibus rebus teramus diem. Ne mirere: nisi
forte quid in te sit, quamobrem iuuari velis;
quod lubenter facturus sum. Iuueris? inquit il-
le: sed quis me iuuare potest, si confiteri re-
nuam? atqui certo tibi persuadeas, nunquam
id me in æternum facturum. Si sine confessione
mihi opitulari possis, tum enimuero patiar vt
me adiuues. Solatus hominem Sacerdos, bono
animo esse iubet; remedia alia proponit, pro-
mittitque (prudenti consilio vt hominem ca-
peret) se sine confessione (de qua ad tempus

silendum putabat) auxilium allaturum. Tum ille confidenter, quod res erat, edixit: mortem se sibi ea nocte destinasse, nisi remedium adueniret malo; angustias conscientiæ suæ vltra ferre non posse; si sine confessione reconciliari Deo posset, nihil esse tam durum ac difficile quod recusaret, nihil noui arbitrari dura & aspera pati. Tum, quæ ad conscientiæ carnificinam extinguendam feciſſet, prolixe enarrauit. Vt ergo sine peccatorum confessione se iuuari posse perauit, totum sese Patri ea condicione subdidit. Promittit Pater omnino se præstiturum, nec facturum de confessione verbum, si tantum per pauculos dies obedire vellet, & omnia, quæ præciperet, examussim facere. Cum ergo ille domum appuliſſet, petijt à Patre quid à se fieri vellet. Pater, Instrue, inquit, lætum conuiuium, lautum epulum, & hospites tuos hilariter habeas. Indigebat videlicet homo mœrore prostratus animi relaxatione, & maxime nocte illa decretoria. Post epulum idem rursum, Pater, ait, quid vis me facere? Tota nocte, inquit Pater, securus dormias, ego cum socio pro te vigilabo, Deumque precabor. Postridie redijt, petens quid sibi mandatum vellet. Dictauit ei Pater quædam puncta meditationis, quæ fiduciam & lætitiam animo adderent, considerandaque bonis distributis; atque ita duxit vnum atque alterum diem; tradidit ei deinde examen accuratum conscientiæ: Non, inquit, vt confitearis, hæc propono; sed vt scribas peccata tua, & in memoriam reuoces, atque de singulis doleas. quod perfecit accu-

ceritate. Denique abduxit illum in siluam, so-
colongo interuallo subsequente: rogauitque
bene excussisset animum, an nullum peccati
genus intactum reliquisset; &, Ne quid forte te
præterierit aut fugerit, inquit, sciscitabor ex te
eadam. Rogauit quidquid horrendum, tri-
e, atrox cogitari poterat per omnia scelerum
nera, donec illud peccatum tangeret, quod
admiserat, ac confiteri non audebat. Ibi per-
rbatus miser, & horrore concussus, vltro
ssus est: Illud, illud (inquit) est triste, infan-
um, horrendum, quod eloqui non audeo.
Tum suauiter & benigne, Atqui, ait Pater, in li-
bris meis grauiora sunt, & funestiora; ab hoc
ipsque multo atrocioribus te possum absolue-
iam confessus es, nec opus est pluribus, nisi
dicas cætera quæ scripsisti. Procidit vir bonus
genua, cætera dixit, ac rite confessus bene fi-
um ablolutionis accepit; domumque reuer-
s, lætiorem vitam duxit, quam paucis annis
ost cum æterna ac fœliciore commutauit. Dum
huc viueret, nactus Patris eiusdem alloquen-
occasionem, Quantum bonum est, inquit,
i Pater, peccatorum confessio! quam securum
e lætumque reddidit! quam multa tristia
um passus, confessionem fugiens; quæ facile
adere potuissem, si conscientiæ parere vo-
issem!

Qui dixit, *Conscientia mille testes*, dixit optime,
d non satis. Conscientia præterea est & scele-
um vindex, & iustus iudex. Addo eandem etiã
rorem agere, & adhibitis furijs à scelera-

to delicti pœnas exigere ac inferre. An non in die mortis extremique iudicij prodibit omnium prima, vt sese deferat, & facinora sua prodat, proclamet, ac denuntiet? Dei namque illa vices gerit, cuius refert similitudinem: pro eodem excubat, rationis præferens facem, seuerique monitoris explet munus. Quodsi mens in vitio suo in hoc mundo cæcutiat, & rationi offundat tenebras; illæ illæ discutientur in morte: omnium memor erit conscientia, sequegrauissime incusabit, quod ne munus quidem suo vitæ suæ tempore ipsamet perfuncta fuerit.

15. Hæc etsi vera sint, nihilominus non cogimus Dei oculos, cuncta cernentis; sed grauis timendi oboritur ratio, necessitasque præsentiæ diuinæ concipiendæ, animoque retinendæ quo plures, qui nos obseruent, habemus; conscientiam inprimis nostram, quam effugere non valemus; Angelorum innumerabilem exercitus; dæmonem aduersarium; Patronos etiam nostros in cœlo; Deum denique ipsum æquissimum iudicem, qui reddet vnicuique secundum opera sua, & non patietur impunitam tot sceleribus, quæ in dies patrantur, iniuriam ac contemptum sibi inferri atque irrogari.

CAP.

CAP. III.

Præsentiæ diuinæ conspectum non solum mentis conceptione constare, sed à voluntate & affectu maxime pendere.

DIdymus (vt scribit Socrates) cum puer adhuc literarum elementa disceret, morbo oculorum visum amisit; eique Deus pro visibilibus oculis intelligibiles condonauit. Is tempore magni Antonij florebat; ad quem cum veniisset Alexandriam, fertur ei dixisse: *Non te conturbet, Didyme, amissio sensibilium oculorum: tales enim oculi tibi desunt, quibus & muscæ & pulices frui vtique possunt: sed gaude potius, quoniam habes oculos quibus etiam Angeli conuntur, per quos videtur Deus, eius q; lumẽ inspicitur.* Hæc Socrates. His ergo mentis oculis nos vti conuenit, si Deum præsentem intueri voluerimus. *In hist. Tri. lib. 8. c. 8.*

Ad illam igitur considerationem venio, quæ nobis explicabit quæ & qualis sit hæc, de qua agimus, præsentiæ diuinę contemplatio, apprehensio, visio, ac conceptio. Diuersis namque modis id fieri posse, ex ijs, quæ diximus, sat potest colligi. Apprehendere namque Deum potest quispiam solo intellectu, vt Philosophi; potest & fide, solo intellectu cooperante; potest denique vi & imperio amoris: si enim animum *Modi, quibus Deus præsens apprehenditur, tres.*

mum is possideat, facultatibus omnibus imperat, & ad exercitium appellit & applicat.

Modus 1. Solo intellectu naturali.

Prima ratio videndi Dei non est contemnenda: honestum enim id est, & laudabile, & finis quam optimus, Deum nosse, & à malo cauere: non sufficit tamen, nec constans esse potest: non enim natura idonea ac sufficiens est vt molestiam ac laborem toleret, arceatque fluxum rapidum cogitationum occurrentium, impetum variarum appetitionum comprimat, motusque passionum, quæ hominem longissime abripiunt. Fieri tamen potest, vt in complexione fœliciore, aut etiam timidiore, apprehensio nascatur vehementior, & Deum interdum timeat plus æquo, quem præsentit nouit etiam lumine naturali. Hæc autem conceptio non sortietur effectum quem quærimus: concipiet enim Deum, non vt amantissimum parentem, aut benignum, misericordem, amabilemque benefactorem: sed vt seuerum Dominum, iudicem pertimescendum, scelerum vindicem implacabilem. ex qua consideratione seruilis timor, odij diuini ac blasphemiæ cogitationes exurgunt, inquietudo conscientiæ, desperatio: & quia tales difficulter à peccatis abstinent, putant de salute sua actum esse; nec ratio est & placandi conscientiam, & in spem erigendi: nec confitendi modum ponunt, antenem faciunt. Idcirco inter Philosophos pauci sunt qui hac de re scripserint, pauciores qui exercuerint: & qui hac de re scribunt, paradoxa loqui videntur.

17. Mo-

1. Mollior est apprehensio cum ex fide nascatur: nam fides spei fundamentum est: vel, vt Paulus loquitur, *est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* etsi seuera Dei iudicia interminet vna manu, altera benignitatem offerat. Dicit ergo fides ex vna parte: Deus *iustus & iudex* est; *nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum: & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.* at quibus? ijs nempe *qui parturiunt iniustitiam, concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem.* Ex altera vero parte iustis *adiutorium à Domino qui saluos facit rectos corde.* Etsi sit Deus *iustus & fortis*; tamen addit, *Et patiens; nunquid irascitur per singulos dies?* denique dixit, *Nisi conuersi fueritis.* si ergo conuersi fueritis, non vibrabo gladium, nec sagittas inflammatas emittam. Sic ergo fides rigorem iustitiæ misericordiæ benignitate temperat: arida tamen est fidei cognitio, si nihil (præter eam) accedat diuinæ præsentiæ considerationi; nam fides longe verius & potentius inculcat iudiciorum diuinorum seueritatem, quam humana ratio: & licet ex eodem fidei fonte solatia ac remedia promantur, quæ ad spem excitent; sine nouo auxilio tamen non apprehenduntur, nec apprehensa sufficiunt ad frangendum impetum timoris & desperationis.

Modus 2. Per fidem.

Heb. 11.

Psal. 7.

Deinde, sine gratia excitante raro Deus præsens concipitur, ne quidem à fidelibus, quorum fides præuio auxilio destituta sopita esse videtur: vnde opus est graui excitatione, concionatorũ magnis

magnis clamoribus, punitione malefactorum, bellorum vastationibus, pestis ac famis flagellis, quibus homines vix, ac ne vix quidem, ad Dei manum extentam cognoscendam permouentur.

Modus 3. Fide & caritate.

18. Optima vero illa est ratio Deum contemplandi, quæ ab amore proficiscitur, & ea non tam timore quam beneuolentia nititur: nam (vt ait D. Augustinus) *cognitio sine caritate non saluos facit. Scientia inflat, caritas ædificat. Si confiteri vultis, & non amare; incipitis dæmonibus similes esse. Confitebantur dæmones Filium Dei & dicebant, Quid nobis & tibi? & repellebantur. Confitemini & amplectimini: illi enim timebant de iniquitatibus suis, vos amate dimissorem iniquitatum vestrarum.* Quid mirum si amans præsentem amicum facit, cum animus sit amplius vbi amat quam vbi animat? vbi dolor, ibi manus; vbi amor, ibi oculus. Excitat amor desideria, desideria cogitationes, cogitationes fingunt imagines vt præter eum, quem diligas, aliud cernere non videaris. quem affectum in quodam amico defuncto graphice describit Augustinus. *Erant lebant*, inquit, *eum vndique oculi mei, & non dabatur mihi: & oderam omnia, quia non haberent eum & factus eram ipse mihi magna quæstio; & interrogabam animam meam quare tristis esset, & quare conturbaret me valde.* Hæc & plura Augustinus. Magna enim vis amoris est in vtramq; partem vt dolorem excitet, si ipsi, quod amat, tollatur vel gaudium, si adsit quod diligit: vtroque tamen casu rem amatam præsentem constituit; quasi

Tract. 2. in ean. epist. Ioan post medium, tom. 9. Matth. 8.

Li. 4. Confess. c. 4. in fine.

si con-

si constans amor fuerit, constans erit & dilecti memoria.

Formam hanc ab ijs, qui suprema beatitudine potiuntur, desumimus. non enim beatos facit sola nudaque summi boni visio, antequam amauerint ipsi, amore beatifico: sed visio, quæ amore hoc sequitur, comprehẽsio possessione vocatur; æternaque est, quia amans animus separari non vult; potestatemque habet impedi intellectui, vt amicum teneat, nec dimittat. & nos quoque nunquam præsentem Deum feliciter constanterque tenebimus, si sola cognitione nitamur, affectu vacui: sed si vehemẽs præcedat dilectio, illa dilectum cogitatione tenebit, *nec dimittet, donec introducat nos in domum matris nostræ* Ierusalem, *& in cubiculum genetricis nostræ*, diuinæ Sapientiæ, quæ *nos verbo veritatis genuit.* *Vt in beatis.* *Cant. 3.* *Iacob. 1.*

De hac præsentiæ Dei cognitione, quæ ab experientia sensuque interno nascitur, loquitur D. Ioan. *Omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum.* & Propheta Regius: *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.* *1. Ioan. 4.* *Psal. 33.*

Expertus est hoc Ionathas filius Saul: qui cum ausu insolito castra Philistinorum inuasisset cum solo armigero, magnamque edidisset stragem, & prostratis tandem ac trucidatis proprio mucrone hostibus deficeret, vixque oculos ad videndum posset intendere: oblatum oportune mellis fauum extrema virga, quam manibus tenebat, delibauit, *& illuminati sunt* (ait Scriptura) *oculi eius.* Ionathas strenuum Christi mili- *Allegoria Ionathæ.* *1. Reg. 14.*

militem, virtutisque ac PERFECTIONIS studiosum designat; qui magno animo statuit, solo Christi Iesv præsidio armisque munitus, vitiorum leuiores lapsus, defectuum reliquias, concupiscentiæ impotentiam aggredi ac frenare. O quantum potest absolutum voluntatis imperium, inuictaque resolutio carnem subigendi, & antiquum hominem cum actibus suis prosternendi! si vel vnum vitium aggrediaris & illud præsertim, ad quod natura magis propendeat, cætera nutant, sensimque ruunt, & quasi mucronibus in mutua capita versis, passiones ipsæ virtuti seruiunt. Non deest interea generoso athletæ suo benignissimus Dominus, *vincenti manna absconditum* mellitæ consolationis porrigens: (talis namque est cibus Dei causa languentium) eiusdemque præsidio illuminantur oculi, quibus ipse agnoscatur, eiusq; pulchritudo; atq; anima in posterum his pasta delitijs, eidem inseparabiliter adhærescat.

Apoc. 2.

Exemplũ S. Augusti. Solil. c 31.

Hoc D. Augustinus expertus, ita sibi confisse fatetur: quærit namque in hæc verba: *inueni te, Domine Deus meus; sed qualiter inuenisti?* respondet: *Cognoui te in te. Cognoui te non sicut tibi es, sed cognoui te sicut mihi es; & non sine te, sed in te: quia tu es lux quæ illuminasti me. Sicut ergo tibi es, soli tibi cognitus es, Cognoui te, quia Deus meus es tu. Cognoui te solum verum Deum, & quem misisti* Iesvm *Christum. Erat enim tempus quando non cognoscebam te. Væ cæcitati illi, quando non videbam te: væ surdidati illi, quando non audiebam te. Cæcus & surdus per formosa, quæ facis, &c.*

foris irruebam: & mecum eras, & tecum non eram: quæ me tenebant longe à te, quæ non essent, nisi essent in te. Illuminasti me lux mundi, & vidi te, & amauite. Nemo quippe te amat, nisi qui te videt: & nemo te videt, nisi qui te amat. Sero te amaui, pulchritudo tam antiqua & tam noua: sero te amaui. Tempori illi, quando non amaui te. Hæc Augustinus: vbi distinguit cognitionem fidei, quam caritas sequitur: à cognitione proficientium, quam caritas præcedit.

Sola caritas sufficiens non est ad præsentiam Dei excitandã.

Nemo tamen fallatur, ratus quemuis, qui habet caritatem, illico præsentem Dei conspectum nactum esse: habitus namque caritatis et facultatem adiuuet naturalem, & inclinet ad agendum: tamen si in ea sit repugnantia, si animus sit dispersus, si homo socordiam non excutiat, si intellectum ac memoriam non excitet, non mouebitur habitus ipse, nec mouebit. quare vel necesse est vt singulari priuilegio Deus animos illuminet ac præueniat, excitando mentem, inflammando voluntatem ad conspectum diuinum intenta cogitatione quærendũ ac retinendum: vel certe opus est animi contentione, sicut cum artes traduntur & discuntur, qualis ars memoriæ, artesque liberales: vnde & à nonnullis de arte amandi scribentibus dicitur, maximã animi vim contentionemque, vt amici memoria cum beneuolentia retineatur, adhibendam esse. Sic & artem diligendi Dei, perpetuamque eius memoriam conseruandi, non nisi summo cum affectu conatuque industriæ nostræ haberi posse putandum est. Et licet in artes mechani-

Simile.

cas, vel etiã liberales, aliasue ſublimiores, quibus victus comparatur, homines ſuopte ingenio ferantur æquo ardentius; paucos tamen reperies qui in artem amandi Dei velint incũbere, etſi *primi & puriſſimi fructus eius*, & *infinitus thesaurus* ac *innumerabilis honeſtas* per illam amantibus eius ſubueniant: ideoque fructus nonnullos hic ſpargam, colligendos his qui arborem emere nolunt, ni guſtu primum eius excellentiam probauerint.

Prou. 3. Sap. 7.

Cap. IV.

De ſeptem fructibus eximijs, è diuini Numinis præſentis memoria prodeuntibus, explicantur: cognitio ſui, Dei clarior notitia, ac lætitia ſpiritualis.

Primus fructus præſentiæ Dei, cognitio ſui.

21. PRimus ille decerpendus eſt fructus qui primus erumpit, ac ceterorum omnium baſis atque fundamentum; nempe ſui ipſius cognitio: vnde enim homo clarius faciem ſuam videbit, quam in illo ſpeculo, in quo omnium facies repræſentantur? eſt namque Deus *candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula* in quo facies noſtræ videntur plane ſibi conformes. *Talis tantusque es, ô homo* (ait quidam Sanctus) *qualis quantusque coram Deo inueniris, & nihil amplius.* Et quia condicio noſtra, vel tenebræ noſtræ mentis, ſine luce agnoſci nequeunt; hinc

Sap. 7. S. Franciſcus apud Thomã à Kempis li. 3. de imit. ca. 50.

rimimehumilitatem ac vtilitatem noſtram, ſcilicet Deo præſente, videmus, ſine quo velut cæcutientes remanemus. hinc nos hortatur Regius Pſaltes: *Accedite ad Deum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.* *Pſal. 33.*

11. Quod autem hæc ſcientia ceteris ſubſterniti debeat, docent nos ſancti Patres. Eſt enim primum hominis ſapientiam affectantis, contemplari quid ipſe ſit, quid intra ſe, quid infra, quid ſupra, quid contra, quid ante, quid poſtea

12. Hæc conſideratio quadripartitum parit fructum: vtilitatem ſui, caritatem proximi, contemptum mundi, amorem Dei. Hinc Hugo Victorinus: *Fruſtra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum idoneus eſt ad videndum ſemetipſum: prius enim eſt vt inuiſibilia ſpiritus tui cognoſcas, quam poſſis eſſe idoneus ad cognoſcendum inuiſibilia Dei; & ſi non potes cognoſcere te, ne præſumas apprehendere ea quæ ſunt ſupra te. Præcipuum ac principale ſpeculum ad videndum Deum, animus rationalis ſeipſum.* D. Bernardus: *Scio neminem abſque cognitione ſui ſaluari; de qua nimirum mater ſalutis humilitas oritur, & timor Domini, qui & ipſe ſicut eſt principium ſapientiæ, ita eſt & ſalutis.* Quos vero fructus pariat, ſcribit idem ad Eugenium. *Primum*, ait, *ipſum fontem ſuum id eſt, mentem, de qua oritur, conſideratio purificat; deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat; poſtremo diuinarum pariter ac humanarum rerum ſcientiam confert.* D. Gregorius paucis multa in hanc ſententiam ſcribens complectitur: *Quanto quiſque ſe minus videt; tanto ſibi*

In Inſtit. Monaſt. li. 3. de anima, c. 6.

Serm 37. in Cant.

Li. de Conſid. c. 7.

Li. 32. Moral. c. 2.

sibi minus displicet: & quanto maioris gratiæ lumen percipit, tanto amplius, reprehensibilem se esse cognoscit. Hæc Gregorius.

23. Hæc vero scientia, si vsquam, maximè in compositione voluntatis nostræ cum diuinæ Maiestatis ac magnitudine comparatur. Quæ diu enim oculos in opera nostra, diuitias, aut splendorem externum (quo opinione hominum florere aut aliquid posse videmur) conniscimus, vel aures hominum adulatorum laudibus præbemus, mira de nobis concipimus, quasi nemo melior, nemo sit excellentior, saltem aliquo genere: pluraque nobis affingimus quam reuera habeamus: sed vbi Deum intuemur, cui mundus vniuersus si comparetur, ne gutta quidem roris antelucani, vel momentum stateræ dici potest, & in omni PERFECTIONIS genere eminet, sine vllo peccatorum nauo: cristas demittimus, cum & nulla sit nostra virtus quæ cum eius gloria conferri queat, maculaque ac enormia vitia delitescant in nobis, quibus turpissimi apparemus.

Sap. 11.

Secundus fructus, notitia Dei. Lib. cit. de anima, c. 6.

24. Secundus fructus est cognitio Dei: hæc enim clarius apparet, cum trabem ex oculo nostro amoris proprii eduximus per notitiam infirmitatis nostræ, vt eleganter obseruauit Hugo de S. Victore. *Redi*, ait, *ad cor tuum, & subtiliter discute ipsum. Considera vnde venis, quo tendis, quomodo viuis quid agis, quid amittis, quantum quotidie proficis, vel quantum deficis, quibus cogitationibus magis incursaris, quibus affectibus frequentius tangeris, vel quibus tentationum machinis à malignis spi-*

rit

vitatrius impugnaris: & cum totum interioris hominis tuum & habitum, quantum possibile est, plene ignoueris, & non solum qualis sis, verum etiam qualis esse debueras: de cogitatione tui poteris sublevari ad contemplationem Dei. Hæc Hugo Quis vero clarius Deum videt, quam qui in eius faciem perpetuo intendit oculos? Intuendo enim, homines cognoscimus: & quo diligentius singula lineamenta ac frequentius aduertimus, eo maior notitia ac familiaritas ex conuersatione mutuisque officiis enascitur. Accedit, Deum esse *lucem quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum:* & lumen quidem quod simul ignis est: vnde, qui propius accedunt, illuminantur & accenduntur: meritoque de eo dici potest, *Non est qui se abscondat à calore eius*, si quis se illuminandum exhibeat. *Ioan. 1.* *Psal. 18.* *Genes. 32.* Hoc igne calefactus Iacob in voces lætissimas prorupit. *Vidi*, inquit, *Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Eminens quædam species ac figura Dei obiecta fuit oculis Patriarchæ, quæ incredibiliter eum permouit. Vtinam & nobis diuina bonitas tale lumen figuramq; obiiceret! nam magno labore intellectus, rebus corporalibus & grandioribus figuris imbutus atque affuetus, Dei speciem efformat inhærentem. cauterio opus esset, quod nostris eam mentibus inureret.

15. Hæc vero cognitio, adiuncta nostri notitia, *consummata iustitia est*: (vt ait Sapiens) *& scire iustitiam & virtutem, radix est immortalitatis.* Oritur namque ex caritate & sapientia, quibus Do- *Sap. 15.*

minus aliquid auxilij præuenientis adiicit : & quærenti se liberali animo, liberalitatem repen dit, nouo & ampliori lumine se patifaciens. Ex quo nascitur sensus quidam de Deo, & iudicia præstantius de eius excellentia, potentia, glori infinitate: maior item animi submissio atque s seruantia. Confirmatur quoque notitia de vtilitate hominis concepta, ex collatione tanta Maiestatis cum abiectissimo vermiculo. vnde cum D. Franciscus in quodam Tusciæ monte seu Aluerniæ, quem dominus Vrlandus ei dede rat ad construēdum, monasterium, oraret, ma gna noctis parte diuino spiritu eleuatus, nihil Fratre Leone qui illum tacitus obseruabat, a ditus est dicere aliud, quam : *Nouerimte Domine nouerim me. Quid es tu, dulcissime Deus meus? quid ego vermiculus paruulusque seruus tuus?* Vi idem Frater Leo, dum hæc identidem Franc cus repeteret, flammam ignis, oculis maxim delectabilem, à cœlis in caput Francisci, in sin eleuata in cœlum facie, nixis genibus manib que extensis deuotissime orantis, demitti, ter tioque in sinum immissam manum educi, eleu ri ac protendi in cœlum velut gestu quidpia Deo offerentis. Deprehensus est post oratione Frater Leo : qui B. Francisco narrans qua obseruarat, ab eodem dictorū verborum, flam mæ, protensæque in cœlum manus interpreta tionem accepit. *Eram*, inquit Franciscus, *cum verba illa proferrem, (Nouerim te, nouerim me. Quid tu es Domine Deus omnipotens, & quid ego sum?) in lumine quodam contemplationis, in qua vide-*

D. Francisci exemplū Anton. 3. p. hist. tit. 24. 2. §. 8. & in Chron. Min. Gall 1 p. lib. 2. c. 55 Bonau. in vita sancti Franc. c. 13

videam abyssum infinitæ bonitatis diuinæ, & imum de grandum vtilitatis meæ : ideoque dicebam, Quid est, Domine, summe sapiens, summe bone, summe clemens, vt visites me, qui nihil aliud sum quam summe vilis, vermiculus modicus, abominabilis, & despectus? Fuit vero à me Dominus, cum lumen illud videres, oblationes : quas cum me habere negarem, iussus tertio manum in sinum inijcere, & reduxi sigillatim numismata tria inusitatæ magnitudinis pulchritudinis ac fulgoris, aurea : quæ eidem, vt mandabat oculis factaque trina oblatione, flexis poplitibus gratias egi, quod & dona largitus fuisset, & illa ipsa, tamquam à me profecta, suscepisset. Quibus significabat, paupertatem, castitatem, & obedientiam, virtutes dilectissimas ac splendidissimas, dono suo oblatas acceptissimas esse, & eas à me exacte seruari testabatur. Hæc Franciscus. Ex quibus fructum hunc duplicem capiti à conspectu diuini Numinis colligimus, vt de humilitatem nostram cognoscamus, & Dei excellentiam memori mente retineamus: eique lubenter opera nostra, tamquam eius beneficia, quæ tamen vt nostra recipit, accepta referimus.

26. Nec tristitiæ vmbram hinc suspicari quis potest, (quod initio obiectum fuerat) quasi miseram ætatem degant, qui se totos diuinæ amicitiæ dedunt: nisi dicamus præsentiam amici tristitiam amico & dolorem adferre solere: nos vero fructum tertium in spirituali lætitia collocamus: etenim vere ait quidam: *Excepta sapientia nihil melius datum est homini à Deo immortali, quam amicitia. Quid enim dulcius, quam habere quo-*

Tertius fructus, lætitia spiritualis.

Cic. lib. de Amicitia.

quo cum omnia audeas sic loqui, vt tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes amicum qui illis æque ac tu ipse gauderet? aduersas vero res sine difficile esset sine eo, qui illas grauius etiam quam tu ferret. Illis sane graue est præsentem Deum sustinere, qui cum eo gerunt inimicitias; non iis qui eum habent in deliciis. Tuto ei possis tua credere; fidelis est: siue enim in prosperis, siue in aduersis, semper eum æquabilem inuenies.

Allegoria Naball 1. Reg. 25.

Cum Nabal recusasset pueris Dauid subsidium annonę eo tempore quo tonsores ouium conuiuio excipiebantur, & iratus Dauid cum quadringentis viris totam Nabalis familiam deleturus properaret: occurrit ei Abigail vxor Nabal, ac liberali oblatione humillque sermone iratum Dauidem placauit, vt non modo pepercerit Nabal, totique familiæ, sed & postmodum Abigail, prudentissimam mulierem, vxorem acceperit ac in deliciis habuerit.

Veterem hominem nostrum, qui erga Deum illiberalis est, eumque spernit, Nabal iste designat. Eius vxor, anima nostra fide & sapientia imbuta, altera Abigail eo prudentior est. Horret coram vero Dauide comparere; eam potentiam fugit ac reiicit: sed Abigail alacriter occurrit Domino suo, eum Regem vocat, illum prædicat, illi se commendat. nec frustra: talis namque anima non modo non interficitur, sed eam etiam benigne Dominus excipit: in sponsam assumit, & in deliciis habet. Mortuus quidem est Nabal; vti & vetus homo crucifigi debet,

be, si Abigail diuinæ sapientiæ copulari velit: qui certe lubentius & honoratius, maiori cum gaudio ac gaudio, Deo nouoque sponso quam uetusto viro adhæret: sicut & Abigail lubentius ac splendidius erat cum Dauide in palatio, quam cum Nabal in Carmelo. Plus enim delitiarum habet homo spiritualis vno die, plus amoris cum Deo, quam centum diebus in deliciis corporis sui. quod ipse Dauid testatur, qui ait: *Melior est dies vna in atriis tuis super millia:* *Psal. 38.* quoque *elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quã habitare in tabernaculis peccatorum.*

17. Adde magnam homini Deo familiari inesse generari confidentiam: auxiliumque aduersus hostes perpetuo esse paratum: quo quidem nihil iucundius accidere potest, deserto præsertim ac solitario, omnique humano solatio destituto; maxime vbi aduersarij & varij & acres insistant: exploratumque est homini, se nec fortiorem nec sapientiorem nec certiorem cælesti præsidio protectorem nanciscí posse. *Qui habitat* namque *in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Domino: Susceptor meus es tu, & refugium meum.* & ei vicissim Dominus: *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum.* *Psal. 90.*

Non dicant ergo vani homines vitam tristem agere, qui Deo sese familiares reddunt: enimuero tristissima est illa vita, qua à Deo, vero solatio, separamur: omnisque vita, quæ ab illo non manat, innumeris doloris ac tristitiæ aculeis

manet obnoxia. Qui lætari vult, à peccato, à mundo, á deliciis carnis recedat: *extrema enim*
Prou. 14. *talis gaudii luctus occupat.* Vos autem exultate iusti
Psal. 32. *in Domino, rectos decet collaudatio.* Lætatus est po-
3. Paral. 29. *pulus* (vt in libro 1. Paralipomenon legitur) *cum vo-*
ta sponte promitterent, quia corde toto offerebant
Domino: sed & Dauid Rex lætatus est gaudio magno
Psal. 76. *& benedixit Domino coram vniuersa multitudine.*
Quare cum eodem Rege sancto læti dicamus:
Renuit consolari anima mea: memor fui Dei & delec-
Psal 15. *tatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus*
& Prouidebam Dominum in conspectu meo semper,
quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Propter
hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea:
Psal. 99. *super & caro mea requiescet in spe* denique: *Introite*
in conspectu eius in exultatione.

CAP. V.

Proponuntur duo alii fructus quos ex præsentiæ memoria producit: timor & humilitas.

Quartus fructus, timor Domini.

28. QVartus fructus, qui ex præstantissima hac arbore colligitur, est timor Domini: non is tantum, qui principium est
Eccle. 1. sapientiæ: sed & ille, qui à filio patri redditur, cum
Gradus timoris Domini. à sponsa marito: quinque à Sapiente *gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis* appellatur. Et sane, qui incipiunt cum Deo familiariter versari, primum omnium timorem

Inamatris vbere lac sitientes hauriunt. Hinc
pta reconciliationis fundamenta iaciuntur.
Tur enim ille *expellit peccatum : nam qui sine* 1.
more est, *non poterit iustificari.* Dicitur enim: 2.
nitum sapientiæ timor Domini. & *In timore Do-* *Eccle 1.*
ni declinatur à malo. Pergitur vlterius : in- *Ibidem.*
ciet enim ad Deum accedere per opera bo- *Prou. 16.*
3.
Qui timet Deum, faciet bona. Opponet quo- *Eccle. 15.*
se tentationibus : *qui* enim *timet Domi-* 4.
num, nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse *Eccle. 34.*
ipse eius, denique, *qui timetis Dominum, diligi-* *Eccle. 2.*
ctum : & illuminabuntur corda vestra. Hic ti- 5.
oris radix sapientiæ est : erumpit enim ex eo a- *Eccle. 1.*
or Dei, & timor filialis, qui *plenitudo sapientiæ*
& vterque ex Dei assiduo conspectu oritur.
Regina Saba venit à finibus terræ audire sa-
entiam Salomonis detulitque secum præ- *Regina Sa-*
tia munera: quem cum vidisset & audisset *ba 3. Reg.*
10.
n habuit vltra spiritum, & in has voces eru-
t : *Verus est sermo quem audiui in terra mea super*
monibus tuis, & super sapientia tua: & non crede- *Ex conspe-*
bam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis *ctu Dei na-*
tuis, & probaui quod media pars mihi nuntiata non *sci timorē.*
erit. Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant co-
ram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Ov-
am omnes homines hanc sapientem mulie-
m imitarentur, venirent Ierusalem, intrarent
mos suos, alteram Ierusalem, pacisque visio- *Psal. 84.*
em, vbi *Deus pacem loquitur in plebem suam*! Va-
sunt omnia quæ lucente sole videmus, quæ *Psal. 86.*
demus : *gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei;* *Matta. 12.*
homines credere nolunt. *Ecce plus quam* *Luc. 11.*

Salo-

Salomon hîc. Ipsum adeant, muneraq; deferant
alia vero feras opus non est, nisi cor tuum: da i
lud, & ad conspectum tanti Salomonis admin
ris. Quod si tibi hoc contingat, miraberis stul
tiam tuam: tanto nempe tempore tantam gl
riam neglexisse: perdes omnino spiritum p
admiratione eorum quæ in tali Dei obsequ
videntur & audiuntur. O beati serui illi, Dom
ne, qui stant perpetuo coram te, & vident sap
tiam tuam! Multi Reges voluerunt videre &
dire: non viderunt, & non audierunt: Deus e
*abscondit hæc à sapientibus & prudentibus, & re
ea paruulis,* seque timentibus. & merito
cor nostrum natura sua vanitati obnoxiũ e
cileque diuitias suas exponit: nec desunt fu
qui domum ingrediantur, & thesaurum
piant: quare ianitore opus est, qui &
nihil seuerior sit, & neminem admittat:
mini quoque ianuam aperiat sine domin
presso mandato. Eius cura est, fenestras
poris claudere: nihil eorum, quæ intus agu
iniussu domini manifestare: curiositatem
terminare: verbositatem cohibere: ab ingr
latrones, vanam gloriam & desidiam, arcere
& uosus namque casus fuit Isboseth, filij Sa
qui cum in meridie dormiret super stratum
& ancilla ostiaria, purgando tritico deputata
dormisset: duo latronum principes, Rec
& Baana, ingressi sunt domum latenter &
cusserunt eum in inguine, & fugerunt.
boseth, Rex Israel, virtutis amatorem
signat, Deo seruientem, iamque passionum

Luc. 10.
Matth. 11.

Timor iani tori compa ratur.

2. Reg. 4.

ræ impotentiæ vtcumque imperantem, plus
nno tamen in ſuo feruore, quaſi in meridie,
confidentem. Etſi namque confidere in Domi-
o atque in eo quieſcere debeamus : non ſine
ecilla tamen vigile, nempe Dei timore : cuius
eriam purgare intentiones noſtras, & paleas
nono grano ſeparare : cogitationes bonas ad-
mere, pellere noxias. quæ oſtiaria ſi dor-
mit: en duo latrones, vana gloria ac deſidia,
admodum furtiue ſolent ingredi: & quam-
blandæ primâ facie appareant, quidquid a-
nt, petunt iugulum. Deſidia auocat à Dei præ
nis conſpectu, vana gloria penitius inuadens
ratur omnia. At caue: qui tibi hæc dona lar-
s eſt, gloriam in alterum transferri prohi-
Gloriam meam, inquit, *alteri non dabo*. Nec
do hæ peſtes Dei dona ſurripiunt, ſed & cer-
em petunt, ſenſim vitam adimunt Quid
im refert, ſiue ingentem trabem ſecem ſe-
ri, ſiue vermis depaſcens illam rodendo com
inuat? *Time ſagittam* ait Bernardus: *leuiter volat*
iter penetrat: ſed dico tibi, non leue infligit vulnus,
interficit. Nimirum ſagitta hæc vana gloria eſt.
ec Bernardus.

Vana gloria ac deſidia facile ſe inſinuãt abſente timore Dei.

Serm. 6. in Pſal. Qui habitat.

Merito ergo timet, qui tantum habet præ
tem Dñm: quia potens eſt, & multa ei ad ma-
punitio eſt: etſi non eſſent alia, quam quod
ceſſa bona ab ingratis & furibus retrahat,
od faciem ſuam abſcondat, quod ſolatia ſua
oducat, quod ſine timore nemo poſſit perſe-
rare. Sicut enim ciuitas ſine cuſtodia, ho-
um cupiditati patet : &, quantumcum-
que

Timoris vtilitates.

Simile.

que altos muros habeat, sine tamen defensione aut vigilantia suas vires amittit: sic & animus hominis virtutum præsidio munitus, ac thesauris refertus cœlestium donorum, facile occupabitur, si timore Domini custode careat. *Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Multi pacifici tibi & consiliarius sit tibi vnus de mille.*

Isaiæ 24. Eccle 6. Matth. 5.

Sic luceat lux vestra ait Christus, *coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Videant quidem homines, sine tamen operantium ostentatione ac iactantia. Inter opera præcipua, quibus Deus in hominibus laudatur, mo estia est, timor Domini, & ceteri fructus qui ex præsentia Dei conspectu prodeunt. Offenduntur homines nostra gloriæ cupiditate, nullo nostro fructu, imo iacturam maximam internorum bonorum interea facimus. Nemo pecuniæ locum appendit crumenam, etsi holosericam, cui suo cum sese dat in iter, vbi præsertim latrones multi sunt: alioquin censetur & crumenam pecuniam prodigere, & periculo euidenti committere. quod Diuus Gregorius eleganter expressit. *Depradari, ait, desiderat, qui thesaurum portat in via.* Qui ergo hoc exercitio se cupit polire, ac proficere, sic exterius se gerat, vt primo facile aduertat quid animo versetur: vbi oculo concluſus vel tenebris tectus est, faciat quod velit: suspiria tamen non trahat, non impediat aliorum orationes aut quietem: &, si quos deprauati in se motus exurgentes comprimendi sint, sic agat, vt signa externa non edat, quibus

Similo.

Hom. 15. Notanda quædam documenta modestiæ.

abstendantur, aut infirmi temere iudicandi occasionem accipiant : sicque arcanorum omnium solus Deus testis habeatur. In conuersatione communi etsi aliorum defectibus se conformare ac inquinare non debeat, Stoicos tamen mores fugiat, & præter modestiam singularem nihil exterius effingatur, quod omnibus ædificationi esse non possit.

Quintus fructus est humilitas, germana sororis: quis enim quidquam sibi audeat arrogare, quis sibi aliquid adscribere, quis honores subire, qui præsentem habeat tantam Maiestatem? Si enim viginti-quatuor seniores viso Agno cadunt in faciem suam, *habentes* in manibus *cytharas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum* : quanto magis mortales, qui de salute sua adhuc titubant, incerti *vtrum amore odio digni sint* ! Considerantes namque Dei gloriam immensam, non modo in faciem cadere, sed vsque ad inferos se demittere, æstimum videretur. Seraphim alis senis sic contentur coram immensa illa Maiestate, vt duabus volent, duabus Dei pedes tegantur, duabus velent faciem eius. Et quidem volare necessario nobis incumbit, si in cœlum cupiamus pertingere : ideo enim alæ orationis & contemplationis datæ sunt. Et sane multis ingemus, quæ, nisi petendo, non obtinemus : nec petere debite poterimus, nisi ad cœlum volemus. At quis coram illa Maiestate comparere audeat? Tegi debent & ipses timore ac amore, sed humilitate ac mo-

Quintus fructus, humilitas.

Apoc. 4.

Apoc. 5.

Eccle. 9.

Isaia. 6.

Exod.34. 2.Cor.3. modestia facies velanda est. Quid? *nonne Deo subiecta erit anima nostra?* & si in faciem Moysi nemo posset oculos intendere, propter gloriam vultus eius, ideoque velo obduci debuit: quanto magis modestiæ velum inter nos Deique faciem debet intercedere.

Allegoria Rebeccæ. Gen.24. Cum Rebecca abduceretur à domo patris sui Nachor, vt Isaac sociaretur coniugio: ipse in Palæstinam veniens reperit virum quendam occurrentem sibi in via quæ ducit ad puteum, cuius nomen est Viuentis & videntis. Ipse est Isaac, qui illuc meditandi gratia venerat. qui prospiciens Rebecca, à seruo scisitata quis esset ille vir, respondit seruus: *Ipse est dominus meus* Isaac. Quare *Rebecca, conspecto Isaac, descendit de camelo, tollensque cito pallium operuit se. Isaac introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ & accepit eam vxorem: & in tantum dilexit eam, vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.* Rebecca animam Dei amantem ac virtutis studiosam significat, quam Deus, verus Isaac, sponsam adsciscit. quæ antequam in sponsi sentiam veniat, sæculi moribus imbuta, & Dei præsentiæ uerecundiæ assueta, parum curat qualis in conspectu Dei appareat, modo hominum placeat oculis: at vbi præsentem eum videt, cui per tuo amoris vinculo copulari desiderat, tam stupendam in eo Maiestatem aduertit, è cathedra ac superbiæ sede descendit, gradus, dignitates, opinionem hominum abdicat à se, aut certe parui facit, & quasi vna de turba pedibus ambulat, corporis nuda, parum decora, contemptu

veo humilitatis, & pallio modestiæ animum ornatemque operit.

Modus hic est demerendi sibi verum Isaac, vnos in tabernaculum suum introducat, & in carissimam sponsam, quam deinde summo amore complectatur, accipiat.

CAP. VI.

Reliqui duo fructus qui ex præsentia diuina conspectu colliguntur: nempe compositio morum, totiusque hominis externi: item vltimus, anonymus.

SExtus fructus est morum totiusque hominis externi compositio. Quis enim audeat præsente Rege nugari, cachinnari, insanire, alium percutere, Regi aut eius filio detractare, calumniari, domestico illius iniuriam facere? Quod de ieiunio D. Basilius scribit, hic Dei præsentiæ adscribere non est alienum. Sic enim (ait) discipuli in classe, absente magistro primum insolescunt, verbis & verberibus sæpe contendunt, vociferantur, currunt, omniaque miscent: superueniente vero magistro, momento quiescunt omnia, vixque vnus mutire audet: sic & homines bacchantes ante Quadragesimam: cuius ieiunio comparente, die nempe Cinerum, sedatissima sunt omnia, bacchantium voces nullæ audiuntur, sed potius pœni-

Sextus fructus, compositio morum, totiusque hominis externi.

Orat. 2 de ieiunio, circa mediũ.

Simile.

Magistri præsentia coercet discipulos.

tentium gemitus. Sic & homines, Dei memoria deposita, quasi absente magistro, moribus dissolutissimi sunt: qui vbi Magistrum magistrorum oculis animi conspiciunt, componunt se se, vt quid dicant, quid agant, quibus motibus agatur, considerant: ne Heri reprehensione castigati, si se se non correxerint, à conspectu Domini reiiciantur. Solent vxores maritorum desiderii placere non modo in vestitu, sed & in oculis demittendis, torquendis, dirigendis, in modo loquendi, vt seruato decore, cuicumque, quod suum est, tribuant: in gestibus vero sic habendent accommodare se, vt, siue incedant, sinus, caput, manus, pedesque moueant, compositionis cuiusdam rationem habere videantur. Non sunt viri Deo meliores: nec minus nos vinculo Deo obstricti, quam vxores maritis.

Sensuum cõpositio. 1. *Oculorum.*

Quomodo ergo oculos componemus? Vt imitaremur seruos aut pedissequas, domini aut principes mulieres omni loco comitantes attentissime obseruant omnes nutus ac motus dominorum: qui si manum oculumue mouerint, statim, quid illi velint, serui concipiunt, aduocant, audiunt, & mandatum exequuntur. Modum hunc exemplo suo præscribit Regius Propheta. *Ad te*, ait, *leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Vtemur ergo optime oculis, si attendamus quid à nobis Dominus, quem

Psal. 122.

oc-

culis obiectum habemus, faciendum exigat. Turpe est viro ac spõso cœlesti displicet, si cuius oculi in faciem alterius defigantur: meritoque zelotypiæ concipiendæ zelanti domino prębetur occasio. qua nihilominus, (vt ita dicam) si quis alius, Dominus Deus laborare videtur, & hoc zelo teneri profitetur: oditque profanos oculos, quibus videntes vel inordinate moventur ipsi, vel aliis permouendis ansam præbent.

11. Hanc doctrinam Diuus Franciscus Fratribus sedulo inculcabat, allato etiam hoc ænigmate. *Rex quidam præpotens, sed pius, successiue duos ad Reginam legauit nuntios: quorum prior reuersus verbis tantum propositis verba reddidit, & de Reginæ persona plane retulit nihil: si quidem oculos caute remouerat, ne in Reginæ faciem prosilirent. Rediit alter, & post pauca quæ ad legationem pertinebant, Vere inquit, domine Rex, vidi pulcherrimam mulierem: felicem te reputo, cui illa coniux obtigerit. Serue nequam, inquit Rex, vere impudicitiam tuam prodis: quid superest, nisi vt concludam, te prospectam impudicis oculis, opprimere animo cogitasse? Priori vero nuncio ascito, Quid, ait, de Reginæ tibi persona videtur? Optime, respondit: nam & patienter me audiuit, & sapienter respondit. Sed quid de forma & pulchritudine eius censes? Tuum id esto, ait, Rex, & videre & iudicare: mei muneris fuit, verba eius audire ac referre. Tum Rex, de vtroque ferens sententiam, illum palatio expulit, hunc vero à cubiculis constituit: Ne, inquit, ille thalamum meum polluat: tu vero illum custodias.* Quibus Franciscus subiiciebat:

In Chron. Minorum Gallice, li. 1. c. 34. Pulchra parabola de custodia oculorum.

Quis non deberet vereri, in Christi sponsam profanos oculos coniicere? Quod D. Paulus de vxoribus & mundo statuit, sensibus externis accommodare abs re non fuerit: *vt, qui habent vxores, tamquam non habentes sint; & qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur.* 1. Cor. 7. Visum habeamus, & tactum, aliosque sensus, simus tamen tamquàm non habentes: sicque iis vtamur, tamquam non vtentes, nisi quantum necessitas requirat: velant enim internum obtutum acceptà phantasmata nobisque (vt ad summum altare velum suspensum & extensum) Dei conspectum ac visionem adimunt. Nihil vero sic valet ad visus sensusque alios moderandos, quam mentem sanctis cogitationibus habere occupatam, & in Deum præsentem intentos oculos retinere.

2. Quomodo loquendū. Eccl. 20.

33. Sapienter & sensate coram Rege loquendum est: nam (vt ait Ecclesiasticus) *sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatis.* Prodit se fatuum, qui sine sensu coram Principe, quidquid in buccam venit, effutit. Coram Deo quam sensate, quam prudenter nobis loquendum est! Hinc studium taciturnitatis in Patribus, qui multis annis ne verbum quidem locuti sunt, nisi confessionis Sacramentalis gratia. Et sane facilius est omnino tacere, quam prudenter loqui: vnde eum D. Iacobus perfectum vocat, qui in lingua non delinquerit. Dicit quidam: *Quoties inter homines fui, minor homo redij.* Et tamen ille ipse inter perfectos reputari merito potest. Quantum ergo à nobis

Iacob 3.

Apud Th. à Kempis lib 1. de imit. ca. 20.

nobis desciscimus dum sine modo, sine præsentia Numinis intuitu, linguæ habenas laxamus: nec frenum, quod manu contrahamus, retinemus!

Quibus de rebus loquendum.

14. In conspectu Regum de eorum gestis, aut maiorum, sermonem instituì, gratum illis est. In quo magnifica Dei opera referuntur; nec sermo eius, quam magnitudinis eius, beneficentiæ, virumq; ab eo præclare gestarum commemoratio. *Beati qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabũt te.* Qui in cœlorum atriis versari volunt, & cum Rege conuersari, eos de rebus ad eius gloriam pertinentib. loqui oportet: idque merito exigit, quandoquidem iure optimo ab omnibus omnia ad eius honorem referri debeant.

Psal. 83.

In sermone cauenda iactantiæ & arrogantia.

15. Cauenda quoque à nobis iactantia est, quasi aliquid egerimus, aut facere statuamus, postposita eius memoria vel auxilio. Non solent primquam Palatini coram Imperatore commemorare quidquam à se factum, etsi Rex nesciuerit quidem, si auctoritate aut nomine Regio fecerint, quod Principi suo non adscribant. Rex officia dedit, ipse sententias tulit, ipse noxam remisit: quia nempe eius nomine factum est. Caueamus coram Rege ne quidquam nobis attribuamus, cum sine eius gratia auxilioque facere potuerimus nihil, aut possimus in futurum: ideoque ei gratiam hominum colligamus, non nobis; ne furti arguamur, & vanæ æmulationis. hoc enim delicti genus valde noxium est. Idcirco B. Petrus, cum stupẽtes Iudæi cateruatim ac-

Act. 3. current, vt viderent claudum in verbo Petri ambulantem, *Viri*, ait, *Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare?* Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob glorificauit Filium suum Iesum. Gratiam ergo populi non auspari, sed Christo deferri voluit. & D. Iacobus,

Iacob. 4. *Ecce nunc*, inquit, *qui dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum facimus: pro vt dicatis, Si Dominus voluerit.* Displicet namque Deo arrogantia iactantiaque cum interna, tum maxime externis signis expressa; & arrogantior agendi modus, qui superbiæ suspicionem carere non potest. Si offendantur Principes quod familiares, quæ fecerint ipsi, sibi arroga re videantur, & animos ac beneuolentiam subditorum sibi conciliare; non offendetur Dominus, qui rerum omnium auctor est, non tum tum quia eius auctoritate fiant, vel nomine, quia *sine ipso factum est nihil?* Nihil recte actum dignum geremus, si nostra nobis tamquam auctoribus arrogemus.

Ioan. 1.

36. In conuersatione etiam Philosophi profani multa obseruarunt. *Sit sermo lenis*, ait Cicero, *minimeque pertinax. Neque vero, tamquam in possessionem suam venerit, excludat alios, sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudine nonnumquam vtendum putet: ac videat in primis quibus de rebus loquatur: si seriis, seueritatem adhibeat. si iocosis, leporem. In primis prouideat ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus: quod maxime*

Li. 1. Offic. In conuersatione qualis sermo esse debeat.

tum

tus solet euenire, cum studiosi de absentibus detrahentes, iocosa aut perridiculum, aut seuere, aut maledice, aut meliose que dicitur. habentur autem plerumque sermones aut de domesticis negotiis, aut de republica, aut de artium studiis & doctrina. Danda igitur opera est, vt, etiamsi aberrare ad alia cœperit ad hæc reuocetur oratio. Sed quoniam in omni vita rectissime præcipitur, vt perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic eiusmodi motibus sermo debet vacare, ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignauia, aut aliquid tale appareat. maximeque curandum est, vt eos, quibuscum sermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. Ita profani philosophi in præsentia Rationis loquendum esse censent, ne ab ea arguantur: quid Christiani in præsentia Creatoris sui? Quod si officio recte obeundo desint, si aberrent, si quid libidinose, intemperanter, iracunde, scurriliter loquantur, quanto magis reprehensibiles erunt! Hi loquuntur de priuatis negotiis, de republica, de studijs: nobis non desunt historiæ quoque sacræ, infinita sunt quæ de Deo, de beatorum rebus gestis, de sacris litteris, de virtutum exemplis narrentur; & si quando à scopo aberret, ad hæc capita reuocetur oratio. Verum ad mores corporisque reliqui compositionem veniamus.

57. Illud sane videndum, quid coram grauib. sapientibusque viris nobis agendum foret: solet enim quisque, vel etiam deprehensus, illico sese in se recipere, quidque sibi agendũ, & quid *Morum cõpositio coram Deo.*

qui præsens, honore dignus, exigat prosita dignitate, cogitare.

Apud Surium tom. 3. fol 721.

De S. Romualdo scribit Petrus Damianus, Rainerum Tusciæ Marchionem, vanitatibus mundialioquin & potentia tumentem, solitum » dicere, sibi non Imperatorem posse tantum » metum incutere, non vllum mortalium, quan» tum se Romualdi terreret aspectus: ante eius » quippe vultum neque quid diceret scire, neque » quibus se defenderet, excusationes inuenire. » Habebat reuera vir sanctus hanc ex diuino mu» nere gratiam, vt quicumque peccatores, pu» sertim potentes sæculi, in eius præsentiam » nissent, mox vt ante Maiestatem Dei territi ti» midarent. Sanctus nimirum Spiritus, qui » ctori eius insidebat, hunc terrorem iniustis » tentabat. Vbi ergo Deum habemus præsentem, si vere apprehendamus, docebit ipsa ratio qu» tanti Domini sapientia ac dignitas requirat, velimus confundi.

Sunt qui morum motuumque ac gestus tradant præcepta: quæ cum ex naturæ lege ruantur, & vero ex prima & æterna lege pro mantur, non possunt non iusta probari. Audi mus de hisce præcepta tradentem Philosophi moralem. *Cum autem pulchritudinis duo genera sint*, (inquit) *quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: venustatem muliebrem decere debemus, dignitatem virilem. Ergo & à forma remoueatur omnis viro non dignus ornatus, & huic simile vitium in gestu motuque caueatur: nam & palestrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum mo-*

Cicero Officio. lib. 1.

nis gestus ineptiis non vacant; & in vtroque genere, qui sunt recta & simplicia, laudantur. Adhibenda est pura ea munditia, non odiosa, neque exquisita nimis, vnum quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda vestitus: in quo, sicut in ceteris quæ rebus, mediocritas optima est. Cauendum est item ne aut tarditatibus vtamur in gressu molliorib. vt similes pomparum ferculis esse videamur: aut festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quæ in his sunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Hæc sunt è natura deprompta. Pudet, quæ ab Ethnico scribuntur, à Christiano, qui se in præsentia Dei perpetuo versari credit, non seruari.

Qui mores deceant in sacris.

Maior in diuinis tremendisq; mysteriis cauto reuerentiaque requiritur; quam parum attendunt, qui stantes oculos huc illucque detorquent, variasque & pernicioſas cogitationes aciscunt, cincinnos capitis conuoluunt, barbam mulcent, aut vtrimque diducunt, vestes ostentant, denique ibi tantummodo inciuiles ac incompositi sunt, eoque tempore & loco, quo tremere, prosterni, lacrymari, pectora tundere, de peccatis veniam petere deberent. Si Deum præsentem tunc non habeant, quid in conclaui quid in sympoſio, quid inter calices & maiora animæ pericula facturi sunt?

In meditatione.

38. Meditationi sua quoque respondet decens aptaque compositio. Stant quidam lubentius; fatiscunt alij poplites: alij, quod corporis infirmitas requirat, innituntur, aut sedent. Quid-

quid fiat, Deo sua debetur reuerentia, sed maxime in oratione. Nec tecto capite, aut inconcinne innitendo, vagabundis oculis orans videatur, ipsa Dei præsens Maiestas, à qua infimis precibus aliquid petitur, omnino suadet. Non sic alioquin pauperes, mendicant; non sic libelli supplices Regibus porriguntur.

Quæ deceant in domibus & cubiculis.

39. Rebus quoque domesticis cum mundities, tum maxime decorus ordo ac compositio respondeat, in iis quæ siue corpus vestium, siue cubicula, oratoria, atque alia concernunt, quæ singulis quibusque locis collocantur. Angeli plerumque leguntur in vestibus albis apparuisse, tamquam osores sordium: & in sepulcro Domini, quod Angelorum erat custodiæ demandatum, omnia composita Petrus & lintea nes post resurrectionem repererunt. *Introiuit* nempe *Petrus in monumentum,* (ait Ioannes) *& linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed seorsum inuolutum in vnum locum.* Cumque omnium quæ in cubiculis sunt, ratio magna habenda sit lecti maxime, & quæ ad illum spectant; linteorum nihil appareat; & si fieri possit, ne ipse quidem lectus interdiu videatur, cortinis contegatur: in quo cum quietis tempore degendum est, ea corporis compositio ac situs deligatur, qui nec diuinis oculis, nec Angelorum Præsidum puritati displiceat, magnum enim ornamentum pudicitia est, quæ, vbicumque conspiciatur, res ipsas incredibiliter venustat atque cohonestat. D. Dominicus Romæ apud S. Sabi-

Ioan. 20.

Circa lectũ quæ deceãt

nam

nequiescentibus Fratribus orans, ipse B. Virginem, duabus sanctis virginib. Cæcilia & Caninina (quarum altera vas aquæ benedictæ, altera aspergillum porrigebat) comitatam, vi singulorum cubicula adeuntem, & aqua lustrali accrucis signo eos consignantem, quos inter compositos reperiebat. Fratrem vnum prætermisit. Causam cum ignoraret B. Dominicus, quæsiuit ex eodem mane quid illi ea nocte accidisset. Fassus est bonus Frater aliquid in se innocentia ac honestate in se desiderari potuisse: "
cum euigilans se nudo corpore esse repererat, "
cæteroquin omni culpa carentem. Ideo, inquit "
Dominicus, suam benedictionem beatissima "
virgo cum ceteris impertiuisset, te tamen di- "
gnata non fuit. "

In vita eius apud Surium. Li. 2. vitæ S. Dominici c. 13. S. Domici pulchra visio de B. Virginis solicitudine.

Septimus fructus anonymus est: ideoq; ca- *Septimus fructus, anonymus.*
ret nomine, quod nominari scirique non possit *Manna.*
nisi ab eo qui expertus fuerit. Si manna velis *Apoc. 2.*
appellare, *absconditum* est, *& nomen nouum, quod* *Cõsolatio.*
nemo scit, nisi qui accipit. si consolationem, *magna* *Psal. 30.*
nimis est multitudo dulcedinis Dei, quam abscondit ti- *Præmium.*
mentibus se. si præmium, *oculus non vidit, nec auris* *Isaiæ 64.*
audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit *1. Cor. 2.*
Deus iis qui diligunt illum. si vnctionem Spiritus, *Vnctio.*
certe illa non deerit vnctio, quæ sanet, quæ in- *1. Ioan. 2.*
grammet, quæ nutriat: sanet vulnera, corda inflã-
met, sancta desideria nutriat. Iis sane, qui sensus
in hoc genere exercitatos habent, dicit D. Ioan-
nes: *Vos vnctionem habetis à Sancto, & nostis*
omnia. & *Vnctionem quam accepistis ab eo,*
manet in vobis: & sicut docuit vos, manete in eo,

&

& *Non necesse habetis vt aliquis doceat vos; sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium.*

Hic fructuum fructus locupletissimus est. Beata dies illa, qua nos fecerit in tabernaculis 3. Reg. 10. suum Dominus introire, in illo manere, illo frui, in eo ad finem vsque perseuerare. Quæ inde fructus consequantur, nemo nouit, nisi qui accipit; expertus cum Regina Saba potest exclamare: Vidi oculis meis, & probaui quæ media pars mihi nuntiata non fuerit. Maior est Dei bonitas, eiusque opera, quam rumor quem audiui. Non credebam narrantib. mihi, donec ipse veni & vidi. Beati ergo ij qui stant coram Domine, semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus eorum benedictus in sæcula.

Cap. VII.

Ex tribus modis generalibus existentiæ in rebus, per essentiam, præsentiam, & potentiam, eruuntur alii particulares.

40. Aggrediamur demum quod in hac Dei præsentia quæstione difficilius est, cum vt explicetur, tum vt in Praxim reducatur. Præsens etenim vita à futura in eo *Vitæ præsentis & futuræ differentia.* distinguitur, quod beati actualiter perpetuo Deo cogitant, Deum amant, & non cogitare

inuamare non possunt: nobis ea præsidia vires quæ non suppetunt; corpore quippe mortali, nunquam instrumento corruptibili, nobis vtendum est, cuius modum limitesque excedere frustra tentaremus: vnde, nisi quis prudenter in hac Praxi versetur, tantum abest vt negotium PERFECTIONIS suæ promoueat, vt etiam vires exhauriat, caput lædat, & se omnino ad mentalia officia exercenda inutilem reddat.

Cautela adhibenda in exercitio præsentiæ diuinæ.

Nihilominus suadent sancti Patres hoc conceptæ diuinæ præsentiæ exercitium, tamquam medium & instrumentum conueniens ad PERFECTIONEM capessendam, cum propter exercitii præstantiam, tum propter plurimas vtilitates, quarum nonnullas capitibus præcedentibus attigimus, qua de re ita loquitur Hugo de Victore: *Sicut nullum est momentum quo homo non gaudet ac fruatur Dei bonitate, & misericordia: sic nullum debet esse momentum quo eum præsentem non habeat in memoria.* Omne tempus in quo de Deo non cogitas, hoc te computa perdidisse.

Instit. Monast. lib. 3. de anima, c. 3. & Ber. lib. de interiori domo c. 9.

11. Quare modi quidam è sanctis Patribus educendi erunt; iique & faciles, ne concipiendo delatur imaginatio: & varij, vt varietas delectationem adferat, pellat tædium, iuuet deniq; contemplationem.

Illud in primis constat omnibus, hic non agi vtique in dubium, vtrum Deus sit in rebus omnibus; eo enim Scripturæ diuinæ Patresque omnes nihil pæne inculcant frequentius: & vt idipsum certum testatumque præsupponere-

neremus, initio probaui Deum esse vbique, omnia videre ac operari: sed quæritur quemadmodum concipiamus præsentem, & memoremus illius: eum denique, qui nos videt ac tuetur, quomodo videamus. Quare modi quidam concipiendi sunt, quibus id commodissime, fructu, ac delectatione assequi possimus.

Part. 1. q. 8. a. 9.

Tribus modis Deum esse in rebus.

Modi ergo seu rationes generales, quibus vbique esse Deus declaretur, auctore D. Thom. post S. Gregorium, sunt tres. Est enim in omnibus omnibus ac locis per essentiam, præsentiam & potentiam: quæ tria capita sunt, ex quibus multi modi effingi ac concipi possunt, quibus nobis Deus præsens redditur. Consideratur enim in omnibus prius vere existere: deinde in illis esse, vt cuique rei esse tribuat & conseruet: mouet etiam, agit, operatur, dum homo intelligit, vult, amat; & hæc tamquam prima motor, & causa effectiua. quod Diuus Gregorius ita distinguit: *Omnia tangit, nec tamen aliter omnia tangit: quædam enim tangit vt sint, non amen vt viuant & sentiant: sicut sunt cuncta inanimalia: quædam tangit vt sint, viuant, & sentiant, non amen vt discernant: sicut sunt bruta animalia: quædam tangit vt sint, viuant, sentiant, ac discernant: sicut humana & Angelica natura.* Hæc Gregorius. Nemo nulli namque, etsi ad diuinam prouidentiam cuncta pertinere non diffiteantur, voluerit tamen non omnia proprie à Deo creata esse, ipsum quædam condidisse, quæ postmodum alter crearent. Non est ita: attingit enim

Modus 1. per essentiã

1.

2.

Hom. 8. in Ezech. ante medium

sentia creatrix *à fine vsque ad finem fortiter, & Sap. 8.*
dauit non aliqua tantum, sed *omnia suauiter.* 3.

Ad hoc pertinet tertius modus, quo Deus esse sta- *Deus per*
tuitur in operationibus humanis tamquam ob- *modum ob*
iectum operantis animæ. Cum enim homo de *iecti cogni-*
Deo cogitat, eumque cognoscit: res cognita à *ti ac dilecti*
cognoscente Deus est: item si animus eum dili- *in homine*
gat ac desideret: res desiderata ac dilecta à desi- *esse dicitur.*
derante ac diligente Deus est: & vt obiectum in
esse dicitur, quod naturæ rationali proprie
conuenit. Quod si cognitio sit omnino natura- 1.
lis, præsens erit per essentiam sine gratia: si co- *Naturali-*
gnitio amorque supernaturalis fuerit, censebi- *ter.*
tur in nobis esse per gratiam, quod Diuus Gre- 2.
gorius sic declarat: *Qui numquam deest, & tamen* *Supernatu*
iniquorum cogitationibus longe est: nec ibi deest, vbi *raliter.*
ipse est: quia vbi non est per gratiam, adest per vin- *Loco cita-*
diam. *to.*

Ex hoc ergo capite Deus vbique est, quia v-
biique existit: rebus omnibus deinde impertit
vt sint, illudque esse conseruat: & vt agant tam-
quam prima causa immobilis mouet omnia: est
in memoria, cum de eo cogitas: est in intellectu
cum illum cognoscis: est in voluntate, cum eum
diligis: denique nouo modo est in homine iusto
dum nouum esse gratiæ tribuit, & supernatura-
lem quandam rationem viuendi & agendi largi-
tur eandem conseruat, & cooperatur veluti pri-
ma causa in genere vitæ supernaturalis, vt latius
explicuimus priori libro.

Alterum caput est, nempe omnibus in re
bus reperiri Dei prouidentiam per præsentiam

quod

Modus 2. quo Deus vbique est, per præsentiam.

quod idcirco ponitur, quia posset quispiam cre-
cere Deum quidem in omnibus existere secun-
dum suam substantiam; non tamen videre at-
nosse quæ agantur. Dicimus vero aliquid a
licui loco præsens esse, cum res omnes, quæ
eo sunt, eius patent aspectui: fuerunt nam
qui dicerent Dei prouidentiam in cœlestib
occupari, ad corpora ista inferiora se minime
tendere: *circa cardines cœli perambulare, no-
stra considerare*, vt refert Iob. Non ita est. Iob. 22.
aliter sentiebat Augustinus, cum diceret: *O
bone, omnipotens, qui sic curas vnumquemque
strum, tamquam si solum cures: & sic omnes,
quam singulos!* Sicut enim qui in aliqua dom
sidet, quæ in eius conspectu sunt, in iis esse
tur, quia sunt in eius præsentia: sic, etsi Deu
sentialiter in omnibus non esset, constat tam
hunc orbem, tamquam domum, ipsum fabr
se: & non modo Angelos curare, eorumque
gitationes habere præsentes, & eorum reb
teresse, sed etiam omnium hominum res ha
re perspectas.

Lib 3. Confess. c. 11.

Simile.

Modus 3. diuinæ præsentiæ, per potentiam.

43. Ex tertio capite, diuinæ nimirum po
tiæ, dicitur Deus esse rebus omnibus præ
contra Manichæorum errorem, qui statue
diuinæ potestati non omnia subiecta esse, sed
la spiritual a & incorporea, corporales vero
visibiles res nequaquam, sed potestati cuid
principij contrarij. Non ita credimus, sed cu

Esther 13.

Mardochæo libenter oramus: *Domine Rex omn
potens: in ditione enim tua cuncta sunt posita, &
non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreue
fu-*

Israel: tu fecisti cœlum & terram, & quidquid ambitu continetur; Dominus omnium es, nec quis resistat Maiestati tuæ. Daniel etiam ait: *Ipse mutat tempora & ætates; transfert regna, atque condonat; dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus.* Ex his tribus capitibus formandi quidam familiares, quibus Deum nobis reddamus præsentem, aut potius nos mentes præsentiæ eius sistamus. Dan. 2.

CAP. VIII.

Tres modi conceptæ præsentiæ diuinæ per essentiam. Primus est, Deum non esse animam mundi, sed quid nobilius per omnia diffusum. Secundus, esse lumen quoddam immensum, omnia penetrans. Tertius, tamquam Oceano omnia in ipso contineri.

PHilosophi quidam in primis, inter quos Cicero & Varro apud D. Augustinum, dixerunt *Deum esse animam mundi*: mundum enim animatum constituebant; cui soli duo essent, Sol & Luna, in capite, id est, in cœlo, quod orbis quasi caput est: rerum omnium vim in agendo ac mouendo ab illa anima, quæ omnia moueat ac impellat, promanare; quod secus quam in corpore humano singula vi sentiamus membra, distinctis officiis agentia, ab *Cic. de natura Deorum li. 21. Aug. li 7. ciuit. c. 6. Mundum esse animatũ ex Philosophorum sententia.*

vnius animæ influxu pendere: ex quo rursus se-
quitur, res omnes aliquid esse Dei: nec mirum
videri quod diuina quædam Dei indicia in ho-
mine appareant, cum ipse pars diuini corporis
potissima sit,& (velut cor) nobilius de Dei
uinitate vitaque participet. Falsa hæc opinio.
Non enim Deus forma aut anima mundi est:
enim Deus causa agens, nec venire vllo modo
Part. 1. q. 3. a. 8. potest in compositionem. D. Thomas hunc
errorem doctissime refutat. Philosophi tamen, qui de præsentia Dei nonnulla rimati
voluerunt, hunc modum tamquam ma-
liorem vsurparunt, vt Deum præsentem
tuerentur.

Modus 1. præsentiæ diuinæ.

Quod si commodè concipiamus, non
abs re istum modum bene correctum in lu-
cem adducere. Etsi enim Deus anima mundi
non sit, est tamen suo modo in toto mundo
Deum perfectius esse in toto mũdo, quam si esset mũdi anima. longe potentius nobiliusque, quam anima
corpore. Sicut enim anima est tota in toto
pore, & tota in singulis partibus: sic Deus
singulis mundi partibus totus est, & in vni-
so totus. ita enim Gregorius: *Transeat ergo*
1. *Simile. Hom. 8. in Ezech.* *mus, & ab iis transcendat omne quod creatum est:*
solo creatoris sui lumine fidei oculos figat: quod
viuificet omnia, qui creauit, Deus; quod vbique est,
vbique totus. En D. Gregorius Deo tribuit quo
rebus omnibus vitam adferat; quia & esse, &
tam, & quidquid ex ea oritur, efficit; seu (vt
idem Gregorius) *viuificat*: non tamen vt forma,
sed vt effectiua causa; quæ longe plus possit
quam ipsamet rei forma, quæ quidē sine ipsius
po-

prīæ causæ concursu nihil efficeret. Hanc si
mitudinis partem D. Hilarius optime applicat. *In Ps 118. ad vers.* Prope es tu Domine.
id, ait, *Deo vacat, nihil indiget: vbiq; est, modo animus corporalis, quæ in membris omnibus diffusa, à singulis quibusq; partibus non abest: etiamsi priuata quædam regia in toto corpore sedes est, tamen in medullis, ossibus, artubus infunditur.*

Deinde, vt anima singulis corporis membris 2. *Simile.*
uersa officia tribuit, & agit; videt oculus, digi-
scribunt, pes ambulat, dentes molunt, pulmo
respirant, cor spiritus diffundit, hepar san-
guificat, & vna anima hæc omnia operatur: sic
& Deus in omnibus omnia operatur, cum sin-
gula operantur.

Denique, vt in homine viuente apparet vita 3.
omnibus corporis partibus per eius opera- *Simile.*
nes: ita in toto orbe sat diuina prouidentia
bus ipsis inesse conspicitur, cum ordo vni-
rsi vno tenore conseruetur, & euentus varij
prodigiosi eueniant, qui à solo Deo fieri pos-
unt. vnde Psalmista: *Ordinatione tua perseverat* *Ps 118.*
as, quoniam omnia seruiunt tibi. & *Cœli enarrant* *Ps. 18.*
riã Dei, & opera manuũ eius annũtiat firmamẽtũ.

In hoc omnino etiam animam informantem 4.
Deus rebus inexistens superat, quod illa corpo-
e dumtaxat vtatur, ad actiones determinatas:
ec enim aut potest digito secare ferrum, aut
achiis volare, sursumque ascendere in aera,
ut sputo sanare lepram: Deus vero omni in-
rumẽto vtitur, vt inusitatos maxime producat *Ioan. 9.*
effectus. Luto cæcum illuminat, de lapidibus *Matt 3.*
suscitare potest filios Abrahæ, felle curat *Tobiæ 11.* *Exod. 8.*

Exod. 9. 10. & 14. Tobiæ oculos, extenta manu Aaronis produci ranas, Moysisque virga infinita patrat prodigia aqua naturali lauat animas, verbisque quibusdam characterem imprimit animæ. Cum enim rebus omnibus intime sit præsens, tamquam vt creator omnium, omni re tamquam instrumento vtitur, ad effectus diuersissimos producendos. Ideo magis timendus est, quod ipse omnia vbique parata habeat; ideo magis amandus, quod ad bene agendum vbique paratus & promptum à nobis semper habeatur.

Quidni ergo possemus concipere mundum quasi Deo plenum? vt loquitur D. Chrysostomus: non quod eius sit anima, sed quia plenius, sublimius; quod potentius contineat omnia, quam anima corpus quod animat. Hac enim ratione creaturis omnibus vtemur tamquam ab ipso conditis; Deo seruientibus, tamquam instrumentis; vt Deo plenis: quæ ratio nos ab amore creaturarum vehementer auocat; quando quidem & in iis præsentem Deum videamus, singula vindictæ instrummenta esse queant. Hoc ipsum nos ad magnam confidentiam concipiendam, eiusque implorandum auxilium excitat; cum profiteamur nos nihil sine eius cursu posse operari. Nec magno labore opus est ad hoc concipiendum: satis est enim hoc nouum & momento reminisci, sine nouarum specierum efformatione, nostra opera in Dei præsentia efficiendo.

Modus. 2. Deum esse 45. Alius modus est D. Augustini, qui Deum sæpe apprehendit tamquam infinitum quod-

dem lumen, diffusum per molem vniuersi or- *lumen infi-*
bis quodque cuncta penetrat, nec tamen inclu- *nitum om-*
sum; quodque à nulla re excludi possit. De- *nia pene-*
claratur hac similitudine. Ponamus mundum *trans, non*
esse crystallinum, solemque à nullo impeditum *tamen ex-*
radios suos directe immittere: radij solares om- *cluſum.*
nia illustrabunt, erunt omnia transparentia ac *Soliloq. c. 3.*
conspicua. Quod vero iam id non fiat, causæ *Simile.*
sunt, materies rerum densa, plena, & opaca:
quodque per varias moles soli oppositas sol ra-
dios diffundere non possit. Sed diffusionem
infinitam diuinæ lucis, nullum corpus, quan-
tumlibet durum, densum, vel opacum, impedi-
re potest: est namq; Deus *lux vera, quæ illuminat* *Ioan. 1.*
omnem hominem venientem in hunc mundum. In i-
psa Dei Verbo *vita erat*, (ait Ioannes) *& vita erat*
lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam
non comprehenderunt & Christus dicit de se: *Ego*
sum lux mundi. denique Iacobus: *Omne da-* *Ioan. 8.*
tum optimum & omne donum perfectum desursum *Iac. 1.*
est, descendens à patre luminum: apud quem non est
transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quod
vero lux illa non videatur, vel mentes hominũ
non illustrentur; non est luminis defectus, sed
oculorum & mentium nostratum imbecillitas
ac tenebræ.

6. Concipi ergo potest Dei præsentia quasi *Solis om-*
immensum lumen peruadens singula, vt sol si *nia illumi-*
mundum crystallinum inueniret. Differt ta- *nantis cum*
men hæc diffusio per res omnes à solis illu- *Deo vbiq;*
minatione: & primum quidem, quod sol *præsente*
non seipso, sed radiis suis diffundatur per amplis- *collatio.*

1. sima orbis spatia: Deus vero, totaq; eius essentia
2. præsens sit vbique. Deinde singulis quibus-
que rerum partibus partes radiorum respon-
dent, non ipse sol integer: Deus vero totus
minimis quibusque locis: quasi tot essent sol
quot minimæ rerum locorumque partes.
3. Adde quod sol res ipsas non efficiat, nisi ea
rebus omnibus communi: non continet ante
res factas, aut conseruat: Deus vero seipso fac
continet, & conseruat omnia: sine quo om
4. hil esset, aut nihil remaneret. Sol etiam vi
5. non cofert, sed iuuat visionem: Deus & fac
tes creat, & ad videndum iuuat, & coope
In particula quoque aliqua radiorum solis
sunt omnes radij simul: nec tanta vis est ad
minandum, quanta in amplissimis aut omn
simul radiis: in diuino autem lumine, vbi
soles sunt infiniti, in singulis quibusque
ta loquar) identitatibus ac replicationibu
ipsa diuinitas existit: nec tantum PER
CTIONES eius extentæ sunt per tot
tamquam infinita quædam ornamenta sit
ui cem cohærentia, sed singulæ PERFECT
NES omnes continent: ita vt in sapientia
tentia sit, iustitia, bonitas, fortitudo, patie
gloria, & si quid de Deo valemus excogitare
singuli illi soles ac PERFECTIONES
mundum, vident omnia, operantur cuncta,
6. stinent vniuersa.
Accedit quod ea, quæ sol videnda obiicit, i
non habeat: in æterno vero & immenso illo lu
mine res omnes existunt, longe perfectius

ipsis. quod idem Augustinus sic eleganter describit: *Omnia* (inquit) *ratione sunt condita : nec eadem ratione homo qua equus, hoc enim absurdum est existimare: singula igitur propriis creata sunt rationibus. has autem rationes vbi esse arbitrandum est, nisi in ipsa mente Creatoris? non enim extra se positum aliquam intuebatur, vt secundum id constitueret quod constituebat : nam hoc opinari sacrilegum est. quod si hæ rerum omnium rationes creandarum creatarumue in diuina mente continentur, neque in mente diuina quidquam nisi æternum atque incommutabile potest esse : (atque has rationes rerum principales ideas appellat Plato) non solum sunt ideæ, sed eas ipsas veras esse : quæ æternæ sunt, & eiusmodi atque incommutabiles manent.* Hactenus Augustinus. Quibus de rebus plura scripsimus libro superiori, capite primo : quæ non absre fuerit videre: est enim hæc consideratio liberior eximius, in quo otiosi habemus quod legamus: & quamuis nullus alius exstaret, sufficit ad legendum per omnem æternitatem. Quisq; tamen eo vti potest, prout corporis animique ferent vires.

Lib. 83. Quæst. q. 46. tomo 4

47. Tertius modus facile ex dictis concipi potest: cum enim constet Deum vbique degere, omnia penetrare & peruadere, nusquam vel includi vel excludi: sequitur eundem non tantum in nobis inueniri, sed etiam in ipso esse omnia, nos in eo moueri, viuere, & existere. ita enim ratiocinatur S. Augustinus : *Non essem, Deus meus, non omnino essem, nisi esses in me. An potius non essem, nisi essem in te, ex quo omnia, per quem omnia,*

Modus 3. quo omnia in Deo esse declarantur.

Li. 1. Conf. c. 2.

omnia, in quo omnia? Cum enim ex Deo simus, & per eum subsistamus; esse non possemus omnino, nisi in ipso essemus, & de esse ipsius participaremus, illudque nobis ipse perpetuo communicaret ac conseruaret. Sed modum, ô magne Domine, quærimus, quo te non modo presentem in nobis, sed nos in te degentes contemplamur. Hic modus tertius est conceptæ diuinæ præsentiæ: cuius conceptiones seu rationes sex statuemus.

Rationes sex quibus in Deo esse censemur.

1.

Vt spongia in mari. Li. 7. Conf. ca. 5.

Prima est D. Augustini: qui ante conuersionem suam malignam naturam inuestigans, mundum instar spongiæ, diuinum vero Numen Oceanum immensum reputabat, in quo res vniuersæ mergebantur. Eius sunt verba: *Tamquam si mare esset vbique, & vndique per immensa spatia finitum solum mare, & haberet intra se spongiam quamlibet magnam, sed finitam tamen; plenam illa spongia illa ex omni sua parte ex immenso mari: sic & ipsam creaturam tuam te infinito plenam putabam & dicebam.* Hac consideratione inquisitioni suæ satisfaciebat nitebatur Augustinus: nec omnino aberrabat: Deus enim replet omnia, & si ita loqui liceat, etiam loca imaginaria quæ extra mundum comminiscimur; estque veluti vastissimus quidam Oceanus, continens omnia ac replens non vt aqua, quæ totam quidem spongiam madefacit, eam tamen spongiam non efficit complectetur in se, non tamen conseruat, sed putrefacit; non tribuit esse, sed destruit substantiam; Deus vero res efficit & conseruat. Etsi cet res ipsæ vetustate vsuq; atterantur ac consu-

Deus mari cõparatur.

clan-

eatur: non comminuit tamen ipse, sed veteras-
cres comitatur, &, naturis rerum sese accom-
odans, benigne in omnem se eum ordinem
flectit, quem in earum productione cuique at
ribuit.

Spongia illa, quantumuis magna, compara-
ione maris immensi vix punctum reputari de-
et. Nec maior rerum vniuersitas, quę *tamquam* Sap. 11.
momentum statera & gutta roris antelucani meri-
ensenda est: nam finiti ad infinitum nulla est
roportio.

Nunc ad nos recurrat oratio. Sit Deus mare
diffusum per omnia, à terræ centro ex omni par-
e vsque ad conuexum cœli empyrei, atq; vndi-
ue fine carens: quid demum erit, si quispiam
ari illo mergatur? Si orbis ipse ac mundi ma-
ima puncti instar est, collatus cum immensa
a Maiestate; quid erit exigua mundi portio, ho
uncio, inquam, in longum octo, in latum pe-
em vnum aut alterum protensus? Exurge nũc
nimo, ô homo: considera gloriam tuam, con-
emplare dignitatem tuam. In Deo es, in
Deo viuis, in Deo moueris: non vt spon-
ia, quæ insensibilis & ex se immobilis est, aquæ
motu & agitatione maris iactatur: sed ratione
præditus, te versari in cœlesti illo mari cognos-
is ac intelligis. Et agitaris quidem: non violen-
er, sed spontanee & libere. Nec dubitare po-
es, tanto Numini deesse non posse potentiam,
ites, opes, subsidia, thesauros incomparabiles
uibus te tueatur & augeat. Illa, in te sunt: &
e extra te, vt in iis medius consistas: quo-

cumque os, manus, brachia conuertas, illa capias, gustes, sentias, complectare; & in hoc tissimo æquore velut spongia volui, reuolu surſum, deorsum, dextrorsum: siniſtrorſum omnem denique in partem te diffundere si mo tuo emolumento atque extendere pol Time, si peccasti: in te est qui te puniat, qu de illata per peccatum iniuria viciscatur; c tra te est, vt te ab amicitia sua, à beneficiis, a gno excludat atque exterminet. Spera, ſupli ames: auxilii in eo, & quidem omnipotente, ſatis est, & sane in tua potestate, tu enim ipſo Oceano merſus, Deo plenus es, & in plenitudine deliteſcis.

Quid modo otiaris animo, & quereris, ſi de diuinis rebus cogitandi ſeges minime peteret? Oceanus hic infinitus est, singula guttæ immensæ: at quot, quæso, in tanta tate numerabis? Plures in Deo PERFECTI NES, quam in mari guttæ: singulas ap hende, fuge, gusta quam suauis sit Dom Vberrima profecto copia perpetuo medi cogitandi, animoque summa cum volu voluẽdi ac reuoluendi materies deesse non test.

Psal. 33.

Ratio. 2. Nos instar piscium in vasto mari gratiæ diuinæ immergi.

Quia vero spongia vitam non habet, respirat, non graditur, sed alieno motu tem agitatur, potius pisces efficiamur (quæ secun ratio est) quam spongia; & in illo excellentiſ mo mari vitã & salutis viam conquiramus: qu doquidem *in mari via tua, Deus, & semita tua aquis multis.* Nempe apprehendamus nos ni

Psal. 76.

non in Deo esse per naturam, sed omnino in eum immergi per gratiam. Christus enim fons bonorum omnium cælestium infinitus est Oceanus: infinitus vitæ ac mortis perpessæ meritis aridum alioquin ergo alueum diuinæ suæ benignitatis impleuit, & Spiritus sui vberrimam abundantia locupletauit. Felices illi, qui eis in hoc salutari lauacro & mergi submergique, & in eo perpetuo viuere donatum est. De hoc loquitur Apostolus Paulus: *An ignoratis quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus illo per baptismum in mortem: vt, quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Hic ergo peccati vis submergitur, & vita animæ exurgit: cuius felicitas est, in hac aqua viuere; aqua latissima, quæ hominum multas myriades tamquam vnum hominem capere possit. Hanc plenitudinem nobis oblatam ac communicatam testatur B. Ioannes. *De plenitudine eius*, inquit, *nos omnes accepimus.* In hoc ergo mari & *viuamus*, & *respiremus*, & *natemus.* Per gratiam namque Domini Iesu, quæ latissimum immensumque alueum implet, viuimus interna animæ vita. O vita optanda! *Bonum est nos hic esse* & viuere. Caueamus ne ex hoc viuario egred amur, & le iferum mundi spiritum, qui ad vitam piscibus spiritualibus fouendam minime idoneus est, hauriamus. Is non refrigerat, sed suffocat.

Rom. 6.

Ioan. 1.

Piscium spiritualium tria officia.

I.

Matth. 17.

viuere in aqua.

Illud nãq; magna obseruatione dignũ, pisces

extra

extra aquam non viuere. sic nec homines extra Dei gratiam. *Si quis*, ait Christus, *in me non manserit, mittetur foras, & arescet, & in ignem mittent & ardet. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Piscis præterea mortuus in aqua putrescit, ac fœtore suo alios inficit. Pari modo, qui animi vitam amisit, etsi fidem habeat multisque Dei beneficiis affluat putrescit tamen sensim, atque mentem fœdis cogitationibus inquinat, appetitum scelestis desideriis sanciat, memoriam infandorum recordatione contaminat, tetroque odore aliorum mores corrumpit. Maneamus ergo in hoc mari, si vivere cupimus.

Ioan. 15.

2. *Respirare. Hom. 6 in Hexam.*

Sed respiremus, (nam & pisces respirant) nos aqua hac salutari impleamus. *Pisces namque* (auctore D. Basilio) *non habent respirandi organum, quo aerem hunc attrahant: sed quod in terrestribus aer obtinet rationis, id est generi natatilium aquæ & causa est in promptu. In nobis est pulmo: qui porro est rarum, meatibusque multis patens, quando ipsum pectus dilatatum, attractum recipiens aerem internum diuentilat nostrum refrigeratque calorem illis dilatatio contractioque branchiarum attrahentium humorem, reddentiumque, spirandi munus efficiunt.* Hæc Basilius. Felices illi, magne Domine spirituum, quorum hac spiratione sitibundos animos recreas ac refrigeras: hæc enim aquæ vires libidinis faces extinguit, pellit animi mœrores, accendit tepidiores, vitam efficit ac conservat, corroborat debiles, nutrit animam: nebulantur, infirmos fulcit ac sustentat. Hunc

Gratia divina aquæ comparatur: eius effectus.

rahunt in se, qui auide diuina audiunt vel le-
gunt, quibus interne Deus loquitur, & cœle-
stem auram aspirat, qui sensu quodam animi in
omnibus Deum gustant, vniceque æternis ra-
tionibus delectantur: emittunt vero, cum Deũ
laudant, meditantur, ad eum omnia sua referũt
iuuantur proximos, de diuinis rebus pie collo-
quuntur, ardenter orant, Dei gloriam quærunt
in omnibus, &, quasi aquis vndique cincti fo-
rent, quidquid gustant, vident, tangunt, odoran
nt, audiunt, amoris diuini facibus incitari vi-
dentur.

Hæc omnia claris verbis B. Paulus expressit.
Verbum, inquit, *Christi habitet in vobis abundanter,*
omni sapientia: docentes & commonentes vosmeti-
ipsos, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia
cantãtes in cordibus vestris Deo. Omne quodcunq; faci-
tis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ie-
su Christi: gratias agentes Deo & Patri per ipsum. Surius 27.
Hæc Apostolus verbis: facto & opere Elzea- Septemb.
rius Comes è Narbonensi Gallia oriundus: qui
cum ætatis annum ageret decimum-quintum,
ipsis feriis assumptæ Virginis Matris, susceptа
pie Eucharistia: sub prandij horam cum ad men-
sam patruo suo seruire deberet, ieiunus id obse-
quij præstare voluit. Accumbenti deinde vi- *Elzearius*
dissim, subito superuenit Spiritus gratiæ, cor *Dei gratia*
ius vehementer inflammans, idque cum *immersus*
multa suauitate diuini amoris. Eius autem *omnia con-*
flammæ & ardoris tanta vis fuit, vt abscondi *temnit.*
non posset: totus enim extrinsecus muta-
tus fuit, & toto corpore calefactus, atque in

» in vultu robore perfusus. Quod vt eius so-
» dales aduerterunt, de eius salute soliciti, quot
» eum putarent febri correptum, à mensa in cu-
» biculum abduxerunt, vt ille quieti se daret. At
» illis abſentibus humi postratus in preces inci-
» buit, quales spiritus suggerebat; atque illicta-
» tas diuini amoris persensit flammas, vt totus
» ius colliqueſceret animus, atque in Deum
» transformaretur. Tum vero ostendit ei Deus
» vitæ huius breuitatem; & vt totus hic mundus
» bonorum cælestium comparatione, merito
» contemnendus: tantusque inde in illo nas-
» est rerum omnium mundi huius bonorum
» que labentium contemptus, vt, si totus or-
» terrarum, & quidquid in illo est rerum pre-
» sarum, ei oblatum esset, plane fuerit recusa-
» rus, nec alio quam vilis luti loco habiturus. In-
» expertus est Elzearius. Duxit idem decem
» mandato Calori secundi Ierusalem & Sicilię
» gis, Dalphinam vxorem, egregiam & nobilis-
» & virtutis splendore, duodennem: cum
» Angelice virginitatem coluit. Hæc quo-
» die misit ad eum litteras per famulum, cupi-
scire cur moram in monte Pessulano traher-
Cui ille sic respondit: *Sanus corpore sum, &*
spes. Quod si vero videre me cupis, quare
vulnere lateris Christi: illic enim habito, & ibi
teris inuenire, frustra alibi quæsitura. Denique
tota eius vita præter aspirationes & respira-
nes spiritualis piscis vix aliud inuenies.

3. *Natare.* At natare pisces diximus. Haud sane difficile
erit, tali aura afflatos, placidos natare in æquore

natant, extendunt manus, ac pedes dimittant. Qui enim abundant Dei gratia ac visionibus, facile per creaturas omnes, in quibus Deus est, mentem deducunt: nunc celebrimantur, nunc ad tranſeuntium rerum breuitatem inſtabilitatemque recurrunt, nunc Chriſti hominis dolores ac PERFECTIONES contemplantur, nunc ad eius diuinitatem aſſurgunt. Vt igitur latiſſimus alueus piſcibus ſpatium ſecurrendi ampliora ſuppeditat: ita & copiior Dei gratia facilitatem & voluptatem homini ſpirituali præſtat ampliorem ad voluendum animo res diuinas. Sed ne fallaris: manus mouendi debent & pedes, *ſicut natantis ad natandum*. Neotioſum te poſſe ſtare reputes in aquatus ſufficere ſi ad commentationem animum appuleris: non eſt ita: manus ad opus exercendę, pedes ad motum applicandi: gradiuntur enim piſciculi pinnulis ſuis, & vel iugiter patrimonium quærunt vel oblectationem in æquore. nihil illis hoc luſu iucundius. At quæ voluptates cum profectu ſpirituali, arduis facinoribus pro Dei gloria ſuſcipiendis, familiari cum Deo conceſſu (qui cibi ſunt animæ eſurientis) confe-*Pſal. 106.* rendæ? *Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc? & intelliget miſericordias Dominii?* Enimuero quidquid ſit de piſcibus, qui ſubinde videtur ſubſiſtere: quiſquis dominũ in aquis eſt, & arte natandi non vtitur, quod dubie aut vorticibus abripietur, aut illico ſubmergetur. Vtique iuſtus vt piſcis eſurit omnibus ſemperque paſtum quærit, quærit profectum: *numquam arbitratur ſe comprehendiſſe,* *Phil 3.* ait

Gratia Dei meditantibus ſubſidio eſt.

Iſaia. 25.

Profectus ſpiritualis à piſcibus diſcendus.

Epist. 253. ad Abbatẽ Guarinum Alpensem.
1. Cor. 13.
Psal 9.
Psal 118.
Ibidem.
Psal. 110. & 111.

ait S. Bernardus *numquam dicit, Satis est: sed semper esurit sititque iustitiam : non enim ad annum vel ad tempus, instar mercenarij, sed in æternum diuino se mancipat famulatui. Porro vera virtus finem non recipit, tempore non clauditur ; vnde est illud : Caro numquam excidit, & item : Patientia pauperum non peribit in finem. Audi denique vocem iusti : In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. & rursum : Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum. Non igitur ad tempus. Proinde iustitia eius manet non aliquanto tempore, sed in sæculum sæculi: sempiterna itaque iusti esuries sempiternam meretur refectionem.* Hæc Bernardus Meretur vtique eam quærat, nec requiem det palpebris suis, nec inueniat eam.

Hæc ratio Deum contemplandi est aliquantum pe-dum elegans, sed non minus salutaris: & mul-me si nos pisces mundi secundum Legem Mo-rimus. *Eiusmodi siquidem pisces mundos Legis-ctio iudicat,* (vt ait idem Bernardus) *qui & pinnu-uantur, & proteguntur squamis.* (hi enim sunt lire subinde solent extra aquas) *sunt autem squa-mæ multæ, sed vna ex eis quodammodo lorica con-tur: quia vna est patientiæ virtus, licet singulis tri-tionibus exhibere singulas videamur. Iam vero squamas ad patientiam, sic & pinnulas quoque hilaritatem arbitror non incongrue posse referri. Hi-laritas quippe leuat & subleuat: vt saltus quosdam altum dare videatur, quisquis exhilaratur. Sane duas habeamus pinnulas, duplex nobis hilaritas quæ-da est : & forte propterea docet Apostolus (ille*

Pisces mundi qui. Serm. 1. in die S. Andreæ.

Patientia per squamas significatur.

Hilaritas spiritualis duplex.

...minas habebat, quibus & in tertium vsque cœ- 2. Cor. 12.
...luptus est, & volauit in paradisum) non solum glo- Rom. 5.
...in spe, sed etiam in tribulationibus. Hæc Ber-
...nardus. In Deo itaque sumus vt spongia in mari,
...pisces mundi in aqua.

Huc facit tertia ratio, qua nempe non tan- 3. Ratio.
...in Deo nos esse meminerimus, sed etiam Nos esse in
...Christi Domini corpore mystico. *Vos estis* corpore
...Christi, ait S. Paulus, *membra de membro.* & Christi my-
...Christus reputat sibi fieri, quod vni ex e- stico.
...minimis famulis factum fuerit; exclamat- 1. Cor. 12.
...aduersus Paulum Ecclesiæ persecutorem: Matth. 25.
...*Saule, Saule, quid me persequeris?* denique: *Qui man-* Act. 9.
...meam carnem, & bibit meum sanguinem, in Ioan. 6.
...manet, & ego in illo. Manet in nobis Chri-
..., non modo præsentia diuinitatis suæ, sed
...per gratiam habitualem, aliaque virtu-
...ornamenta, quibus ipse à nobis diligitur
...colitur: in ipso vero sumus, quia, cum caput
...Ecclesiæ, totum huius corpus, eius corpus est;
...per fidem & caritatem ei adhærent, mem-
...eius sunt. Hæc consideratio non impor-
...videtur nostro instituto; nec suo fructu ca-
...bit, si subinde Christum in suis membris su-
...ciamus, si nos in excellenti illo vastoque Ec-
...clesiæ ac Christi Dei corpore contineri recor-
...mur: quod non fiet absque insigni eius sola-
..., qui in omnibus Deum quærit ac intuetur. 4. Ratio. In
...de hoc argumento variis locis dicendi oc- Deo esse,
...casio. qui eius
In Deo præterea nos esse sacra Scriptura com- præsidio
...morat, cum, eius freti gratia, ipsius præsidio protegun-
tur.

sperantes vtimur : ita enim Regius Psalt
Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione
Psal. 90. *cœli commorabitur. In Deo meo transgrediar mur*
Psal. 17. denique : *Qui confidunt in Domino, sicut mons*
Psal. 124. *non commouebitur in æternum, qui habitat in*
salem. Montes in circuitu eius, & Dominus
cuitu populi sui , ex hoc nunc & vsque in sæ
Nonne merito in Deo censendus es, si vnu
septus eius auxilio, intus ac foris mun
Psal 96. nullo lædi possis? *Non accedet ad te malum, &*
lum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Ratio 5. In Deo esse cõtemplationi addictos, instar auiculæ in sole & aere elevatæ.

Ratio quinta ad illustrandum hunc ter
præsentiæ diuinæ retinendæ modum
mum valet. Censetur namque auicula in
mum aerem elevata in sole esse, in aere ve
videt inferiora, superiora prospicit, radio
solarium & aeris purissimi fruitur ben
Sic & nos in Deo esse dicemur, si auicu
rimus spirituales : si diuitiarum pondus
norum & officiorum sarcinas, voluptat
queos abiicientes, ad altiora feramur; pe
Phil. 3. vno terrena calcantes dicamus, *Omnia, D*
Gal. 6. ne, *detrimentum feci, & arbitror vt stercora*
lucrifaciam: Mihi mundus crucifixus est, & ego
do: altero vero pede cælestia petamus, in
matisq; desideriis, quasi brachiis, nobis D
Psal. 72. deuinciamus, identidem his vocibus inge
tis : *Domine quid mihi est in cœlo, & à te qui*
lui super terram ? Defecit caro mea, & cor m
Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum
ecce, qui elongant se à te, peribunt : perdidisti
qui fornicantur abs te: mihi autem tibi adhær

nuos, *ponere in te spem meam.* Spirituales erguiculæ, pennis orationis & meditationis enitæ, solis radiis aereque purissimo fruuntur; aliqui in Deo esse dicendi sunt, illi maxime, *qui* ales altissimum in locum delati *volant*, & *columba ad fenestras suas*, in sole solem intuentes: subactis nimirum perturbationibus, contemplationi se totos addicunt; illic hærent suspensi, æternum iustitiæ Solem intuendi, purissimam eius gratiam vt aerem hauriunt, terrena omnia calcant ac despiciunt. Hæc mortales experiuntur in terris. *Isaiæ. 60.*

At forte Oceamus (vt ad sextam rationem veniamus) non erit in cœlis. Quid ni? illic est *fons vitæ. fluminis* inde *impetus lætificat civitatem Dei*; hinc *torrentes voluptatis* exundant; hic mare inexhaustum, beatitudinem omnibus impertiens. Ad hanc beatorum societatem aspirat Rex piissimus *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* quando pulchritudinem illam aspiciam hauriam; nec ea modo, sed & gloriæ lumine circumfluam? Esto bono animo, quicumque hæc aspiras: veniet dies desideratus, quando *dabitur in bonis desiderium tuum.* Recordare quid templo Salomonis acciderit: *Cum* enim *complesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo & deuorauit holocausta & victimas: Maiestas Domini impleuit domum: nec poterant Sacerdotes ingredi templum Domini, eo quod implesset Maiestas Domini templum Domini.* Templum illud erat figuum: at ô *Israel, quam magna est domus Dei,* *6. Ratio.*

Beati censentur esse in Deo.

Psal. 35.

Psal. 45.

Psal. 35.

Psal. 41.

Psal. 101.

Psal. 102.

2. Paral. 7.

Baruch. 3.

& ingens locus possessionis eius! Magnus est, & non ha-
Psal. 23. bet finem, excelsus & immensus. Dominus super Ma-
ria fundauit eum, & super flumina præparauit eum
Quanta ergo in cœlo vastitas, non vnius mari
tantum, sed quæ infinita Maria & flumina co
tineat! Illic, si vspiam, Maiestas Domini im
templum. Quid erat Maiestas illà in templo
lomonis? splendor quidam insolens, non mo
do oculos intuentium perstringens, sed & pe
cellens animos reuerentia quadam, atque a
miratione, singulari mixta gaudio: vnde ca
2. Paral 7. tes proni in terram super pauimentum stratum la
adorauerunt & laudauerunt Dominum: quoniam
Matth. 12. nus, quoniam in sæculum misericordia eius. Sed
Luc. 11. plusquam Salomon hic. Locus ille non eget so
Apoc. 21. que luna, vt luceant in eo: nam claritas Dei illumi
uit eum, & lucerna eius est Agnus. Ille, ille ple
est Maiestate, plenus Deitate, plenus splen
& gloria: & qui in eo sunt, pleni Maiestate,
uinitate, & gloria, & in illo gloriæ gurgit
merguntur. Immensa namque illa Maiesta
spicitur, quę diffusa per omnia, lumine quo
incredibili rapit beatorum animos admira
ne, consolatione, amoreque tui, sibique
arcte deuincit, vt nullo casu separari ipsi
queant, vel velint. *Ecce mysterium vobis dico.*
1. Cor. 15. in amicitiæ diuinæ mari vixerint, spirauerint
natauerint, progressumque fecerint de virt
Matth. 25. in virtutem, iis in illa die, in illa hora (ô bea
ô felix, ô quando aderit!) dicetur: *Intra in*
gaudium Domini tui.

CAP

CAP. IX.

Quartus modus præsentiæ Dei per essentiam in omnibus rebus existentis : cernendum esse Deum in creaturis operantem.

VIdimus Dei præsentiam in creaturis existentis, nosque in ipso : videamus eidem operantem, qui quartus modus est præsentiæ diuinæ concipiendæ. Conficitur enim ex his, quæ diximus, Deum vt in ipsis esse, & in ipsis agere, eas per eum moueri aut subsistere. Refert historia Tripartita dignam memoratu rem; videlicet, cum quidam Philosophorum accessisset Beatum Antonium dicens, quomodo sufficis, ô Pater, codicum consolatione priuatus? respondit Antonius: *Meus codex, ô philosophe, natura creaturarum est : & adest cum libuerit, verbaque Dei relego.* Insignis liber iste est, quis oculos bonos haberet : stupenda continet; quæ perspiciemus, si modo animum in eius contemplationem conuertamus. Constat etenim omnia inferiora hæc à Deo condita esse propter hominem, siue terrestria, siue cælestia: temporalia item, spiritualia, & æterna bona. *Omnia enim vestra sunt*, ait Apostolus, *siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura : omnia enim vestra sunt, vos autem* CHRISTI, CHRISTVS *autem Dei.* Hisce vero inuolutos omnibus ad vitam hanc mixtam, partim

Modus 4. quo Deus in rebus conditis operatur.

Lib. 8. c. 1.

1. *Cor. 3.*

tim corporalem, partim spiritualem: & si mul
ex his, quæ sunt, non essent, indigentiam ha
dolenter animaduerteremus. imo multi mu
desiderant, sibique deesse queruntur, cum ad
stentationem, aut corporis cultum & ornat
tum ad sanitatem vel perditam recuperand
vel integram conseruandam: ad studia ac doc
nam promouendam, ad amicitias conciliand
ad salutem animæ consequendam. Verbi gra
terra si hiatibus abundet, ambulare non pot
aer obtenebrescat, operari videre que non
bis: non viues, si panis desit, si ignis, si aqua
hæc omnia dat Deus, sine quo non esset
non ageret.

Peregrinum quendam è mari naufrag
Palæstinam aduenientem, capite, pedibus
pæneque toto corpore nudum & squali
quidam bonus Abrahamus obuius excepit
xitque domum. Eius famuli, iussu do
certatim quisque (prout officium exig
alius galerum, alius calceos, alius cali
femoralia subministrarunt. Lauit illi
lus pedes, faciem, corpus, & ab il
mundatum linteo calefacto absterfit: th
ce & exomide alter eum donauit; curat
lius luculentum ignem; cibum alius,
vinum optimum deprompsit: quibus o
bus refocillatum, & aliquot noctibus mol
lecto recreatum à fatigatione thesaurarius be
nummatum dimisit. Redit ille in patriam
Abrahami liberalitatem prædicat, de ob
sequiis famulorum tacet; & tamen domin
ac

nonuit se. Deus & Dominus noster ipse
celebrahamus, qui nos excipit: omnes res
creatæ ab ipso eidem obsequuntur, &, quibus *Psal. 148.*
ad seruiunt. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus*
procellarum, quæ faciunt verbum eius: *montes, &*
omnes colles: *ligna fructifera, & omnes cedri: be-*
stiæ & vniuersa pecora: *serpentes, & volucres penna-*
tæ: *Reges terræ, & omnes populi: Principes, & o-*
mnes iudices terræ; *iuuenes & virgines, senes cum*
iunioribus. Quare si quis te excipiat, si ignis ca
leciat, si cibus reficiat, si potus sitis ardorem
extinguat, si vestes tegant & ornent, si denique
colores videas, si dulcorem sapias, si odorem,
excipias, si res alias cognoscas, scito per illum
Dominum fieri, sine quo nihil fieri potest: illum
esse qui hæc facit, non modo per hos fa-
mulos, sed & præcipuam ipse operis partem su-
am: nec illi agerent, si ipse cum ipsis non ageret.
Quare Diuus Augustinus illi quoque nomina *Sóliloq. c. 31*
eorum attribuit, dicens: *Cum Deum meum quæro*
quæro nihilominus quandam lucem super omnem lucē,
quem non capit oculus: quandam vocem super omnem
vocem, quam non capit auris: quendam odorem super
omnem odorem quem non capit naris: quendam dulco-
rem super omnem dulcorem, quem non capit gustus:
quendam amplexum super omnem amplexum, quem
non capit tactus. *Ista enim lux fulget, vbi non capit*
tenebræ: *ista vox sonat, vbi spiritus non rapit; odor iste redo*
let, vbi flatus non spargit: *sapor iste sapit, vbi non est*
voracitas: *amplexus iste tangitur, vbi non diuel-*
litur. *Hic est Deus meus, & non æstimabitur*
locus ad illum. *Hoc quæro, cum Deum meum*

quæro: istud amo, cum Deum meum amo. Hactenus Augustinus.

Ex profanis spiritualia eliciũtur.

49. Huc spectat, quod, qui hoc exercitio ex coli desiderat, è rebus profanis & tempor bus, actionibusque hominum, sensus quos ac conceptiones spirituales eliciat. quod C sto Domino admodum fuit familiare; qu vulgaribus rebus elegantissimas parabol conceptus educebat: vt ex asino in puteum te, atque extracto, peccatorem è peccati esse extrahendum: è quinque panum hord ceorum vsu, ad panis spiritualis seu fidei; de sui ipsius, panis viui, qui de cœlo desc denique ad Eucharistiæ instituendæ sub sp bus panis & vini promissionem deuenit. H tot parabolæ; de filio prodigo, de semin thesauro in agro abscondito, de denario di operariis vineæ numerato, de ficulnea a exscindenda. Ex quibus colligimus, o mum Dominum, quæcumque videbat, ad sp tualem intelligentiam solitum transferre, a mores salutemque proximorum.

Ex rebus omnibus creatis spirituales cõceptus esse excitãdos.

Homo pariter spiritualis ex rebus omni creatis elicit conceptus spirituales, quibus d nimum à vanis cogitationibus, otio, pecca que multis tuetur, & se velut iaculis quibus ignitis inflammat. Id vero fit inducta compa tione rerum terrestrium cum cælestibus a spiritualibus; illa eleuando, horum vero exc lentiam prædicando: vt cum solem astra e spicis, illico infer, longe illustriorem esse anim hominis, quam cœlos, si illa iustitiæ Solé virtu-

tum-

tinque lucentes gemmas contineat. Si cœlum inspicis, ad sedes beatorum animum attolle: vi dellic tibi locum paratum esse, si Deo pareas, amq; colas & venerere. Si auium cantum au-is, de laudibus cogita beatorum. Cum aurum spicis, id lutum reputa comparatione sapien-æ: Cum thronos, diatemata, atque honores ti- obiicis, veniat huius versiculi in mẽtem: *Bea-vir qui timet Dominum: gloria & diuitiæ in domo* *Psal.* 111. *us, & iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Si cibos actes, existima id quod est: nempe in ventrem descessum abire, verbum autem Domini ciboſ-que spirituales in æternum manere.

Idem fecerunt Apostoli. Paulus sane in hoc enere erat exercitatissimus: vt, cum de Genti- *Rom.* 11. um adiunctione tractat, hoc ex hortulano- *1. Cor.* 9. nm, qui insitiones faciunt, mutuatur industria: *2. Tim.* 2. Christianos ad profectum cursu in stadio ac pu- *Rom.* 9. na Olympica propositis excitat: certamina ẽinde instituit, promittit coronas: figuli arte usque compositione vocationis nostræ gra- tiam exaggerat.

B. Martinus, Episcopus Turonensis, hac Pra- *Epist. ad* (vt auctor est Seuerus Sulpitius) subinde v- *Bassulam,* ebatur. Visitaturus diœcesim Condacensem *socrũ suã.* cum discipulis suis, videns mergos in flumine ilcibus capiendis insidiantes, *Forma*, ait, *hæc amonum est: insidiantur incautis, capiunt nescientes, aptos deuorant, exsaturarique non queunt deuora-* Mergos vero illos in siluas montesque abdi- os diuina virtute male precatus relegauit.

Ioannes Climacus narrat se in visitatione Mo- *In Scala spi*

rit. grad. 4. post initiũ. nasteriorum Fratrem quendam, qui culinæ curam habebat, reperisse singulari lacrymarum gratia præditum; à quo cum sedulo scisciatur fuisset qua ratione tãtum donum esset adeptus, demum precibus inductus Frater respondit *se numquam arbitratum in culinæ ministeriis servi hominibus, sed in suis Fratribus de Apostolis bene meri: & ex ignis, quem perpetuo cernebat, conspectu vel igniis inferni incendia animo versasse, quæ consideratio vberes ex oculis lacrymas solebat elicere.* Præclarum illud est, quod Socrates narrat de Pambone: qui cum Athanasio deprecante ab eremo

In hist. Tripart. li. 8. c. 1.

» descendisset Alexandriam, & vidisset mulierem
» theatralem, fleuit; & à prætereuntibus inquitus quare ploraret, *Duæ*, inquit, *meres mouerunt vna, quæ est illius mulieris perditio; altera vero, quia ego non tantum studeo placere Deo, quantum hæc turpibus placere possit hominibus.*

Ribad in vita eius Gallice conscripta, l. 4. c. 1.

Valuit in hoc genere spirituales conceptus efformandi ex rebus promiscue occurrentibus P. Franciscus Borgias, ex Duce Gandiæ Societatis Iesv, & demum Præpositus eiusdem Generalis in ordine tertius: sed eo magis admirãdus quod pleraque ad sese demittendum applicaret. Venienti Romam in habitu Ducali, cui Cardinales pro more ei mulos obuios misissent, *Nihil*, inquit, *vmquam opportunius, nihil conuenientius fieri potuit: bestiæ bestiam exceptura aduenimus.* Post ingressum in Societatem cum nobilis Hispanus, motus compassione, quod nimis incõmode iter facerer, rogaret vt valetudinis suæ aliquam curam haberet, Franciscus ridentis-

Ne arbitretur dominatio vestra, inquit, *mihi de-*
opportunitates itineris: solvo metatorem præmitte-
que commoda in diuersoriis nobis apparet. Ecquem?
nobilis. *Cognitionem mei*, respondit Franci-
cus, & considerationem pœnarum infernarum, quas
meritis exigentibus merui. Hac notitia comitatus,
nunquam hospitium tenuiter instructū inuenio com-
moditatibus, imo apparatum longe meliorem quam
mihi mereri videar. Alias Xenodochium visitan- *Loco cita-*
em diabolus in forma hominis sic illū aggres- *to.*
is est: *Quid hic agis, Francisce, inter populi quisqui-*
liasque faces? non pudet te Principem hisce annumera-
ri? Magis, inquit, (agnouit enim increpantem)
temnor me adeo humilem abiectumque homunculum
uxta ac peccatorem tuo colloquio dignari, cum sis Rex,
& quidem super omnes filios superbiæ. Hic bonus
Pater intentus perpetuo videbatur, vt in Deum
virtutumque acquisitionem, obuia quæque
conuerteret.

50. Assurgunt alij ex leuissimæ rei conspectu
ad Creatoris supremam Maiestatem, ac pulchri
tudinis eiusdem considerationem: quod de B.
Ignatio Societatis IESV fundatore scribunt Pe-
trus Ribadeneira & Maffeius; qui ex conspectu
floſculi Conditoris illico veniebat in memo-
riam, quod & multis Sanctis familiare fuit, qui *Floris lo-*
florem quodammodo sic loquentem audire vi- *quentis*
debantur: En eius, quem diligis, Dei serue, ma- *Deumque*
nus sacrosanctæ fecerunt me: ille mecum est; *laudantis*
meque sic sustentat, vt mecum viuat. In eo sum, " *descriptio.*
viuo in ipso: pulchritudinem meam ab eo ac- "
cipio. Si meam originem nosse velis, in paruo "
semine

„ semine delitui; quod in terræ gremio molliore
„ depositum, vapore tepefactum, terra omnium
„ mater diffudit, elicuitque herbescentem ex eo
„ viriditatem : quæ nixa fibris stirpis, sensim ado-
„ leuit, culmoque erecta cortice vestito, in pau-
„ varias velut brachia extendit sese; è quibus
„ folia vel flores eruperunt certatim. Intege-
„ teros, rosæ mihi nomen est. Munior spina
„ quæ ad custodiam mihi à Conditore data fuit.
„ Quam modo explicatam patentemque consi-
„ cis, velut globo, thecæ cuidam quasi folliculo
„ dissecto, contra noctis iniurias inclusa, primo
„ calyx aurora surgente, deinde nympha explu-
„ tior euasi. Quotquot in me folia molli
„ conspicis, prodeunt ex capite aut globo infra
„ re lanugine referto, quo tenerioribus velut
„ guibus quibusdam continentur. Prodit & cap
„ lamentum, seu tenuissima quædam stamina,
„ quorum apice croceus flos insidet; semen,
„ species pereat, asseruans. Mirare foliorum
„ crimina, crispationes, ordines : vide colo
„ nunc purpureum, nunc Alabandicum, nunc
„ beum atque ardentem, nunc albiorem: iunge
„ dorem eximium : adde vim quam mihi auct
„ rerum omnium indidit, vt ex me electuaria m
„ ta conficiantur ad sanitatis humanæ conser
„ tionem; hinc aquæ, syrupus, intrita, oleum, u
„ guentum rosaceum, vt non oculos modo obl
„ ctem, sed & palatum, & nares, & tactum, & sto-
„ machum; denique totum hominem benefi
„ meis demerear. Si desiderio mei teneris, re-
„ neare illius, cuius manus me totam efformau-
„ rui;

rum;omnesque mei partes,quales vides concin Sap. 13.
unt.*Scias quoniam qui hæc* omniaque alia *fecit*,
uctore Salomone)*fortior est illis,ac speciosior:spe-
ulum enim generator hæc omnia constituit:& à magnitu
ne & excellentia speciei & creaturæ cognoscibiliter
ossit creator horum videri.*

Sic creaturæ creatorem suum loqui ac prædi
are gestiunt,vt non frustra Dauid ceciniſſe vi- Psal. 18.
atur:*Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuũ
us annuntiat firmamentum.* De his plura superio
libro scripsimus:sed lubet paulo fusius in hoc
argumento immorari.

*Duo in re-
bus creatis
consideranda.*

Praxis ergo modi huius ea esse poterit, vt
quotiescumque rem aliquam intueberis, ani-
mo ac cogitatione eam totam penetres, duoq;
ea maxime diuersa distinguas: nempe rem i-
psam conditam,& eius conditorem:quæ separa
tim primum,deinde composita, obiicient animo
rem, non vt species externa repræsentat,
sed vt à mente fide illustrata debet appre-
hendi.

Quadruplicia rerum creatarum genera.

Quaduplicia vero sunt rerum genera: quædã
vita carent,alia viuentia sunt,sine motu: alia vi-
uunt,& mouentur:denique discernunt alia,ra-
tioneq;vtuntur & sermone: &,si homines gra-
tia diuina præditi sunt,diuinæ nobis similitudi-
nis speciem obiiciunt.

I.

Quomodo in his, quæ vita carẽt, Deus videatur.

In hisce omnibus Dei videndi ratio hęc est,&
Praxis,vt,si quid videris quod anima careat, in
ipsam rem penitius ineas: & primum, quod
creatum est, ex vna parte cum adiunctis orna-
mentisque omnibus repone: vt lapidem in
ima-

imaginem artificioſe transformatum, aut etiam informem, illius item lineamenta, veras, manifeſtas artificium, & ſi quid aliud appareat: tum altera parte intuere ſeparatim quaſi Spiritum cum omnibus rebus inexiſtentem, tum cuiuſque rei & huic in particulari eſſe ſpecificum, non forma, ſed vt prima cauſa cum omnibus eius iunctis tribuentem ac conſeruantem: ſine qua res illa eſſe non poſſet, nec conſiſtere. Etſi ante non erat, quam iſtud diuinum eſſe ſe adiungeret: ita plane certum eſt ruere, & in nihilum reuerti, vbi Deus, vt tu mente, ſic rei ipſi à creatura ſua volet ſubtrahere. Adde PERFECTIONES illas ac delectationes quas viſum, ſiue auditum, aliumue ſenſum affici ab eodem Spiritu & originem ducere, & conſeruari: nec modo in eodem Spiritu ea omnia contenter contineri, ſed eundem cuique rei PERFECTIONEſque tribuere. Quod vero illud eſſe diuinum inuiſibile eſt, ſe eo modo, quo homo capax eſt, per haſce nempe creaturas, quaſi quędam perſpicialia, exhibet viſibile: vnde, ſi duo illa diuulſa cõiungas, tum demque Deum rebus creatis inexiſtentem, & ſint, conferentem, intueri poteris: eoque & delectari.

Quare ſiquid, quod vita careat, oculis obuiet, quod eos delectet, conuerte aciem in eum qui latet remque illam complectere animo, ille demum aliter tibi ſapiet, quam ſolo oculo attonis eam comprehenderes, meritoque ſuauiſſimo animi ſenſu Deum compellabis, & dices:

Oh

(a)perti mihi forent oculi ! ô si gratiæ tuæ «
mine caligine depulsa , intueri te clarius li- «
eret ; O beati mundo corde , quoniam ij te *Matth. 5.*
idebunt. Videbunt vtique perfecte in cœlo si- «
perspicilijs istis. Sed quando saltem in hoc «
eculo & ænigmate sic te complectar, vt in exi- «
o positus totus inflammer consideratione & «
ore tui, rerumque quas condiderunt ma- «
s tuæ? Te horum omnium auctorem agno «
o, tibi gratias ago , qui a hæc mihi omnia præ «
stitit : summoque afficior gaudio propter «
incomprehensibilem gloriam tuam: quia ama- «
bilis es in omnibus operibus tuis, Domine glo «
riosus, omnipotens & laudabilis in sæcula: sine «
quo nihil est, & in quo ac per quem sunt omia. «
Si obiecta res auditum afficiat ; odoratũ, aut «
gustum, melodiam illam, odorem, aut saporem «
diuino Spiritu per omnia diffuso seiunge, cum «
que immensam illam Maiestatem conspexeris, «
ne qua illa sensuum oblectamenta corruerent, «
tum ad te inuitans sic dices: Tu, Domine, sonũ, «
odorem, saporemque & efficis, & sustines: veni «
in me cum eis, vt sciam quam suauis sit Spiritus «
tuus : recreet me harmonia tua, confortet o- «
dor, reficiat sapor. O voces & soni ! si vos e- «
mortuæ res vim quandam effunditis, interiorẽ «
etiam hominem permouentem ; quid infini- «
arum PERFECTIONVM, quæ in Deo cõ- «
sistunt, concentus efficiet? O odor delectabilis, «
quam mirabilem sub te odorem tegis : Et si «
me delectat id quod forte cras putidum erit: «
quid fiet cum odore illo fruar , qui à natura «

incor-

Eccle. 24. incorruptibili promanat? O sapientia, quæ ex o-
„ re altissimi prodiisti, quam sapida es iis qui sanũ
„ palatum habent! O quando satiabitur in bonis
„ desiderium meum?

2 Si vero res conspecta vitam habeat, vt arbo-
Inplantis Deus etiã videndus. res & plantæ: auoca id, quod natura sibi vendi-
cat, à diuino illo Spiritu, & singula perlustra-
dices, viriditatem, flores, fibras omnes, folio-
denticulos, venas, surculos, gemmasque em-
pentes: tum aduerte diuinum istum Spiritum
qui mundi initio late ferebatur super aquas, n-
time singulis præsentem esse, formasque
buentem, ac sustinentem, & alloquens dic
Gratias tibi ago, immense Domine, quod &
„ cum sis, viuere solum tibi non vis, sed & alios
„ tam largiris. O foliola, ô flores, laudate Dom
„ Deũ vestrum, sine quo vita non est. Viuitis
„ vobis, sed & ipsi, vt enarretis mirabilia eius
„ hi, vt me in eius cognitionem & amorem e
„ tis, & mortali vitæ hominum vsui commo
„ sitis.

3. Cum intuebaris animalia bruta, penetra
In brutis. motum, industriam, pulchritudinem, speci-
tius PERFECTIONEM, decorum de
que in partibus omnibus elucens: contemp
rem illam ex nihilo esse; & ex se illico in nihil
refundi: nisi alia vita ei esse, viuere, ac mou
re impertiat, & erumpens in has voces dic
Quam mirabilis es, Domine! & quis comp
„ hendat sapientiam tuam rebus omnibus imp
„ rantem? O bestiolæ & cœli volucres, laudate
Danielis 3. Dominum. Benedicite cete, & omnia que
mouen

mentur in aquis, Domino. Benedicite pecora et bestiæ terræ Domino. Illum prædicate, per omnes estis, viuitis, & mouemini.

4. *In hominibus.*

Quod si qui præclari conceptus in hisce tribus generibus occurrant Deum contemplanti laudanti: longe nobiliores in homine, & maxime iusto, ac PERFECTIONIS studioso, elucent: quem summus ille artifex omnes rerum PERFECTIONES aggregauit, & velut in compendium omnium operum suorum, in quibus sapientiam & potentiam suam voluit emica, plena manu profusissime congessit.

Amandi homines præ ceteris opportunitates ac rationes.

Quod si ergo res insensibiles tantum valent, vt hominem in Deum rerum omnium conditorem, abripiant: quanto magis homines ipsi, quibus nihil amabilius, nihil sublimius, nihil excellentius, nihil inter res inferiores diuinius, nos in sui admirationem rapere, & ad conditoris amorem accendere debent! Non in toto homine vnica pars, cuius fabricam & compositionem præstantissima ingenia meorum non suspiciant, & cum stupore Auctoris sapientiam non admirentur. Quod si nos omnium illius Architecti caritatem erga homines intueamur: si ea, quæ eius causa facere patiique voluit, quæ Deum diligentibus parauit: si serum mandatum quo vult eum diligi, pœnasq; eos destinatas, qui fratrem non diligunt, consideremus: qua ratione vel vnicum hominem, præsertim iustum ac probum, videre sine summa delectatione poterimus?

Silicuit Philosopho dicere *Quoniã res humanæ*

Cic lib. de Amicitia. Voluptas in amore proximi.

fragiles caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur: caritate eorum beneuolentiaque sublata, omnis est è vita sublata cunditas: quanto magis Christianos, sui simil bus diuinaque caritate copulatos, vinciri rique oportebit! Vnus illis Deus est, vna fi vna religio, vnum baptisma, vnus omnium ter, vna Ecclesia mater, eædam leges, vnu nis ac mensa reficiendis animis, locus vnu ternæ commorationi destinatus. Quaten nulli sunt qui hominem intueri: maxime h tute præditus sit, non possint sine summa lu luptate: tum propter excellentiam religi Christianæ, virtutumque, quas habere co tur, amorem: tum maxime ob Conditoris i que communis caritatem, quem in eo con rant, & eximium in ipsum amorem, ergaq nes homines, cœlesti potissimum gratia om beneuolentiam.

Raymundus in vita eius.

Seruierat Catharina Senensis cuidam mæ Palmerinæ peruersæ mulieri, & in sigu in eandem Catharinam flagranti. Huius cibus Palmerina recens conuersa, Sacram munita è viuis excessit: sed incredibili splen ac pulchritudine anima illa, in egressu cath næ visa est: cui Christus: *Si animæ vix è peccat*

Anima iusta pulchritudo.

emersæ salebris tanta, quantam vides, Catharinæ venustas, splendor, & pulchritudo; censes te frustra piam sustinuisse: hominesque vri subinde desiderales animas vel aberrantes reuocandi, vel Deo sua rentes conseruandi? Me certe cœli terræque Dom eam ob causam sublimes cœli regiones deseruisse et

tartollutiem descendisse, passum ac crucifixum fuisse ignoret.

Varietas & vtilitas huius modi circa hominem.

Hic modus latissime patet, valetque pluri um, ob varietatem, ad vitandum tædium: na- ra enim rerum variæ sunt, Deique sapientia ra se se prodit, & in singulis epulas conside- di apponit delectabiles: potissimum in natu humanæ præstantia, siue naturali, siue cœli- infusa: nihilque ita valet ad inordinatos af- tus motusque libidinosos extinguendos, am summi Dei, quem in omnibus videmus ardenter diligimus, consideratio, eiusdemq; præsentiæ admiratio ac complexus. Qui enim alio non formam, non nobilitatem, non cat- m, non colorem, non externam vestem con- erar, sed Deum eiusque gratiam, sed opus a- ntissimi Conditoris, filium summi optimiq; rentis, eumque æternæ hereditatis capacem tempore in throno cœlesti sessurum, cum teris forte iudicaturum orbem: quomodo de llitie libidineque cogitabit? præsertim cum ectio hæc ex alio fonte, quam ex carnis fæcu- nto stagno, promanet: ex amoris nempe diui- caritatis riuo: qui si longo vsu & exercita- one cofirmetur, voluptatis omnis corporeæ sum reddet odiosum, inuisum, putidum, & erbum, imo expellet plane atque extin- et.

Illud quoque efficiet, vt non facile con- mnamus eum, quem tantopere ab illa supre- a Maiestate diligi, quemq; tantis muneribus,

ornamentis, ac diuitiis præditum cognoscimus; cuius exigui defectus ac delicta, (quibus vix, ac ne vix quidem, carere possumus) oculis nostris temere obuersantia, tam præclaris donis ac muneribus præponderare nullo modo debent: quid enim sunt imperfectiones ac defectus, ob illos parui faciamus hominem, qui pro fide ac Religione, pro Deo in se retinendo animam ponere paratus sit? absurde enim quispiam facere censeretur, qui virum optime compositum robustum, speciosum parui duceret, quod eius facie, alioquin admodum venusta, næuos liquos conspiceret. Maiora sunt dona in hoc ne iusto: membra enim eius templum sunt ritus sancti, anima sedes sapientiæ: empti sunt pretio magno, portamusque Deum in corpo bus animisque nostris: etiamsi illi vasis fictis non sint, ob infirmitatem, absimiles. Sed sit de hoc modo de quo nemo pro digni vmquam satis dicere poterit.

Simile. *1. Cor. 6.* *Ibidem.* *2. Cor. 4.*

Nota. Meminerit tamen (vt hoc postremo dicam virtutis studiosus, cum aliquid aggredi vo attente cogitare, se nihil sine causa prima & gere & vere posse producere; meritoque deb re ad ipsum primum motorem animum adi tere in hunc modum: Age, Domine: incipe operare mecũ: quia sine te nihil possum. Qui quid fecero, profitebor, sicut & profiteor, esse & factum & perfectum: ego vero vnicc in hoc opere intueor atque intendo: ipsumque opus ad te, tamquam auctorem, cum act gratiarum refero: viliſſimum enim instrumen-

Ioan. 15.

tum

in me esse confiteor, quod sine artificis ma-
nu efficere nihil potest.

CAP. X.

*Adfertur quintus, sextus, & septimus mo-
dus præsentiæ diuinæ; nempe memoria qua-
tuor nouissimorum, timoris Domini
& præceptorum eius, ac passio-
nis Christi.*

14. DIximus Deum in nobis consistere per essentiam, cum in memoria, in in
tellectu, in voluntate & affectu est, tamquam
is memoriæ, intellectui, & voluntati obiecta,
nempe memorata, intellecta, dilecta. De me-
moria aliquot modos ponemus, ne tantam fa-
cultatem in nobis otiosam ac inutilem repute-
mus. Hortantur nos Scripturæ diuinæ ad quæ-
dam speciali studio memoranda: atque in pri-
mis nouissima hominis, quæ sunt mors, iudi-
cium, infernus, & cælestis gloria; quorum me-
moria admodum vtilis est, maxime ad pec-
catum detestandum aut fugiendum. *Memorare*,
ait Ecclesiasticus, *nouissima tua, & in æternum non
peccabis.* & D. Gregorius ait: *Præsentis temporis ita
agenda est lætitia, vt numquam amaritudo sequentis
iudicii recedat à memoria. Memor esto*, ait idem Ec-
clesiasticus, *quoniam mors non tardat.* addit infe-
rius: *Memento nouissimorum, noli obliuisci. Memor
esto iudicii mei: sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi
hodie.*

Modus 5. memoriæ nouissimorum.
Eccles. 7. Hom. 32.
Eccle 14.
Eccle. 38.

hodie. Ecce qua n grauiter mortis iudicium memoriam inculcat. Sane aliquoties in d horum esse memorem, partim ad bonam mo tis præparationem, partim ad peccata vitand ad nos excitandos à torpore & ignauia, & promouendos in via ac progessu PERFE CTIONIS quærendæ, vtile admod fuerit.

Modus. 6. memoria timoris Domini, & mandatorum eius

Eccle. 28. *Psal. 118.* *Psal. 102.* *Num. 15.*

55. Frequens etiam est Scriptura in me ria reuocanda timoris Domini, & obser n's mandatorum eiusdem *Memorare*, ai cleſiasticus, *timorem Dei, & non irascaru mo.* Propheta Regius hæc animo perp versabat. *Memor fui*, ait, *nocte nominis tui, D & custodiui legem tuam. Iustitia illius in filio rum, his qui seruant testamentum eius, & m sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.* Tan ro Deus hanc memoriam duxit, vt ita M præceperit: *Loquere filiis Israel, & dices ad faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, pon in eis vittas hyacinthinas; quas cum viderint, dentur omnium mandatorum Domini, nec se tur cogitationes suas, & oculos per res varias cantes; sed magis memores præceptorum Domi ciant ea, sintque sancti Deo suo.* & in Deut nomio: *Erunt verba hæc, quæ ego præcip hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & m taberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in re, dormiens atque consurgens; & ligabis ea quas gnum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter culos tuos.*

Deut. 6.

Huius argumenti vis est, admodum vtile

hominem non esse otiosum, sed expedire
semper aliquid animo versari, omni loco & tem-
pore, quantum vires humanæ ferre possint: &
cum tibi deesse materiam, en sufficiens con-
siderationis seges, vt vitam præteritam reco-
las, præsentem discutias, quidque futurum sit
examines, (quod optabat Moyses filiis Israel.
Deus, ait, *absque consilio est, & sine prudentia: vtinam*
saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent!) Deut. 32.
animoque aliquid de Lege Domini vel diuinis
Scripturis reuoluas, ruminans nunc versicu-
lum Psalmi alicuius, vel sententiam desum-
ptam ex diuinis paginis. quod D. Augustinus
libro quinquaginta Homiliarum. *Memoria ho-*
minis (ait) *sic est, vt venter pecoris. Nostis quia in Lege*
immunda dicta animalia quæ non ruminant: quæ au-
tem ruminant, munda sunt: quæcumque habent
vngulam fissam, pertinent ad discernendum verum &
falsum. Vngula fissa pertinet ad discernendum
quid dextrum, quid sinistrum: ruminatio enim perti-
net ad eos qui cogitant postea quod audierint & tenue-
rint: nam modo manducamus, & in memoriam tam-
quam in ventrem mittitur. Sed quid facit pecus
quando ruminat? Illud quod in præsepe iactatum fue-
rat, & in ventre repositum, reuocat ad os, & in ipsa
dulcedine conquiescit. Hoc dixi, vt commendarem
vobis ne sitis immundi tamquam pecora. Accepit illud
in ventre, postea non ruminat, & transit tota dulcedo:
& nihil vobis prodest quod reconditum est: quia non re-
dit ad os dulcedo. Audite illud expresse & aperte dictum:
Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, stul-
tus autem glutit illud. Hæc Augustinus. Prouerb. 21.

Homil. 35. Memoria hominis, ruminationi animalium comparata.

Hoc exercitio solemne erat D. Augustino mentem excolere: erat enim illi in deliciis, non modo orationem aut studia, sed & mensam Scripturarum commemoratione, tamquam optimo obsonio, condire. De D. Thomaide tum, quod etiam dum ederet, tacitus quæ nes versabat animo, discutiebat & enodabat ficultates grauissimas.

Eccle. 6. *Exodi. 13.* Quare consilium hoc optimum est, & à Spiritu sancto inculcatum. *Cogitatum* ait, *habe in præceptis Dei. Erit quasi signum in tua, & quasi monumentum ante oculos tuos. & Domini semper sit in ore tuo.*

Hoc à nobis merito exigit Deus, qui nobis præstitit, maiora promittit, maxima fert assidue; nempe vt fidem datam seruem Legem ipsius impleamus: & tamen (quæ mitas humana est, dicam etiam quæ infide intolerabilis) vix cum Deo pacti sumus, præ tim in tribunali misericordiæ, coram curia c sti, in præsentia iudicis, ministri Dei, quin à tractu resiliamus, immemores pacti ac perc fœderis. Diluuio consummato, posuit De signum inter se & terram, arcum in nubib quo declararet æternam reconciliationem parte sua firmam & inconcussam. eum altissim loco collocauit, & admodum visibilem, v omnibus prospici posset. Nihilominus mund non euasit melior, aut constantior: excitauit rim Babel, vt ad cœlum vsque Deo inuito pe tingeret. In Pœnitentiæ Sacramento, quasi di uio passionum ac dolorum Christi, peccatorū

Allegoria promemoria mandatorum & misericordiæ Dei. *Gen. 9.* *Gen. 11.*

pec-

peccatis submergitur: Deusque, deposita omnia, pactum init nobiscum, & ius hereditatis reconciliatis ad bona Patris æterni restituit, (quodo promissis stemus) & inter nos & cœlum (cum illum purpureum, IESVM Christum crucifixum, dilaniatum à capite ad pedes, interponit medium, eoque loco constituit, tum verbo prædicationis, tum imaginibus, quæ non modo templis singulis, sed & domibus pæne omnibus ac locis patentibus emicant, tum officio quod quotannis recolitur, quoque passionis acerbitas explicatur, imo singulis diebus, quodam singulorum dierum horis, per vniuersum orbem in tremendis Mysterijs commemoratur; vt difficillimũ sit, hunc fœderis arcum & symbolum non videri. Nihilominus vix à templo, ab oratione, à propositi loco recessimus, quin immemores à contractu resiliamus, ac nostri memores. de quibus Psalmista: *Non fuerunt memores multitudinis misericordiæ Dei.* *Psal. 105.* Quapropter vtilissima erit recordatio diuinorum mandatorum, quæ pactum istud conseruet, eosque nobis ipsis Deoq; præsentes constituat, & à lapsu liberet ac vendicet.

16. Præceteris omnibus nostra memoria occupari debet cum in Christi Seruatoris vita sanctissime traducta, tum vero potissimum acerbissimi eius dolores veniunt cogitandi quod cũ maxime nobis salutare sit, tum ad id is ipse, qui hortatur, nos impense inuitat per Prophetam suum. O *vos omnes*, ait, *qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus.* & Apo- *Thren 1. Heb. 12.* *Modus 7. memoria passionis Domini.*

Heb.12. stolus: *Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: ut non fatigemini, animis vestris deficientes.* Piissimus quoque Bonauentura, *Quoniam*, inquit, *deuotionis feruor per frequentem passionis Christi memoriam nutritur & conseruatur in homine: is semper oculis sui Christum in cruce tamquam morientem videat, qui deuotionem in se vult conseruare inextinguibilem.* *Propter hoc Deus dicit in Leuitico: Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet Sacerdos subiiciens ligna per singulos dies. Altare Dei est cor tuum. In hoc altari debet semper ardere ignis feruidæ deuotionis, qui singulis diebus debet nutriri per lignũ crucis Christi, & memoriam passionis ipsius: & hoc est quod Isaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. ac si diceret: Quicumque desiderat aquas gratiarum, aquas lachrymarum iste hauriat de fontibus Saluatoris, id est, de vulneribus Iesu Christi.* Bonauentura. Multa sunt in rebus creatis quæ summa facilitate, adhibito tamen consilio, nobis vitæ passionisque Dominicæ referant memoriam: qualia sunt, quibus vsus est miliarius ipse Dominus, vel quæ ipsum attigerunt, vel certe quę eius humanitatem Diuinitatemque testata sunt. Quare, si solem intueare, veniat in mentem illius, quod ipso moriente obscuratus est, & tenebræ factæ sunt per vniuersam terram. Si terram aspicias: cogites te Dominum calcasse sacris pedibus, & monumenta virtutumque vestigia nobis impressa reliquisse. Si eam quoque sanguineo sudore perfudisse. Si aquam; illud occurrat, quod siccis firmamen-

Lib. de perfect. vita ad Sorores c.6. tomo 7.

Isaiæ 12.

Quæ memoriam passionis Dominicæ excitent.

pedibus ambulauit, quodque ex eius mor-
latere copiose profluxerit. Si rupes ac saxa;
mors is, in hora mortis eius, ex terræ tre-
re, petras scissas fuisse, appertaque monu-
enta. Si aer pluuiam imbremue demittat;
ordere pluuiæ sanguineæ, quæ ex omnibus
orporis laucii partibus in stipite crucis exten-
defluxit. Si videris rusticanas ædes; subeat re-
rdatio stabuli illius, in quo Dei Filius natus
. Si malleos, si forcipes, si clauos, si spi-
s, si scuticas & verba, si arundinem, si fu-
es si peluim aut malluuium; toties ea instru-
menta passionis Dominicæ fuisse memento.
Cum vestes induis: considera Filium Dei huma-
am induisse naturam: cum exuis: contempla-
eum vestibus spoliatum, vt flagris diris sime
niaretur, vel immani cruci figeretur. Hæc qui-
em passim non occurrunt: ars tamen naturam
rficit, & gratia. Accedat & conatus oportet,
studium nostrum. Amanti nihil impossibile.
Qui ardenter amat, is & amici memoriam co-
it, & omnia, quæ eius recordationem excitant,
omplectitur. Ama, & conare: Deus non
deerit, mercedemque memoriæ sui non subtra-
het.

Partitio dierum hebdomadæ ad recolendam Christi Domini passionem.

57. Solent nonnulli viri pii hebdomadæ dies partiri, & singulis suam materiam occupandæ mentis distribuere: vt diei Dominico, qui resurrectioni consecratus est, apparitiones, quæ illo die acciderunt, cogitandas præscribere: & primũ quidem illam quæ Matri Virgini beatissimæ, deinde quæ Mariæ Magdalenæ, quæ tribus aggre-

Domini passionem.

1. Dominica.

2. Lunæ.

3. Martis.

4. Mercurij.

5. Iouis.

6. Veneris.

7. Sabbati.

aggregatis Mariis, quæ Petro, quæ duobus discipulis in Emmaus euntibus, quæ discipulis domi inclusis: vt, si quando mens otiosa fuerit illi aliqua ex his obijciatur. Diei Lunæ, quæ in horto acciderunt: qualis Christi oratio, quæ deinde fuerit somnolentia discipulorum, quæ Iudæ vigilantia, proditio, traditio; quæ Christi benignitas, traditoris sui osculum salutantis; quæ denique immanitas Iudæorum Messiam suum vincientium & abducentium. Die Martis ampliſſima ſunt quæ contigerunt ædibus Caiphæ. Die Mercurii nonnulla quæ domibus Pilati & Herodis. Diem Iouis libenter occupant consideratione humilitatis Christi pedes discipulorum eluentis; & sacræ Eucharistiæ institutione meditanda. Diem Veneris sibi vendicat coronatio Domini cum omnibus irrisionibus, crucis baiulatio ac crucifixio. Sabbatum consecratur tum sepulturę contemplandæ, tum doloribus Virginis commorandis.

Monitio pro prudẽti moderatione.

58. Hæc tamen prudenter sunt assumenda, ne caput lædatur: difficile namque est res concipere, iisque sæpe efformandis facile hauriuntur spiritus. expedit potius sententiam aliquam ruminare, quæ mysterium illud contineat: quales essent pro Dominico

Psal. 119. *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus &*

Ioan. 29. *mur in ea.* *Si tu sustulisti eum, dicito mihi*

Luc. 24. *sustisti eum, & ego eum tollam.* *Nonne cor nostrum*

dens erat in nobis, dum loqueretur in via? Pa

Matth. 26. & similes. qualis item illa diei Lunæ: *Tristis*

nima mea vsque ad mortem. *Non sicut ego vol*

...Amice, ad quid venisti? Die Martis, de ...do Caiphæ: *Astiterunt Reges terræ, & principes ...enerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduer-* Psal. 2.
...CHRISTVM *eius. Dirumpamus vin-*
...*ctorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.* Psal. 21.
...*mdederunt me vituli multi, tauri pingues ob-* Matth. 26.
...*erunt me: aperuerunt super me os suum, sicut leo* Isaiæ 50. &
...*ens & rugiens.* item: *Prophetiza nobis Christe,* 53.
...*est qui te percussit? Posui faciem meam vt petram*
...*simam. Non est species ei, neque decor: & vi-*
...*mus eum, & non erat aspectus; & desiderauimus*
...*, despectum & nouissimum virorum. Vere lan-* Ioan. 19.
...*ores nostros ipse tulit.* Die Mercurii: *Pilatus* Isaiæ. 53.
...*flauit* IESVM. *Ecce homo. Vere languores*
...*ros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: &* Ioan. 13.
...*putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo*
...*humiliatum.* Die Iouis: *Domine, tu mihi lauas pe-*
...*? Vos vocatis me Magister & Domine, & bene di-*
...*. si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & Magi-* Ioan. 6.
...*; & vos debetis alter alterius lauare pedes: exem-*
...*menim dedi vobis, vt, quemadmodum ego feci vobis,*
...*& vos faciatis. Caro mea vere est cibus, & sanguis*
...*us vere est potus. Qui manducat meam carnem,* 1. Cor. 11.
...*bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.*
...*probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, &*
...*calice bibat: qui enim manducat & bibit indigne,*
...*dicium sibi manducat & bibit, non diiudicans cor-* Luc. 23.
...*s Domini.* Die Veneris: *Pilatus adiudicauit pe-* Matth. 27.
...*petitionem eorum. Milites plectentes coronam de*
...*nis, posuerunt super caput eius; & genu flexo an-* Psal. 21.
...*eum illudebant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum. &*
...*cutiebant caput eius arundine. Foderunt manus*
meas

Psal. 21. *meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.* Die Sabbati: *Mulier, ecce filius tuus.* Ecce mater tua. Ioan. 19. Hæ & similes sententiæ totam historiam reuocant in memoriam; & minori labore ac tædio ruminantur, quam si historia repræsentari debeat. Expedit vero hæc ex directione prudentis Confessarij suscipere; nec metiri continuationem hanc ex desiderio quod gerimus, sed cuiusque facultate ac viribus, vt sit rationabile obsequium nostrum.

Rom. 12. 59. Nec velim quemquam sic ista intelligere vt alia agendo, hæc simul voluat animo. Plane *intentus minor est ad singula sensus.* Memor huius præcepti: *Age quod agis.* Si legendum, lege; si studendum, studе; si loquendum, loquere. Rursum inde redi ad te, ne spiritum obruere atque opprimere videare. Caue etiam ne consideratio hæc à sola memoria pendeat, sed maximè ex affectu procedat: sic enim diuturnior erit, & magis sapida. Exercitatio vero ista à iuuentute, à primis ætatis annis susceptа miram paritatem, miram delectationem. Quod si hæc ætas elapsa sit, necesse est hũc defectum suppleat magna in Christum Dominum caritas, ejusque compatiendi desiderium: quod enim amatur, laborem non habet; & vbi voluptas, nulla fatigat duratio.

Hunc B. Bernardus, præ ceteris, complexus est modum, quem tota vita sedulo retinere, eique ex omnibus passionis instrumentis, doloribus, conuiciis suauissimum Domini sui fasciculum myrrhæ confectum inter vbera sua volens con-

commorari; sic hortans nos ad imitandam ipsa, fasciculum myrrhæ complectentem: *Tu quoque, si sapis, imitaberis sponsæ prudentiam, atque hunc myrrhæ tam carum fasciculum de principali tui pectoris nec ad horam patieris auelli, amara illa omnia quæ prote pertulit, semper in memoria retinens, & assidua meditatione reuoluens; quo possis dicere & tu: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Et ego, Fratres, ab ineunte mea conuersione, pro aceruo meritorum, quæ mihi deesse cognoscebam, hunc mihi fasciculum colligare & inter vbera collocare curaui, collectum ex omnibus amaritatibus & amaritudinibus Domini mei: primum videlicet infantilium illarum necessitatum, deinde laborum quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lacrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo, postremo periculorum in falsis fratribus, derisionum, sputorum, colaphorum, subsannationum, opprobrationum, clauorum, horumque similium, quæ ad salutem nostri generis silua Euangelica copiosissime ministrat protulisse.* Hæc Bernardus. *Serm. 43. in Cant. Fasciculus dolorum ac passionum Domini. Cant. 1.*

Scribit P. Franciscus Ribera, duas sorores nobilissimas, Illustrissimi Sancij Godmes filias, Catharinam & Mariam, fundasse quoddam Monasterium Carmelitarum Discalceatarum. *In vita Matris Teresæ, lib. 3. ca. 3.*

« Admiranda fuit Catharinæ primogenitæ ad Deum conuersio Anno ætatis 14. (de qua primo libro diximus) quo tempore eum ab humili Christi cultu atq; obsequio longissime abesset, & quidquid illi parentes coniugij nomine deferrent, opinione sua minus esse videretur,

con-

„ contigit vt in Christi cruci affixi effigiem incide
„ ret, in cubiculo quodam appensam: in quam c
„ iectis oculis, legere cœpit eiusdem crucis titul
„ Jesvs *Nazarenus, Rex Iudæorum.* cuius singu
„ verba sic eius animum peruaserunt, vt eod
„ momento, cœlesti lumine igneque afflata, it
„ liam plane mutata sit. Hausit enim illico incre
„ bilem abiectionis suæ ac humanæ miseriæ c
„ gnitionem. Inflammata deinde ardentissim
„ Dei causa patiendi desiderio, humilitatis Chr
„ stianæ altissima fundamenta ponit: feruen
„ mo odij proprij ac pœnitentiæ agendæ ard
„ succensa. His iactis fundamentis, antequa
„ loco moueret, castitatis voto obstrinxit se
„ paupertatis; concepto simul inæstimabili
„ derio subiiciendi se alterius imperio; intam
„ vt parata esset hanc ob causam in Maurorum
„ gionem commigrare. Incredibilia sunt, quæ
„ bilissima hæc virgo à die illo fecerit, quæque
„ acciderint: sanitate ei diuinitus restituta: vi
„ item mirabili ostensa ei Religione quã ingr
„ retur, regulisque eiusdem instituti propos
„ ginti annis antequam Monasterium fund
„ cum sorore: cui omnia bona sua contule
„ priusquam ingrederentur, nulla tamen de
„ ingressus sui facta mentione. quæ omnia be
„ longo capite idem Pater persequitur. Dec
„ denique Catharina virtutum laude floren
„ ma, cuius vitæ adeo illustris initium dederat
„ li Dominicæ crucis & Regis Regum in ea app
„ si visio, attentaque consideratio.

„ Misit Iosue exploratores duos in vrbem Ie
richo

rio, qui explorarent qua parte ciuitas capi *Iosue 2.*
set. Diuerterunt ad Rahab meretricem: cũ- *De passio-*
quærerentur à Rege Iericho, illa eos abscõ- *nis Domi-*
, acillæsos incolumesque remisit; ea tamen *ni memo-*
e, vt misericordiam illi præstarent in expu- *ria, pracla-*
rione ciuitatis; sed addito signo funiculi *ra figura.*
ccinei alligati, & à fenestra dependentis. Cum
o caperetur ciuitas, & omnes cæderentur,
funiculo coccineo è fenestra suspenso do-
s agnita est, saluataque Rahab cum tota co-
atione sua. Iericho, quæ lunam significat,
undum hunc, mutationibus innumeris ob-
xium, designat. Rahab meretrix, quæ Latine
zaram sonat, pœnitentem animam, & ad
m conuersam, nobis innuit. Hæc nuntios
ie seu Saluatoris recipit, & abditissimis cor-
sui locis abscondit. Hi autem duo nuntij
memoria Christi Domini amantissimi, ac
numerabilium dolorum eius compassio: qui,
nferne deuoluantur, alligãtur funiculo coc-
eo suspenso è fenestra. Fenestræ nostræ sunt
uli siue interni, siue externi; per has. n. vita aut
rs in animas nostras ingreditur: sed in iis al-
gandi duo illi nuntij funiculo illo coccineo,
i Christum in cruce colligauit & constrinxit; *Osee 11.*
niculo, inquam, noui Adæ, vinculis caritatis:
c in sola cogitatione inhærere debent, sed in-
ne ad cor affectumque demitti. Cum autem
a nostra aut mundus ipse expugnabitur à ve-
Iosue, mundi Saluatore, Iudice, & terræ pro-
sionis expugnatore: funiculus ille in signum
, si inuentus fuerit è fenestra dependens: co-

gnoscentur enim ij, qui intimo affectu Christo compassi, in fenestris animi corporisque, passionis Domini memoriam numquam deposuerunt; cædentur reliqui, & in infernum demergentur; saluabitur vero Rahab, & ascribetur qui terram fidelibus amicisque Dei promissam possidebunt; nosque cum ea partem habebimus: *si enim filii, & hæredes; hæredes quidem Dei, hæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut conglorificemur.* Rom. 8.

Cap. XI.

Modus octauus, nonus, & decimus contemplandi præsentiæ Dei, per intellectum ex Regio apparatu in cœlis: variis figuris per imagines: viua fide in sacrosancta Eucharistia.

60. HActenus de exercitio memoriæ intellectus nobis tres quoque modos suppeditabit: atque in primis illum quem minus insinuare videtur, dum nobis orationis normam præscribit. *Sic orabitis*, inquit: *Pater noster, qui es in cœlis.* quibus verbis Patres voluerunt dicari, nos à terris ad cœlos debere assurgere, & transferri mente ac cogitatione. Hinc Ioannes Damascenus orationem definit esse eleuationem mentis in Deum. & fidelesipsi, naturæ quasi instinctu, (sicut apud Virgilium in

Modus octauus præsentiæ Dei, quo consideratur in cœlis apparatu Regio. Matth. 6. Lib. 3. de fide orthod. ca. 24.

gere ingemiscit Æneas, *Duplices tendens ad si-* *Virgil. Æ-*
dera palmas) cum ad Deum recurrunt, oculos *neid. li. 1.*
manusque attollunt in cœlum, quo nimirum
animus ipse transmittitur. Sic Dauid orabat: *Psal. 140.*
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, *Psal. 120.*
Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. *Psal. 137.*
Leuaui oculos meos in montes. &: *Ad te leuaui oculos* *Cur Deus*
meos qui habitas in cœlis. denique: *In conspectu Ange-* *in cœlis esse*
lorum psallam tibi. A terra nempe, rerumque *dicatur in*
terrenarum contagione & consortio, auel- *oratione*
lenda est cogitatio atque affectus; ibique *Dominica.*
constituendus, vbi negotia magis seria, de-
mque æterna salute tractandum est.

Quare nobis formare conuenit ideam re-
rum quas in cœlis inuenire, quas videre, ac mē-
te imprimere sine magno labore possimus. Hāc
Scripturis diuinis mutuabimur. Isaias dicit *se* *Isaiæ 6.*
vidisse Dominum sedentem super solium excelsum &
elevatum, & plenam omnem terram gloria eius.
Seraphim stabant super illud, alis senis contecti. Pro-
pheta Dauid vidit etiam Dominum, sed *sedentem* *Psal. 79.*
super Cherubim; quos magistros aut scientes
interpretamur. Septum ergo habemus Domi- *Idea Maie-*
num exercitu Angelorum, ex Seraphinis, velut *statis diui-*
flamma ardentibus, & Cherubinis aliisque *na in cœlo*
spiritibus conflato. D. Ioannes in Apocalypsi, *regnantis.*
Ecce, ait, sedes posita erat in cœlo, & supra sedem se- *Apoc. 4.*
dens: & qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspi-
dis, & vocabatur Fidelis & Verax. Caput eius *Apoc. 19.*
& capilli erant candidi tamquam lana alba, & tam- *Apoc. 1.*
quam nix: & oculi eius tamquam flamma ignis: & in *Apoc. 19.*
capite eius diademata multa. Facies eius sicut sol lucet *Apoc. 1.*

Apoc. 4. *in virtute sua. Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ, & in circuitu sedis sedilia viginti-quatuor, & super thronos viginti-quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ: & in circuitu sedis quatuor animalia, plena oculis ante & retro, & requiem non habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens: & viginti quatuor seniores adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam, & honorem & virtutem.* Item *ex omni tribu filiorum Israël duodecim millia signati*: & *turba magna, quam dinumerare nemo poterat.* Ex quibus omnibus facile concipi potest magnifica Regia, vbi summo omnium quique beatorum sedent, & honorem Deo exhibuunt singulari reuerentia. Præter Christum Angelorum visuntur & Patriarcharum Prophetarumque ordines, Apostolorum senatus, Martyrum trophæa, Confessorum turmæ, Virginum ac ceterorum beatorum chori. quæ res si aliquoties meditatio instituatur ex animo confesso, facile erit aliquid concipere, quod recipias ac referas, vbi de cælestibus rebus cogitare.

Apoc. 7.

Phil 3. Li. 9. Confes. ca. 10. Psal. 35.

Hoc sensu D. Paulus loquebatur, cum dixeret, *Nostra conuersatio in cœlis est.* & D. Augustinus cum matre apud Ostia Tiberina. *Inhiabamus*, inquit, *ore cordis in superna fluenta fontis tui, fontis vitæ, qui est apud te; vt inde pro captu nostro aspergeremur quoquo modo rem tantam cogitaremus: cum sic eum finem sermo produceretur, vt carnalium sen-*

latio quantalibet in quantalibet luce corporea illius vitæ iucunditate non comparatione, sed ne memoratione quidem digna videretur, erigentes ardentiore affectu in idipsum, perambulauimus gradatim cuncta corporalia, & ipsum cœlum, vnde sol luna & stellæ lucent super terram. & paulo post: *Dum loquimur & inhiamus illi, attingimus eam modo toto ictu cordis & suspirauimus, & reliquimus ibi obligatas primitias spiritus.* & post multa: *Tu scis, Domine, quod illo die, dum talia loqueremur, & mundus iste nobis inter verba vilesceret cum omnibus delectationibus suis. Tum ait illa: Fili, quantum ad me attinet, nulla re iam delector in hac vita. quid hic faciam adhuc, & cur hic sim, nescio, iam consumpta spe huius sæculi, quid hic facio?* Hæc Augustinus. Solebat & Pater Ignatius, Societatis IESV fundator, frequenter oculos in cælum attollere, fixeque illud intueri, summoque desiderio beatæ illius regionis accensus in hæc verba prorumpere: *Quam mihi sordet terra, dum cœlum aspicio!* Etsi enim vbique sit Deus per essentiam, præsentiam, ac potentiam, non tamen se hic manifestat. *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Cœlum illi sedes est, terra autem scabellum pedum eius.* Nos tamen spe dumtaxat *salui facti sumus*: & licet *non simus hospites & aduenæ, sed ciues sanctorum, & domestici Dei*: tamen *non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Quid ergo mirum, si spe, animo, desiderio in cœlis cum Deo versari exoptemus?

Maffeius in eius vita.

Psal. 113.
Isaiæ 66.
Rom. 8.
Ephes. 2.
Heb. 13.

Hic modus cum vtilis sit gratusque omni homini recte sapienterque vtenti, tum maxime

opportunus est orantibus, quorum mens De
attentius intendit: ad hoc enim natura, spiri
duce, orantem impellit & arrigit, vt oculos co
poris animique in cœlum attollat, ac manu
uet. quod Moysen fecisse, & quidem Deo i
bante, dum oraret, sacræ testantur histori
lemne id quoq; fuit D. Francisco, qui sub
ad cubitos aliquot, interdum ad mediam
denique alias vsque ad summos sagorum ma
eleuabatur corpore recto, facie, oculis, ma
que in cœlum protensis.

Bonau in eius vita c. 13. Antonin. 3 p. tit. 24. c. 2. §. 8. In Chronico Gallico, lib. 6. c. 15. edito Parisiis an. 1600

Facilitas modi huius hinc colligi p
quod non minus Deus nos videat, eumqu
cipere videntem possimus, quam olim cu
solis & lunæ, qui militiam cœli adorabant
astra omnia ac stellas, putabant enim (&
ammodo oculi ita iudicant) solem ac luna
bere oculos, totumque orbem contueri
diis suis omnia peruadere, atque occult
quæque patefacere ob quam etiam facile
piebant Deum suum orantes, & merito
bant omnia perspicientem. Quid minus
possumus tribuere? quid minus de eo
pere?

Quomodo Christus vbique esse dicatur.

62. Quod de diuinitate diximus, de hum
tate Christi dici potest: nã etsi in cœlo re
tem ponamus, videt tamẽ omnia: nec cœl
altitudo, nec diuulsa intercapedo, aut de
tecta aut parietes impediunt, quo minu
pse videre nos, aut ipsi eum contempari
mus. Certe videbat B. Stephanum generos
gnantem: &, cum vult, se manifestat:

vt Stephanus cœlos apertos, & IESVM *Act. 7.*
stem à dextris Dei. Ipse, tamquam principa-
ministeri confert gratiam in omnium Sacra-
rum administratione, sacrificat inuisibili
incruenta mysteria: quia distantia locorum
nihil præiudicat ei, qui potest & regit omnia, &
cuius verbo omnia obediunt.

Quod si concipiamus Christum Dominum
unquam dextræ adhærentem, veluti virum
quem, cuius vultum vereamur, cuius merita
spiciamus, cuius reprehensiones timeamus,
consilia exoptemus, amicitia delectemur: etsi re
sa coram non sit secundum humanitatem
ram, quia (vt ait D. Augustinus) Christus Do- *Epist. 57. de præsentia Dei ad Dardanū.*
minus quoad humanitatem omni loco esse nō
ssit: persona tamen eius, quæ Deus est, vbi-
que est, ideoque, vbicumque simus, ipsa adest.
Deinde, supra diximus præsentem eum esse cē-
endum, qui omnia habeat ante oculos, perin-
de ac si iuxta rem ipsam eodemque loco consi-
teret: Christo vero Domino in cœlis existen
omnia sunt conspicua, omnia aperta atque
explorata: quare eum præsentem reputare
possumus. Vnde idem Dominus Apostolis
dicebat: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine* *Matth. 18.*
meo, ibi sum in medio eorum. & *Ecce ego vobis-* *Matth. 28.*
cum sum omnibus diebus vsque ad consummationem
seculi.

Siue ergo è cœlis prospicientem spectemus,
sive adhærentem nobis, non fallimur: nam &
divina persona præsens est, & cor nostrum in-
uetur, & cogitationes nostras penit⁹ cōsiderat.

hinc voluit re ipsa aliquando ostendere le
Matth. 28. Ioan. 20. præsentem esse, qui de se magno affectu im
pulsi cogitarent; vti Mariæ Magdalenæ, cui
Raymundus in eius vita. cundo post resurrectionem apparuit. Ca
rinæ vero Senensi (quæ hanc præsentiæ di
Praxim accurate exercebat, vti postea ost
" mus) ita familiaris erat, vt subinde in cubi
" deambulando horarias preces cum ea recita
" ipsaque in fine Psalmorum ita concluderes
Modus nonus, constans imaginibus. ria Patri, & tibi, & Spiritui sancto.

63. Sequitur alius modus, qui imagin
& figuris exprimitur: facile enim per imag
memoria rerum, quas repræsentant, excit
ac retinetur. quare vtilissimum est diuer
dium locis locari imagines, quæ nobis De
moriam excitent; sicut & profani homina
riis formis obscenas cogitationes adsciscun

Regist. li. 9. indictione. 4. epist. 9. Imaginum vtilitates. Quod D. Gregorius dicit imagines esse l
tarum libros, bene vereque dicit, sed no
tis: sunt enim & peritorum libri, & quidem
modum efficaces; sicque oculos subinde
mosque occupant ac permouent, vt, quo
dula lectione assequi nequiuimus, vno ict
culi perfecte concipiamus. quare ex imagin
optimæ meditationes fiunt; quia figuræ illa
nimis impressæ, clarius res spirituales imp
tant; & quo maior cognitio, eo & voluntatis m
tus potentior. Accedit, adorandas esse imag
nes, eo quod nobis prototypum repræsentan
vt, si Christi videas imaginem, ipsum Christum
cernere videare: & quidem sine magno labore
quapropter imaginum vsus in templis, ora
tis.

ac cubiculis admodũ opportunus est, præ-
sim orationis tempore. quia illico nos Deo
imur, & illum in imagine præsentem effor-
amus. hinc Petrus venerabilis Lector & No- *Act. 4.*
nis sacri Patriarchatus legit in Synodo septi- *tomo. 3.*
ex Athanasii libro quarto contra Arianos, ac *Conc.*
ncludit quod Beatus Athanasius iudicaue-
non esse duas adorationes imaginis & exem-
aris, sed vnam: & quod nos Christiani, imagi-
s Christi & sanctorum Martyrum tenentes
sculantes, videamur nobis Christum & Mar-
res amplecti. *Qui enim*, inquit, *imaginem ado-*
at, adorat etiam ipsum Regem: illius enim forma & *Li. 4. de fi-*
figura est imago. Item Ioannes Damascenus, *de ortho-*
doxa, c. 12.
doramus, inquit, *figuram crucis: quia vbi est Christi* *Epist. 27. c.*
gnum, ibi & ipse erit. Refert D. Hieronymus epi- *4.*
ola ad Eustochium, Paulam Romanam pro-
ratam ante crucem Domini, quasi pendentem Christum cerneret, adorasse. quæ etiam
Bethlehem ingressa, ait, *& in specum Saluatoris introi-*
us, me audiente inrabat cernere se oculis fidei infan-
em pannis inuolutum.

Et sane plurimos sanctorum Patrum qui, ad *Petrus Ri-*
imagines orauerunt, sua non fefellit opinio. *bad. in eius*
D. Thomæ coram crucifixi imagine oranti, & *vita.*
de studiis aliquid quærenti, tertio vox è crucifi-
o reddita: *Bene scripsisti de me, Thoma.*

D. Antoninus Florentinus Archiepiscopus, *Surius in*
loctissimus iuxta ac sanctissimus, crucifixi ef- *vita eius,*
gie ad fundendas orationes vtebatur in museo- *tomo. 3.*
o, in quo incluſus pernoctabat. Domesticus
uidam nocte, putans se vocari à beato viro, ac-

" cessit primum: & cum ingenti luce locum vidit
" set coruscantem, furtiue obseruans vidit sanctū
" virum multo lumine illustratum, longe à terra
" sublimem, ad crucifixi simulacrum abreptum
" quod dulciter alloquens amplexibus stringe-
" bat, & lateri defosso oscula incredibili volup-
" te perfusus, figebat. Hinc obseruatum, semi-
" nem sancti viri mirabil suauitate deinceps fu-
" resperfum.

Pratum spirit. sect. 180. Refertur act. 5. Synodi Nic 2. sub finē.

Abbas quidam Ioannes (vt refertur in Pra-
spirituali) in spelunca morabatur, in partib-
villæ quæ dicitur Sochus, viginti fere millia-
ab Ierusalm. Habebat autem senex in spelu-
imaginem immaculatę Dominę nostrę, Dei
" nitricis semperq; virginis Mariæ, in vlnis fe-
" tē Christum Dominum & Saluatorē nostr-
" Quoties igitur abire volebat ad locum al-
" siue Ierosolymam ad adorandam sanctam c-
" cem & venerabilia loca, vel in Sinai mon-
" orationis gratia, siue ad Martyres distante-
" Ierosolymis multis prolixisque interuallis,
" ciebat candelam, & accendebat, vt sibi
" suetudo erat, atque ad orationem stans,
" Deo, vt suum iter dirigeret, supplicans
" cebat ad Dominum, intendens in imagine-
" psius: Sancta Domina nostra, Dei ge-
" trix, quia longū iter iturus sum, diebus mul-
" perficiendum, candelæ tuæ tu curam habe ea-
" que (ne extinguatur) iuxta propositum mu-
" serua: ego enim, adiutorio tuo comitante, iter
" ripio. hisque ad imaginem dictis egrediebatur
" peractoque propsito itinere reuertebatur,

gnando post mensem, sæpe etiam post duos «
tres menses, nonnunquam post quinque «
sex, & ita reperiebat integram candelam & «
ardentem, sicut eam (cum iter arriperet) dimi- «
serat: & numquam hanc à seipsa extingui vidit, «
neque de somno surgens, neque à peregrina- «
tione rediens, neque ex eremo in speluncam «
pergens.

Sur. tom. 6. Nouem 19. c. 7. fol. 447

Cum Elisabeth Regis Hungariæ filia, & Lant- «
gravij Thuringiæ vxor, die quodam sollemni «
pretiosis ornata vestibus, aureamque capite ge- «
stans coronam, ac familia frequenti stipata, de «
more Christiano rem diuinam auditura esset; «
primo statim contuitu crux Dominica, atque «
ex ea pendens imago Saluatoris, eam penitissi- «
me compunxit, compunctæ lacrymas excussit, «
& lacrymanti huiusmodi cogitationes ingessit: «
En creator & redemptor meus nudo cor- «
pore, mea causa ignominiosam in cruce oppe- «
tit mortem: ego vero misera, gemmis, auro, «
bysso, & purpura contecta, vitam cælestibus «
indignam beneficiis perdo magis quam ago. Il- «
lud caput intra Pilati ædes spinea corona depũ- «
xit, Iudæorum vallarunt opprobria: me nume- «
rosa circumdatam familia, aurea corona redimi «
tam, cuncti mirantur, suspiciunt, honorant. Me «
miseram, me infelicem! sic illius obedio præ- «
ceptis, beneficia reuoluo, vestigia sequor, qui «
me, cum non essem, creauit, perditamq; suo san «
guine redemit? Tam intensæ autem hæ cogita- «
tiones fuerunt, vt destituto viribus corpusculo, «
ac facie tota in pallorem versa, repente regia

mu-

mulier humi velut exanimis prolaberetur, omnibus, qui eam stipabant, vehementi pauore perculsis; elatamque foras tantisper sacris vndis adspergere perseuerantibus, dum, stupore euanescente, compos mentis redderetur. Hæc ingens vita: quæ ab eo tempore adeo admiranda extitit, vt longe virtutibus illustrior ipsa euaserit quam sanguine.

Optima ergo Praxis est, frequentes Dei Sanctorumque imagines domi habere; quas & libenter videas, & ad orandum adhibeas.

Modus decimus præsentiæ diuinæ, quæ in Eucharistia consideratur. Apoc. 4.

64. Alius modus est, per fidem Christum Dominum realiter animo, corpore, & Diuinitate in Eucharistia existentem adorare. Etenim oculis corporeis non videatur, certe dubitare nefas, non cogitare stupiditas, non curare propemodum insania est. Illic Dominum summum innumerabiles adorant Angeli, gloria & maiestate fulgentem. Cum Sacrificium offertur, quo ipse Dominus dominantium hostia immolatur, tota cælestis curia attendit; Pater exercitibus omnibusque offerentibus, astantibus, orantibus copiosa munera largitur. Quales adesse nos decet, cum Angeli puriſſimi cum timore & tremore adsint, perpetuo occinentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens.*

Ad illustrandam porro hanc Dei in Eucharistia præsentis cõsiderationem, & ad confirmandum ea quæ de Angelis assistentibus dicta sunt, magnopere confert quod B. Chrysostomus scriptum reliquit, vbi de sacrosancto altaris Sacrificio, *Considera*, ait, *quales manus illas administrent,*

Li. 6. de Sacerdotio.

oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat: denique re non puriorem sanctioremue esse conue- animam, quæ tantum illum tamque dignum spiri- receperit. Per id tempus & Angeli Sacerdoti dent, & cœlestium Potestatum vniuersus ordo cla- sexcitat, & locus altari vicinus, in illius hono- quimmolatur, Angelorum choris plenus est. id credere abunde licet vel ex tanto illo sacrificio, tum peragitur: ego vero & commemorantem quendam audiui, cum diceret, senem quendam, vi admirabilem, ac cui reuelationum mysteria mul- diuinitus fuissent detecta, sibi narrasse, se tali olim fuisse dignum habitum à Deo esse, ac per illud quidem tempus derepente Angelorum multitudinem conspexis- (quatenus humanus aspectus ferre poterat) fulgen- bus vestibus indutorum, altare ipse circumdantium; denique sic capite inclinatorum, vt si quis milites præ- sente Rege stantes, videat. id quod facile mihi persua- dit. Item & alius quidam mihi narrauit, non il- quidem ab alio edoctus, sed dignus habitus qui & vi- dissit ipse, & audisset, quod qui de vita hac emigraturi sint, si mysteriorum huiusmodi cum pura ac munda conscientia fuerint participes, spiritum efflaturi, ab An- gelis, illorum corpora satellitum more stipantibus, pro- pter assumptum illud sacrum hinc recta in cœlum ab- ducuntur.

Vtile corã Eucharistia versari

Atque hęc quidem Chrysostomus ex quibus duo ad praxim dicere sufficiet: quorum primũ vtile admodum esse, coram Eucharistia medita- ri, orationes fundere, ac etiam frequenter versa- ri: vbi certo certius Dominum nostrum præsentem esse credimus: & propter solem-

sollemnes cærimonias, alratia, ornamenta, va
pretiosa facile apprehendimus eius præsentiam
ex qua pius quidam horror & veneratio enas
tur. Alterum est, quod ille idem in corpus nr
strum se rransfundi patiatur: vnde non mo
præsentem cernimus, sed & sentimus ac ge
mus. ideo D. Paulus: *Empti estis pretio magno
rificate & portate Deum in corpore vestro.* Sed
reuerentia? quo timore? quo affectu? Confi
ret qui excipit, sed maxime ille qui huic exerc
tio incumbit, vtrum Deus aliquid debuerit
cere vineæ suæ, vt eum præsentem haberem
& non fecerit.

1. Cor. 6. *In ea qua reuerentia requiratur.* Isaia. 5.

Cap. XII.

*Modus vndecimus voluntati proprium, q
intime templum Deo colendo, suæ quieti,
multibus hostiumq; iniuriis arcendis,
construit: sanctis Patribus fa-
miliaris.*

Modus. 11. *Animam nostram esse domum, templum, tabernaculum Dei.*

65. POstquam, operante intellectu, D
um tamquam obiectum præsente
constituimus: qui sequitur modus, affect
conuenit. Illum, vt & facillimum, & vtil
mum, & præstantissimum, sancti Patres tam d
ctrina quam vsu comprobarunt. Quid dico P
tres? ne profani quidem auctores de eo ipso v
cuerunt: inter quos Seneca: *Prope est, à te Deus n
cum est, intus est. Ita dico Lucili, sacer intra nos spir*

I. Epist. ad Lucilium. 41.

videt, malorum bonorumque nostrorum obseruatorem custos. Hic, prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus vir sine Deo nemo est. Hic ille. Litteras sacræ animam hominis iusti templum Dei 2. 1. Cor. 3. 1. Cor. 6. Ibidem. Ephes. 2.
nare consueuerunt. Nescitis, ait Paulus, quia templum Dei estis? Vos enim estis templum Dei viui. Qui consensus templo Dei cum idolis? Dicimur & Dei ædificium, habitatio, ab eodem Apostolo. Ioan. 14.
Christo, ait, omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in Spiritu sancto. Hoc ipse Salvator clarius explicat. Si quis, ait, diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Sicut enim, ait D. Augustinus, hoc ædificium visibile factum est nobis corporaliter congregatis: ita illud ædificium, quod nos ipsi sumus, Deo spiritualiter habitaturo construitur. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Ita Augustinus. 3. Serm. 1. de dedicat. templi, ordine 16. incipit. Bona opera fidelium. 1. Cor. 3.
Naturali lumine gentes omnes, sicuti Deum quemcumque suum commentæ sunt, ita templa ædificanda cognouerunt: & vt verus Deus sibi mandauit ædificari, ita & commentitii sibi quoque extrui curauerunt. Imo & apes, etsi lumine rationis careant, tamen (vt quidam 4. 5.
robus ac religiosus auctor refert) Christum agnoscentes, dum mulier contra pestem animalculorum Eucharistiam in aluearia iniecisset, sacræ structuræ fabricam erexerunt ex fauis cereis ac cera. Pauimentum ac parietes, fenestræ, solium, tectum, turrisque quasi æri campano sudendo in ea adiũcta visebatur: altare decẽti loco Cæsarius li. 9. c. 8. Apes sacra Eucharistia templa extruunt.

„ loco erectum, in quo sacratissima Hostia ab illo
„ dem deportata ac reposita erat: cui omni tempo
„ re laudes & obsequia sua videbantur deferre. P
„ psæ bestiolæ tandem Conditorem suum ca
„ ac festo strepitu prodiderunt; reddita est Hos
„ solemnique pompa à Curione ad templum
„ portata. Hæc nos exempla exiguarum mu
„ rum instruunt in animi aluearibus templi
Domino construendum.

Serm. sup. cit. c. 5. Templi spiritualis quæ partes

D. Augustinus formam nonnullam præ
bit. *Fundamenta*, ait, *in cordibus vestris Apost
& prophetica monita iacite. Humilitatem vo
sicut pauimentum, sine offensione prosternite:
tarem in corde vestro doctrinam orationibus & se
nibus tamquam firmis parietibus communite: d
eos testimoniis tamquam luminaribus illustrate
mos tamquam columnæ sufferte: inopes sicut tec
gite: vt Dominus Deus noster pro temporalibus bo
terna restituat, & vos in æternum perfectos dedi
que possideat.* Hæc Augustinus, & optime
quod anima in se templum construere
non imaginarie tantum, sed veris solidisque
tutibus fundatum ac solida compage colli
sit necesse est. Fundamentum enim Chri
est, eiusque, qua iusti sumus, gratia: ea abse
nullum ædificium potest cõsurgere. Stratum
profunda humilitate: parietibus quatuor
ciatur: prudentia, iustitia, temperantia, ac fo
tudine: tegatur caritate: ostium sit firma soli
Matth. 7. fides, quæ per caritatem operetur: est
ostium angustum, per quod pauci ingredie
tur: fenestræ, quibus è cœlo lumen copio

ſincoruſcans admittatur, ſpes magna, oratio, ...dientia, gratitudo. altare quoque medium ...mirit D. Auguſtinus. *Sanctum*, inquit, *tem- ...eſt Deo mens pura, & altare optimum eſt ei cor ...ndum & ſine peccato.* & in Pſalmum 49. *Ara*, ...quit, *tua, conſcientia eſt. Immola Deo ſacrificium ...s.* Itaque ara cor noſtrum, in qua ignis cari- ...s ingis debet ardere, & ſuper illam offerri ſa- ...cia, primum quidem ſpiritus contribulati: ...rificium enim *Deo ſpiritus contribulatus; cor con- ...rum & humiliatum Deus non deſpiciet.* Deinde ...nificium pro peccato: poſt reconciliatio- ...m enim Deo ſatisfaciendum eſt, quod fit pœ- ...m ſpontaneam ſibi inferendo. Adde ſacrifi- ...um veſpertinum, gratiarum actionis. Gratiſſi- ...m quoque adueniet holocauſtum obedien- ..., vel conſecrationis ſeu deuotionis ſui totius ...honorem diuinæ Maieſtatis. Sacrificium de- ...que omnium operum quæ facies, vt nullum ...quod ad honorem eius non tendat aut refe- ...rarſicque altare tuum nunquam hoſtia ſit va- ...um. *Immola* & *Deo ſacrificium laudis*, ſæpeque ...hymnis & benedictionibus cum gratia canta ...recine ex animo: *Benedicam Dominum in omni ...pore, ſemper laus eius in ore meo.*

Lib de natura & gratia, c. 64. tomo 7. In Pſ. 49. Sacrificia varia.

1. *Spiritus contribulati Pſal 50.*

2. *Propeccato.*

3. *Gratitudinis.*

4. *Holocauſtum obedientiæ.*

5. *Omnium operum.*

6. *Laudis. Pſal. 49.*

Pſal. 33.

6. Dum Iacob mandato patris Iſaac in Me- ...potamiam Syriæ pergeret, vxorem quæſitu- ...de cognatione ſua; vt quieſceret fatigatus ...ſt ſolis occaſum quodam loco, quem poſtea ...canit Bethel, capiti lapidem ſuppoſuit, vidit- ...ſcalam, cuius extremitatum altera terram, ...ra cœlos tangeret; aſcendenteſq; ac deſcen-

Figura interioris animæ domus lapis Iacob.

dentes Angelos, Dominum vero supremę scalæ innixum hæc eloquentem: *Benedicentur in*
Gen. 28. *& in semine tuo cunctæ tribus terræ, & ero custos tuus quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc.*
Expauit Iacob, & ait: *Quam terribilis est locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli, vocabitque lapidem, quem supposuerat capiti suo, erexit in titulum, fundens oleum desuper.*

Hæc figura, Iacob imitatoribus, id est, non supplantatoribus, & in aliena regione PERFECTIONEM, tamquam vxorem optimam Patre nostro cœlesti commendatam, quæritibus, descripta est: qui cum splendor vanitatis huius mundi occubuit, in Bethel, quæ domus Dei est, in interno quodam ac spirituali consilio commorati & quiescere deligunt; sed non quiescent, nisi super Christum & gratiam ac merita caput reclinauerint. Felix sompnus ternaq; cum Deo conuersatio, quæ sæculi honorum, opum, voluptatumque tumultus sopiat. Felix (inquam) ille, qui ad pedem huius scalę, quę desideriorum cœlestium ac virtutum gradus significat, lectum suum strauerit: hoc dubie insigniter in virtutis progressu vitæ PERFECTIONIS proficiet, auctore pio
Psal. 83. ge, qui ait: *Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones* certe huiusmodi *in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit.* Etenim scalæ innititur, multasque *dat* animæ *benedictiones*, tum ipsi, tum Ecclesiæ profuturas: sanctas quoque desideria à nobis, Dei ex alto latus vltro citroque ascendunt, velut Angeli,
descen-

dunt: *eunt* vota *de virtute in virtutem, & uidetur Deus Deorum in Sion*: anima nempe magna fruente. Promittit Deus diuinam suam affectionem ac custodiam; se in terram etiam missionis cœ estemque Ierusalem nos esse futurum: sed ex parte nostra lapidem erigamus oportet in titulum, fuso oleo desuper; exstruamusque Deo domum. Templum illud est, quo modo agimus: sed altare sit è lapide, vt solitatiam operi adferamus, ne domus altare-que facile destruatur, ac voluntate firma in hoc sancto domicilio cum Deo perpetuo conuerse mur: totumque affectum, velut oleum accendimus, in illo altari fundamus, & accenda-mus.

Sed modum hunc explicemus. Præcipuas partes huius exercitij sibi vendicant intellectus & voluntas: hæc enim amore rei alicuius capta fertur in illam vt bonum optatum quod si absens fuerit, quærit, desiderat, aduocat media adipiscendi comparat. Quia vero vocatas ad agendum facultates omnes applicat, intellectum vrget vt media suggerat, diuina iuris & humana, opportune, importune: inde fit vt nobis quædam collocutio, dum desideriis exstulantibus respondet quidam rationis diffusus. Diuinus sane Psaltes sæpe sibi ipsi loqui videtur interne quasi plures adessent personæ. *Quemadmodum* ait Deo loquēs, *desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te*, Deus tū interrogans, *Quare*, inquit, *tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo* Sermocina-

Locutio animæ interna cū Deo & secum.

Psal. 41.

cinatio enim est in homine, dum verbum me-
tis animam hortatur, & rursus rationem m
raro interpellat & alloquitur animæ ardens d
siderium. Immiscet se sanctis animæ collo
& Deus ipse. Hoc ipsum in eodem Psalte-
Psal. 90. gio manifestum euadit, cum enim dixisset,
habitat in adiutorio Altissimi, in protectione De
commorabitur? statim mutat personam, &
conuersus, *Sperabo*, ait, *in eum*. tum tertiam
personam alloquens, *Cadent*, inquit, *à latere*
mille. denique & Deus ipse interuenit, dic
Clamabit ad me, & ego exaudiam eum; cum ip
in tribulatione. Hæc colloquendi ratio fre
est in Psalmis, vsitata in Cantico canticor
Prophetis familiaris, sanctisque Patribus
dum commendata: illi enim modo sibi,
Deo, modo ipsis Deus loquitur, vt videre
tis pæne Meditationibus, Soliloquijs, Ma
Confessionibus D. Augustini; eamque no
seruant, qui meditandi & contemplan
mam tradunt: est enim Deus verbum, &
Iob 4. nouit interne. *Porro*, ait Iob, *ad me dictum*
bum absconditum, & quasi furtiue susceptum
venas susurri eius. cum enim Deus loquitur,
tus quidam est; cum suam aut virtutis pul
tudinem ostendit, lumen est; cum delect
por est; cum attrahit, odor est; cum solatur,
plexus ac tactus est.

Serm. 45. in Cant. sub finem. D. Bernardus ex professo de interna illa
Deo locutione quæstionem talem inst
Quæris dubius apud te dicens: Qua ratione verba
bi facta ad animam referuntur, & rursum anim

Verbum

...ium; vt illa audierit vocem loquentis sibi, & per-...ierit quod pulchra sit, viciſſimque idem præconium ...que reddiderit laudatori? quomodo poſſunt hæc ...? nam verbo loquimur, non verbum loquitur; ...q; anima non habet vnde loquatur, niſi os corporis ...uerit ſibi verba ad loquendum. Bene quæris, ſed ...ale ſpiritum loqui, & ſpiritualiter oportere intel-...quæ dicuntur. Quoties proinde audis vel legis Ver-...atq; animam pariter colloqui, & ſe inuicem in-...: noli tibi imaginari quaſi corporeas intercurrere ..., ſicut nec corporeas colloquentium apparere ...gnus: audi potius quid tibi ſit in huiuſmodi cogi-...dum. Spiritus eſt Verbum, ſpiritusq; anima; & ha-...linguas ſuas, quibus ſe alterutrum alloquantur, ...nteſq; indicent: & verbi quidem lingua fauor ...tionis eius: animæ vero, deuotionis feruor. Elin-...eſt anima, atque infans, quæ hanc non habet, & ...poteſt ipſi vllatenus ſermocinatio eſſe cum Verbo. ...huiuſcemodi linguam ſuam cum Verbum mouet, ...s ad animum loqui, non poteſt anima non ſenti- Heb. 4. *...uus eſt enim Sermo Dei, & efficax, & penetra-...r omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſio-...m animæ & ſpiritus: & rurſum cum ſuam anima ...uet, Verbum latere multo minus poterit: non ſolum ...a vbique eſt præſens, ſed propter hoc magis, quod ...ipſo ſtimulante deuotionis lingua minime ad lo-...ndum mouetur.* Hæc Bernardus, qui modum, ...em nunc proponimus, graphice deſcribit. ...i enim templum quoddam ſpirituale deſcri-...erimus, & ijs, quo concipiendi res ſpirituales ...ilitatem habent, plurimum huiuſmodi con-...ctus attentionem promoueat; non eſt tamen

semper necesse huiusmodi figuras adhibere auctore D. Ambrosio. *Non in loco*, ait, *Deus detur, sed mundo corde: nec corporalibus oculis videritur, nec circumscribitur, visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu: & cum sens putatur, videtur: & cum præsens est, non vide* Quorum omnium ratio est, quia res spiritales suum modum habent: qui etsi similitudine quadam ad sensus exteriores referri possunt tamen, vt ante dixi, aliquid est, quod sentiri cile est, explicare non possibile.

Li. 1. sup. Luc. in c. 1.

Altare templi anima nostra.

68. Quare cum de oblationibus altaribus terni loquimur, super quod motus deprae mactamus, fit quod diximus, sed spirituali do; nec opus est formis rerum, nisi vt e lius concipiantur, magisque afficiant. Si huiusmodi formas effingere non possis, quod potes: & cum superbiæ tumorem s ris, exurge animo, & quasi alius David

1. Reg. 17. virtute superbum Goliath deprime, calca caput perinde præcide, ac si ante altare D no erectum consisteres. Cum blandius ptas ingreditur, sic indignare, quasi ei in

2. Reg. 23. coram Domino spueres, carnemque tua bellem igne caritatis incenderes. Cum cib deliciæ insidiantur, iugula veluti super a bestiam hanc, & effunde aquam cisternæ thleemiticæ coram Domino; id est, ab eo a ne, quod alioquin tibi indulgeres. Si ira e uescat motus, sic age, quasi collo furibund aliquem arriperes, & in altari mactares, in **spectu Domini. Si defidem animam tuam** s

gis, si contumacem, flagellum arripe, & fuga
uerso stultitiam tuam.

Quod sine hæc quidem cogitare possis, nec
uismodi ideas formare, sentitur tamen Ver-
um Domini, & sentiris ipse, dum loqueris,
um tentationes prauosque motus compri-
s, dum studio singulari erga Deum afficeris,
eum colis, laudas, admiraris, teque totum,
alis sis, quoque loco eum habeas, manife-
s. quod Bernardus eleganter persequitur,
ribens in hæc verba: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi.* *Sermone. 45 in Cãt. in hæc verba Cant. 1. Ecce tu pulcher es.*
lcher, ait, ore pronuntiat, qualem & mente conspi-
atur, visione plane sublimi & suaui. Regem in decore
o viderunt oculi eius: non tamen vt Regem, sed vt di-
ctum. Viderit eum sane quis super solium excelsum *Isaiæ, 6.*
eleuatum, & alius facie quoque ad faciem sibi ap- *Gen. 32.*
aruisse testatus sit: mihi tamen videtur eminentia in *Mal. 1.*
ui parte esse apud sponsam: quod ibi visus Dominus
gatur, hic dilectus: sic enim habes: Vidi Dominum
dentem super solium excelsum & eleuatum: i-
em: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est
nima mea. Sed si ego Dominus, inquit, vbi est timor me?
Quod si illis facta est reuelatio cum timore; quia vbi
Dominus, ibi timor: ego profecto, si optio daretur, tan-
to libentius tantoque carius sponsæ amplectere visio- *1. Ioan. 4.*
nem, quanto in meliori affectione, quæ est amor, factam *Psal. 65.*
reuerto: nam timor pœnam habet, perfecta autem ca- *Psal. 44.*
ritas foras mittit timorem. Multum sane interest, ap-
parere terribilem in consiliis super filios hominum, &
apparere speciosum forma præ filiis hominum. Hæc
Bernardus.

69. Ex his colligimus, facillimũ diuinę præsẽtiæ con-

concipiendæ, & sanctis Patribus maxime vsitatum, hunc esse modum; si in nos ipsos penetremus, domum Sponso dilectissimo quisque pro suo modulo ædificantes. Iuuabimur tamen exemplo ad imitationem proposito sapientissimi lius mulieris, quæ marito suo suggessit: *Animaduerto quod vir Dei sanctus est iste* (Eliseus) *qui ve- sit per nos frequenter; faciamus ergo ei cœnacu paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensa, sellam, & candelabrum, vt, cum venerit ad nos, ma neat ibi.* Pulcherrimum prototypum præsti Numini ædificandi cœnaculum, hæc tamen mnia, quæ in cœnaculo posita sunt, necessitabus & commodis Elisei seruiebant; Deo naculum si constituerimus, quæcunque a cerimus, vsui magis nobis quam Deo erun nam domus hæc animi paruula cœnaculum non tam quod Dominus, quam quod nos in cœnemus. *Si* enim *quis aperuerit mihi ianu* inquit ipse, *intrabo ad illum, & cœnabo cum illo ipse mecum.* Expensas omnes facit hospes ad niens, non hospita excipiens. Paruum quoq cœnaculum Sapientia desiderat, & id quide nobis, vt omne emolumentum in vnum de uet, & non in plures; dicatque anima, *Dilect meus mihi*, & soli, *& ego illi*, & quidem etiam sol ideo & lectulus, non magnus lectus, ster tur.

Figura per elegans interna domus.

4. Reg. 4.

Apoc. 3.

Cant. 2.

Serm. 46. in Cant.

Hæc eleganter, vt omnia, Bernardus describit: *Domum vero Dei*, ait, *spiritualem seipsum quique agnoscat; qui tamen non iam in carne ambulat, sed in spiritu; deinde circumdare sibi curet flores virtutum*

quorumcunque actuum, & laudabilium stu- Philip. 4.
dium, atq; odoramenta virtutum; id est, quæcumque
vera, quæcumq; pudica, quæcumq; iusta, quæcum-
que sancta, quæcunq; amabilia, quæcumq; bonæ famæ,
si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hac cogitare, in his
exerceri curet. Ad istiusmodi secure vocabis Sponsum,
quoniam, cum introduxeris eum, veraciter dicere po- Cant. 11.
teris & tu, quia lectulus noster floridus, redolente ni-
grum conscientia pietatem, sed pacem, sed mansue-
tudinem, sed iustitiam, sed obedientiam, sed hilarita-
tem, sed humilitatem. Hæc Bernhardus, qui lectu-
nostri angustias non tantum expressit, sed &
mamenta floresque depinxit.

Accedit & mensa, quæ cœnationi scriptioni-
que necessaria est. *Secura* namq; *mente*, ea nem- Prou. 15.
in qua Deus per gratiam accumbit, *quasi iuge* Exod. 14.
convivium. Scribit & in mensa cordis nostri duas
bulas, & legem ac præcepta, quæ ad amicitiam
endam seruare oportet. Prodest & nobis
delabrum candelæ imponendæ instrumen-
m: candelabrum enim habemus naturalem
pacitatem, aptam ad fidem & sapientiam con-
nendam; alioquin candelabrum illud est, non
andela; nec sufficienter peccatorum tenebras
t ignorantiæ discutit. Sella vero vtimur ad ac-
bitum, ad scriptionem, ad collocutionem, &
idem diuturniorem: non enim Dominus
mper in lecto est, & nos non semper oramus
t meditamur, non semper pascimur pane con
lationis; sedet subinde Dominus, & arguit, re
chendit, docet, instruit, monet, colloquitur, Lib. 1. Offic
maxime cum legimus. hinc D. Ambrosius: cap. 20.

Illum (Christum nempe) *alloquimur, cum oramus: illum audimus, cum diuina legimus oracula.*

70. Hic ergo locus insignis est, quo nos recipiamus à turbis, turbulentisque huius mundi negotiis: à quo, cum necesse erit, egrediamur. Expedit tamen numquam omnino exeamus, quasi à fenestra potius quam à limine nos pulsantibus commodemus. Id vnice obseruat

S. Antoninus domũ internam sibi fabricat, à qua non egrediatur.

D. Antoninus, de quo supra diximus: qui ei in abdito domicilio, grauissimis Ecclesiæ negotiis immersus, sic egrediebatur, vt in eo pectus alterum retineret; & inter tot rerum fluctus ipsi animi tranquillitas perstabat, vt nullam quam posset tanta perturbatione ac mundi-

Vincentius Mainardus in eius vita apud Sur. 2. Maij, tomo 3.

ris (vt scribit Vincentius Mainardus, Domi canæ familiæ Procurator) irretiri, quin, quo vellet, ad diuinarum rerum theoremata tim rediret, & interna quadam mentis dulce ne frueretur. Stomachanti semel Franc Castiliono, qui ei erat à secretis, vt numq sui, semper alieni futuri sint, qui ad Episc les sedes euehuntur, respondit: Fierinon test, fili, vt inter tot huius sæculi solicitud pacato animo consistamus; nisi recondit quẽdam & occultũ mentis angulum intact habeamus, ad quem negotiorum strepitu curatum anxietas non irrepat; vt, vbi actita causis destiterimus, eo tamquam ad asylum

Rom 7.

tissimum, & ab hoc exteriore homine ad

Item Catharina Senensis.

quem Paulus interiorem vocat, recurra

Raymun-

Idem scribit Raymundus de sancta Catha Senensi, eam nimirum, docente Spiritu Dei,

a seipsam fabricasse conclaue, siue secretam *dus in vita*
cellulam; vnde numquam vellet cuiuscumque *eius.*
causa egredi. Ita factum est, vt, quæ hacte-
nus vsa quadam cella nonnumquam fuisset, e-
gressa foras, iam perpetuo deinceps maneret se
um in cellula animi sui, quam illi eripere ne-
mo posset: plenaque cælesti victoria, triumpha- *Ephes. 3.*
at de diabolo in interiori homine, vbi Christus *Luc. 17.*
abitat per fidem in cordibus nostris, sibi con- *Apoc. 3.*
stituens spirituale domicilium. Ibi enim habi-
at Christus, ibi regnum Dei intra nos est, ibi
numquam non præsto est, qui dicit: *Ecce ad o-*
stium sto, & pulso: si quis audierit vocem meam, & a-
peruerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo
cum illo, & ipse mecum. Hoc ergo suauissimo ho-
spite contenta ac freta sacra virgo, vicit diabo-
lum & omnes machinas eius. Docebat ille eam
intus vias & rationes mirabiles externa omnia
superandi. Solebat præterea crebro admonere
Raymundum, Patrem spiritualem, cum negotiis externis pæne obrutum videret, vt sibi tale non manufactum in suo pectore fabricaret domicilium, nec vmquam inde euagaretur. Hæc Raymundus.

71. Locus ergo iste internus refugium est de- *Li 3. c. 38.*
solatorum, domus orationis, vmbraculum ab æstu & à pluuia, solitæ consolationis perfugium, consilii sedes, ad quam recurrere omnes, qui bene agere cupiunt, oportet. Attexam hic, quæ Thomas à Kempis hac de re scribit quam piissime. *Fili*, inquit, *ad istud diligenter tendere debes, vt in omni loco & actione seu occupatione exter-*

externa sis intimus, liber, & tuiipsius potens, & sint omnia sub te, & tu non sub eis, vt sis dominus affectuum tuarum & rector; non seruus, nec emptitius, sed magis exemptus, verusq; Hebræus, in sortem & libertatem transiens filiorum Dei: qui stant super præsentia, & speculantur æterna; qui transitoria sinistro intuentur oculo, & dextro cœlestia; qui temporalia non trahunt ad inhærendum, sed trahunt ipsi magis ea ad bene seruiendum, prout à Deo ordinata sunt, & instituta à summo opifice, qui nihil inordinatum in suis relinquit creaturis. Sic iam in omni euentu stas non in apparentia externa nec oculo carnali lustras visa vel audita, sed mox qualibet causa intras cum Moyse in tabernaculum ad consulendum Dominum: audies nonnunquam diuinum responsum, & redibis instructus de multis præsentibus & futuris; semper enim Moyses recursum habuit ad tabernaculum pro dubiis & quæstionibus soluendis, fugitque ad orationis adiutorium pro periculis & improbitatibus hominum subleuandis. Sic & tu confugere debes in cordis tui secretarium, diuinum intentius implorando suffragium.

Iosue 9. *propterea namque Iosue & filij Israel à Gabaonitis leguntur decepti, quia os Domini prius non interrogarunt, sed, nimium creduli dulcibus sermonibus, falsa pietate delusi sunt.*

CAP.

CAP. XIII.

Modus duodecimus, quo nobis in stadio Deum è cœlis pugnæ nostræ Agonothetam proponimus: & decimus-tertius quo diuino Numini omnia opera nostra quasi iugi sacrificio consecramus.

12. SPeciales quosdam modos huc vsque considerauimus, qui ex Deo per essentiam omnibus in locis præsente collecti sint. Secundum caput generale erat, sic diuinum Numen vbique inueniri, vt non tantum omni loco essentiam eius veneraremur, sed etiam eius oculo vel terreremur irato, vel benevolo delectaremur: is enim præsens esse censetur, cui omnia patent, cuius aspectum nihil fugit. Sic Deus vbique esse dicitur per præsentiam, auctore D. Thom. quia omnia videt, nihil ipsum latet, ne intimæ quidem hominum cogitationes, ex quo modum nouum præsentis Numinis colligimus, diuinis litteris conformem: si nimirum cogitemus nos ipsos in vastissimo quodam campo degere, (ita enim mundus patet diuinis oculis, ac si nulla impedimenta forent, omnesque in aperto agro degerent) Deum vero è loco superiori, tanquam Agonothetam, considerare attentissime quid quisque agat, quos labores ac dolores

Par. 1. q. 8. art. 3. Modus 12. Deus spectator & remunerator laborum, certaminum, & operum nostrorum.

res

res patiatur, quas pugnas ac certamina sustineat, qui victores euadant, qui succumbant: & id quidem vt bene meritis præmia restituat, desides vero ac inertes, laborum certaminumque osores, denique turpiter victos ac prostratos pro meritis puniat. quem modum olim concepisse Theophrastum, testatur Cicero his verbis:

Lib. de sua consolatione, qui eidem tribuitur.

Si verum est quod à Theophrasto alicubi proditum memoriæ mandauimus, Orbem terrarum theatrum esse dam esse magnum, diuina mente repletum: & ad indicandæ sapientiæ gratia tam multis vndique centibus ornamentis illustratum ac depictum: in tem medio collocatos esse homines à Deo, vt cum na, dolore, morbis, egestate, casibusque permultis due luctentur: Deum vero ipsum quantum quis pugnando valeat, quamque viriliter fortitudine nitus accepta vtatur, desuper aspectare. Quidquid sit de nostra apprehensione, id reuera fit: & uidentius cognoscemus, vbi ad metam pernerimus.

1. Cor. 9.

Ita esse testatur D. Paulus, cum vitam præsentem stadio comparat, in quo currimus, contendimus, pugnamus: ipse idem coronas promittit victoribus.

De cœlo Deum intueri omnia.

Gen. 11.

Psal. 52.

Prouidentiam vero diuinam intente prospicere, testatur Moyses: & cum de turris Babel ædificatoribus loquitur, *Descendit*, ait, *Dominus, vt videret ciuitatem & turrim quam ædificabant filii Adam.* & Regius Psaltes: *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Item: *Psal. 32.*

(ad

...respexit Dominus, vidit omnes filios homi-
...m.

Magna solatio nobis esse à Deo videri labores nostros.

Magnæ ergo nobis consolationi esse de-
...in laboribus, angustiis, doloribus, atque in-
...iis, nos à Deo videri; à quo consolationem
...ccedemque simus acc epturi laborum. Ita di-
...e Propheta Regius: *Quoniam* (inquit) *tu labo*
...m & dolorem consideras: tibi derelictus est pauper,
...rano tu eris adiutor. Dominus in templo sancto
...Dominus in cœlo sedes eius: oculi eius in pauperem
...iciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum.
...non frustra patimur, non in vanum curri-
...mus ac laboramus: *vnusquisque* enim *propriam*
...rcedem accipiet secundum suum laborem. Horta-
...ur quoque Corinthios sanctus Apostolus:
...tres dilecti: stabiles estote, & immobiles, abundantes
...pere Domini semper, scientes quod labor vester non
...anis in Domino.

Psal. 9.
Psal. 10.
1. Cor. 3.
1. Cor. 15.

Spectantis Dei consideratio, pugnantium inflammat animos.

Et quia certamen continuum est in hac
...ta, videt & pugnas animosque certantium. I-
...eo hortatur diuinus Apostolus discipulum
...im: *Labora sicut bonus miles Christi* IESV: *nam*
...& qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime cer-
...auerit. Si nobis oculi forent aperti, & Agono-
...thetam nostrum præsentem intueremur: nescio
...um quid tam arduum esset, quod non liben-
...er subiremus: quid enim non agunt milites, v-
...i certo sciunt se à principe conspici? quæ peri-
...ula non adeunt? quę vulnera recusant? irruunt
...n flammas medias, inter glandes igneas hostē
...quærunt, muros conscendunt telis perstre-
...entibus, acies armatas penetrant; san-

2. Tim. 2.
Simile.

gu'ni

guini vitæque non magis parcunt, quam si vi
immortales forent, vel hocce conflictu nouum
sanguinem vitamque acquirerent. Hæc in stu
dio spirituali Sancti præstiterunt, grauiora
sustinuerunt, quod à supremo Principe vide
existimarent, cuius conspectus inuictos ac
bat animos.

Quin & Deus vires submini strat.

Nec solum illa consideratio nos inflamm
sed & ille idem qui certamini præest, & vi
ad pugnam sufficit: vnde enim sancti Mart
adeo multa perpeti potuissent? Ostentat
coronas, sicut Basilius scribit de quadrag
Martyribus, qui in stagnum gelidum con
glorioſe triumpharunt. Magna certe con
tio erat, quæque animos augeret, expe
post medium diem laborum dolorumque
minum, & nobilissimæ trophæa æter
ctoriæ.

75. Quod si subinde afflictiones dolore
paulo longiores videantur; illud quoque so
erit, illos ab Agonotheta considerari, & p
1. *Cor. 10.* culari forte prouidentia immitti; *qui non pa*
interea *nos tentari supra id quod possumus, sed*
cum tentatione prouentum, vt possimus sustine
generoſe, si patienter, si constanter toler
Rom. 5. mus, finem fore glorioſum; *tribulatio nam*
patientiam operatur, patientia autem probatio
probatio vero spem, spes autem non confundit. H
Iac. 1. D. Iacobus: *Omne gaudium* (ait) *existimate,*
tres mei, cum in tentationes varias incideritis, scie
quod probatio fidei vestræ patientiam operatur;
tientia autem opus perfectum habet.

Pro

ponamus nobis exemplum D. Iob. A quæso, illius manauit certamen? nonne ab notheta, qui & aduersario bellum ei indi- Iob 1. & 2. cōcessit potestatem, quiq; præsens omnia hexit? sed qua patientis victorisque gloria? accedat Tobiæ probatio, quæ & gloriam, itias, & fœlicitatem, nomenq; immortale us familiam inuexit: in omnibus tamen se præsentem fuisse testatus est. *Quando* *u*, inquit Angelus Raphael, *cum lachrymis,* Tob. 12. *peliebas mortuos, & derelinquebas prandium m, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam ino; & quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentaretur te: & nunc misit me Dominus vt curate, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberem.*

Exemplum Iob.

Probauit etiam Dominus B. Antonium, In eius vita. D. Athanasio; & *certamen forte dedit illi, vt* Sap. 10. *ret.* Aliquoties enim horrende acceptum D. Antonij certamen. ones seminecem relinquebant. quot etmonstra portentosasq; species obiecerunt! diam vice, circa annum ætatis eius trigesimquintum, cum pæne vulneribus, plagis, ctionibusque ei vitam ademissent, diuini inis radius quidam affulsit; quo cum se sanillico restitutum esse, doloresq; fugatos sent, intellexit Dominum adesse, & in hæc verrorumpens ita questus est: *Vbi eras, bone ? vbi eras? quare non à principio adfuisti, vt curvulnera mea?* & vox ad eum facta est, dicens: *ni, hic eram, sed expectabam videre certamen*

S. Catharinæ Senensis pugna & victoria. Raymundus in eius vita.

tuũ: nunc aũt quia dimicando viriliter nõ ceßisti. ſẽ auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari.

Idem fere contigit ſanctiſſimæ virgini Catharinæ Senenſi, quæ pugnam infamem de num fœdiſſime apparentium ac cõcurre perpeſſa, nullo loco, ne lacro quidem, con re poterat, quin monſtra illa fœda, obl

„ operibus horrenda ac deteſtanda, videre
„ quentes audiret, ſibique nuptias ac dete
„ quæq; ſuadentes ferre cogeretur. Longo
„ pore moleſta hæc probatio durauit, gra
„ mis interea ſupplicis corpuſculum affl
„ cum autem nullus eſſet modus qui rebu
„ ctis foret ſolatio, acceſſit dæmon quida
„ cax, eique hæc improbe ſuggeſſit: Num
„ ab hac tui infeſtatione ceſſabimus, don
„ ſentias nobis. Illa vero radio quodam c
„ illuſtrata interius, *Has*, inquit, *& longe plu*
„ *leſtias nomine Saluatores mei perpeti, non mo*
„ *moleſtum, ſed & iucundum erit, & delectabile*
„ *diu ei viſum fuerit.* Placuit Saluatori reſigna
„ tientis Catharinæ, totuſque ille dæm
„ cœtus inſtar fumi pudefactus euanuit, in
„ que lux cœlitus illapſa cubiculo eſt, in qu
„ Chriſtus crucifixi ſpecie ei apparuit, dice
„ *lia mea Catharina, vides quæ ego tua cauſa pe*
„ *ſim? non igitur dubites tu quoque propter me*

perpeti, Chriſtus deinde, ſpecie illa depoſit miliarem aſſumpſit, & accedens gratula Catharinæ de triumpho contra hoſtes ob to:at illa memor ſordium quas cogitatione uerat, timens ne forte animum vitio ali

eraminasset, supplex Dominum, omnis pu-
ris auctorem, sic alloquitur: *Vbi fuisti, mi Do-*
cum tot spurcitiis animus meus scateret? & ille:
dem tuo. rursum virgo: *Et qui fieri potuit, bone*
s v, vt in corde meo esses, tot impuris cogitatio-
us infectissimo? at Dominus, *Cogitationes,* in-
et, ille quid in corde tuo effecerunt? gaudiumne, an
rem? Imo vero, ait illa, *summum dolorem. Hoc*
ur, ait Christus, *mea præsentia efficiebam: qui*
stituta fuisses, illis spurcitiis capta ac delectata es-
quas cum profligare conarere, nec posses, inde mœ-
riebatur: sed me auctore, qui eram intus in corde
o, & tuebar illud interim, extrinsecus te sinens op-
gnari, quantum tibi expedire videbatur, hæc eue-
bant; vbi vero illustrata radio luminis mei te ipsam
re obtulisti ad tolerandas eas infestationes, placuit
resignatio tua, moxq; eas iussit abscedere: neque e-
pœnis, sed voluntate pœnas fortiter perferentis ego
ctor. Tu autem, filia mea, quoniam non tua; sed
eruitute certasti viriliter, maiorem à me gratiam
queris, & deinceps crebrius ac familiarius me-
em tibi exhibebo. His dictis visio disparuit, re-
ta in animo virginis suauitate incredibili,
xime quod eam Christus vocasset filiam suã:
de etiam rogauit Confessarium vt sic se ap-
haret, quo posset redire sæpius in eorum ver-
rum dulcissimam memoriam.

Attexam denique hisce duobus certamini- *S. Agathæ*
bus B Agathæ generosam victoriam, quæ sic o- *pugna.*
s de hoste triumphauit: *Vidisti, Domine, & spe-* *In Breuia-*
ti agonem meum, quomodo pugnaui in stadio; sed *rio. Roma-*
a nolui obedire mandatis principum iussa sum in *no.*

mamilla torqueri. Domine, qui me custodisti ab inf
tia, qui abstulisti à me amorem sæculi, qui me car
cum tormentis superiorem præstitisti, accipe ani
meam. Hic agonis exitus fuit, & à Christo D
mino, certaminis præside, in cœlum de
est.

Laborum nostrorum mercedem reddi etiam in hoc sæculo.

77. Vult sane Dominus laboribus nostr
mercedem esse repositam, ac restitui, non
do in futuro, sed etiam hoc præsenti sæcu
sane primus laborum fructus est patienti
ria, ac de hostibus parta victoria; quæ co
tione non caret: *secundum* enim *multitu*
dolorum meorum in corde meo consolationes tu
ficauerunt animam meam, ait Psalmista. & P
Laborantem agricolam oportet primum de fr
percipere. Sapiens quoque, *Bonorum*, inqui
rum glorioſus est fructus. & Christus: *Qui vic*
custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi p
tem super Gentes, & reget eas in virga ferrea, &
quam vas figuli confringentur; sicut & ego a
Patre meo; & dabo illi stellam matutinam. Hi
merces victorum. Imperant enim dæmo
mundum cum omnibus suis pompis ac i
bia proculcant, eius vires ac impetus frang
nouaq; gratia illustres, velut stella in Eccles
omnibus prælucent verbo, exemplo, mor
vita & morte.

Pſal 93.

2. Tim. 2.

Sap. 3.

Apoc. 2.

Ignaui in certamine spectantur à Deo.

78. Videt interea non minus noster Ago
theta socordiam ac desidiam inertium ac v
ptuosorum hominum; qui non modo non a
laudabiliter, sed ne agunt quidem ea quæ ho
nem deceant; qui fœde, qui libidinose, quia

quiiracunde operantur, & ab humani gene-
ite omni pæne hora ac momento proſter-
ur. Et hæc ab oculo, quem fallere nemo
eſt, videri, quam horrendum ac formidan-
! cum prælertim in eius manu ſint omnes
turæ, quas armat, quando vult, in vltionem
micorum ſuorum. En quatuor elementa vl-
a prodeunt. Terra in primis non tulit So-
nam & Gomorrham; non tulit inobedien-
a crebellionem filiorum Core, Dathan &
ion: horruit, cum ſanguinem Filij Dei fu-
ſuper ſe ſuſcepit, & tremuit; illeque de terra
mauit, ſicut ſanguis Abel, alta voce, quæ è
o audiri poſſet: petræ indignatæ, ſciſſæ ſunt.
æ etiam paruerunt diuinæ indignationi,
us mergeretur vniuerſus orbis; quod ſpi-
hominum in carnem degeneraſſet. Aer
orem peccati Dauidis non ferens corruptus
& ſeptuaginta hominum millia infecit con-
q; trium dierum ſpatio. Ignis, idololatriam
ſtatus Ochoziæ, ſecundo quinquagena-
m & quinquaginta viros, vindex è cœlo col-
ſus, abſumpſit. Sed & beſtiæ omnes dentes
unt in vltionem impiorum, leones, ſerpen-
s, eucæ & bruchus, cyniphes & culices; ita e-
m minatur Dominus: *Conſumentur fame, & conabunt eos aues morſu amariſſimo; dentes beſtia-
m immittam in eos, cum furore trahentiũ ſuper ter-
m, atq; ſerpentium; foris vaſtabit eos gladius, & in-
pauor.* Prophetæ cuiuſdã, cui Dominus man-
at ne comederet aut biberet in via, inobe-
entiam leo obuius vltus eſt, eumq; interfecit.

Sap. 5.
Elementorum vindicta contra peccatores.
1. *Terra.*
Geneſ. 19.
Num. 16.
Deut. 11.
Pſalm. 105.
Matth. 27.
Gen. 4.
2. *Aqua.*
Gen. 7.
3. *Aer.*
2. *Reg. 14.*
Ignis.
4. *Reg. 1.*
Beſtiæ.
Deut. 32.
3. *Reg. 13.*

Idem vero Dominus est qui olim fuit: æqua
bonus quidem, æque potens, & misericors: se
iustus: & cuius viæ misericordia & veritas, be
neque operantibus supra merita retribuen
quus tamen iudex est, & recta iudicia iudica
In narratione in Ps. 134. in fine hinc D. Augustinus: *Ne putes te non videri qua
peccas, ne putes te contemni, ne putes* Dominum de
re. *Quando tu vides quæ facta sunt in impios, c
ne fiant in te: ad hoc enim & in illos facta sunt
trãsires, & eos nõ imitareris, & talia nõ pateren
men vide, quia flagellum Domini est super omnem
nem.* & rursus: *Attende exempla beneficiorum De
ea recolis: & cum vindictam Dei recolis, time.
nipotens est & ad consolandum, & ad castigandu
deo sunt ista vtilia cum leguntur. Quando a
pius videt quod passus est impius, purgat se ab omn
pietate, ne veniat & ipse in talem pœnam, tal
vindictam.* Hæc Augustinus.

Hunc Agonothetam operum nostrorum
debimus in die iudicij extremi vnicuique
Matth. 25. dentem secundum opera sua: & iis qui
qui strenue egerunt, dicet, *Venite be
Patris mei, possidete paratum vobis regnum à con
tione mundi*: reprobis vero, *Discedite à me
dicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo &
gelis eius.*

79. Ex hoc alius modus eruitur: cum eni
Modus 13. opera omnia in Deũ referre. Deo videantur omnia nostra, & animi i
mi recessus; quam gratum illi fore putas, si
in omnibus placere nitamur, & omnia opera
natus, actiones externas & internas ad eius
norem referamus? Consilium hoc est mag

Pau

pe dicentis: *Siue manducatis, siue bibitis, siue a* 1. Cor. 10.
quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Hæc ra-
ceteris facilior est, modo memoria vigi-

Praxis.

Facile enim est, initio cuiusque operis, breui
ratione mentis opus ipsum Deo offerre: vel
ei placeas: vel vt gratias agas de accepto ali-
quo beneficio; vel ad destructionem praui ali-
cuius habitus, aut alicuius virtutis adeptionem
vel ad aliquid impetrandum à diuina Maie-
state.

Vtilitates bonæ intentionis in operibus nostris.

Hæc vero relatio magni admodum momen-
tum est: in primis omnis mala intentio excludi-
tur: mens ad se redit, & toties Deum in memo-
riam reuocat: quo fit, vt collectior sit animus, 1.
tum in opere illo peragendo, tum in vitæ totius 2.
tenore: inanis quoque gloriæ ac vanitatis spiri- 3.
tus, qui vagum animum fere semper occupat, 4.
determinatur: opus etiam nostrum fit meri- 5.
torium, quod alioquin vel naturale tantum fo- 6.
ret, vel etiam forte vitiosum; vbi enim virtutis
finis abest, eo statim se se ingerit ac miscet natu-
ralis, aut etiam vanus: incredibiliter deinde a-
nimus purgatur à consuetis defectibus cres-
cunt virtutes, quarum honestatem appetimus,
PERFECTIO, caritas, gratia, meri-
ta, diuinaque protectio; de quibus inferius pro
latius. quod qui fecerit, censebitur semper
Deum præsentem habere, quia ex vi præsentiæ
Dei quem in omnibus operibus inuocat, sua
omnia perficit. Sicut enim monemur, *sæpe orare*

Luc. 18. *& non deficere*; tamen qui dormit, etiamsi orat non videatur, si tamen orationem præmiserit qua quietem suam in obsequium Dei offert, & sebitur dormiens orare, ac non deficere ab ora tione: ita quoque alijs in rebus, etiam natura bus, ac necessarijs ad vitæ humanæ conser tionem. Quanta vero consolatio sit vesperi, actus in Dei honorem feciſſe, qui sine merc ac indonatum noua gratia nihil abire permi quem denique aceruum congeret, qui ligenter hoc exercitio vsus fuerit; colligen cet ex his quæ superiori libro hac de re scri mus.

3. Reg. 18. Allegoria. Elias, veri Dei seruus & Propheta, con debat cum Prophetis Baal, vter verus Dei set. Frustra iis Deum Baal inuocantibus, sac cium igne caruit: ipse vero totum suum sa cium aqua copiosa perfudit nempe bouis collum, corpus, pedes, & caudam, nullaq; remansit intacta, quæque aqua perfluenta maderet, sic & singulæ partes cœlestiigne reptæ sunt, & accensæ. Vita nostra perpet iugeque sacrificium est, eorum maxime Deo deuouerunt; ita enim D. Augustinus

Lib. 10. ciuit. c. 6. tomo 5. *homo Dei nomini consecratus, & Deo deuotus, in tum mundo moritur, vt Deo viuat, sacrificium* tem: *Verum sacrificium est omne opus quod agi sancta societate inhæreamus Deo, relatum scilic illum finem boni, quo veraciter beati esse possi* Clamant mundani, & exultant in diis qui nimo sibi fabricant & effingunt; sed non audiuntur per ignem: at sacrificium nostrũ

ne nostra omnia aspergantur aqua gratiæ & gratis actualis, nec vnica pars hac adspersione careat; & quo profusior erit, eo etiam copiosior ignis è cœlo descendet, qui sacrificium nostrum absumet, Deoque gratissimum reddet in odorem suauitatis.

CAP. XIV.

Ponitur modus decimus-quartus, quo Deus per potentiam præsens conspicitur; additaregula generali, quæ omnibus modis seruiat.

Modus 14.

SVperest vnicus modus, quo Deus præsens esse rebus dicitur per potentiam: ea ratione Rex dicitur esse in toto regno, etsi in loco aliquo definito tantum inueniatur. Et hic etiam modus vsitatus & familiaris est sanctis Patribus, diuinoque testimonio nititur: vult enim Christus parentibus honorem, tamquam sibi, & Principibus, qui auctoritatem habent, deferamus: mandat Cæsari solui tributum, præstari Apostolis obedientiam. *Qui vos audit, inquit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* eiusque Apostolus Paulus sicait: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt: itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autẽ resistunt, ipsi sibi damnationẽ ac qui-*

Deum honorandum esse in Superioribus.
Matth. 22.
Luc. 10.
Rom. 13.

acquirunt: nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac & habebis laudem ex illa; Dei enim minister est tibi in bonum : si autem malum feceris, time; non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Ideo necessitate subditi *estote, non solum propter iram sed etiã propter conscientiam.* Item scribens ad Ephesios : *Obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo : non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo ; cum bona voluntate seruientes, sicut Domino & non hominibus.*

Ephes. 6.

Diuus etiam Petrus ita scribit : *Omnes bonos fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate : serui, subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis.*

1. Pet. 2.

81. Accedit, quod frequenter Scriptura & Patres nos vocant membra Christi, & corporis Ecclesiæ; Christum vero caput eius corporis. *Vos estis corpus Christi,* ait Apostolus, *membra de membro.* &: *Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius.* Sicut ergo templum Christi dicimur, & Deus in nobis habitare; ita et nos in Christo manere, quia illius membra sumus. Ideo Dominus, *Qui manducat, inquit, meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.*

Christian. esse membra corporis Christi. 1. Cor. 12. Ephes. 1. Ioan. 6.

Ex quibus colligo modum istum, quo Deus nobis repræsentatur per potentiam. Si enim

Deus est in superioribus

Ipræsens in regno esse dicatur; & vere, quia
entia eius per regnum diffusa est, maxime
Præsidibus, vicariis, ac ministris: multo ma-
Deus, cuius excellentia & potentia relucet
rarentibus nostris, tamquam vitæ nostræ
ncipijs; in Rectoribus item Ecclesiasticis
époralibus, vti iam ostendimus ex D. Paulo.
Sed amplius quippiam inuenitur respectu
iquam Regum: etsi enim Rex censeatur esse
n corporis Reipublicæ, in illis tamen non
bitat; Deus vero intus agens regit Ecclesiam
m; & singuli ipsum accedere possunt, quan-
1.
ocumque libuerit; imo moneri non debent vt
2.
rtant eum, quem gestant in animis suis. De-
3.
e, membra corporis sui Christus viuificat,
autem Regis potentia. Alit quoque Chri-
membra suo proprio corpore, & potat suo
nguine: Rex vero tantum suos conseruat po-
rtia, nihil largitur singulis, de mensa eius ne-
o participat. Quæ cum ita sint, Patres sancti
ctiores eo loco habuerunt, vt Christum in
loqui, mandare, cernere sibi visi fuerint;
eos vero homines tamquam pretiosa cor-
oris eius membra eiusdem Spiritu viuentia.
de D. Bernardus: *Siue Deus, siue homo vicarius*
mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto
quendum est cura, pari reuerentia deferendum,
tamen Deo contraria non præcipit homo. Diuus
am Ioannes de Christianis loquens ait: *Si*
dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum
rit, mendax est: qui enim non diligit fratrem suū,
m videt; Deū, quem non videt, quomodo potest di-
li-

bus, imo subditis, vt Rex potentia in regno.

Deus tamē perfectius in illis est.

Li. de præcept. & disp. c. 12.

1 Ioan. 4.

ligere? & hoc mandatum habemus à Deo, vt, qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Exemplo. S. Catharinæ Senensis videndus Deus in mẽbris suis. In eius vita.

Ex his Catharina Senensis cœlum quoddam in terra componebat. Nolebat eius parens eam solitaria habitaret, nolebat ipsam aliquam religionem inire, quod vel valetudine tenerior vel ætate immaturiore videretur. Quod autem in Religionibus fieri decet, idipsum in ædibus paternis exercebat. Ita habet Raymundus: „Hoc suauissimo hospite (Christo nempe) co„tenta, vicit diabolum, & eius machinas. D„cebat ille eam intus vias & rationes mirabi„externa omnia superandi. Imaginabatur „virgo patrem suum repræsentare Christum „sum; matrem suam, Dei Genitricem sanct„mam; ceteroſque de familia, Apostolos d„scipulos Saluatoris. Hac imaginatione „ter concepta, assecuta est, vt omnibus illis „omnium admiratione hilariter & officios„seruiret; tum etiam vt illis seruiendo, se„cogitaret de Sponso suo Christo, cui se & „nia officia præstare credebat: sicque fa„est, vt, dum in culina versaretur, semper intra sancta sanctorum; seruiensque ad m„sam recumbentibus, animum suum mira„sceret imaginanda præsentia Saluatoris, „temptum vero sui & iniurias omnes etiam cundo ferret animo. Hæc ille. Id imitari dum extra Religionem filii parentes, fratres domesticos vident: & omnibus hominum neribus commune est, dum Superiores spirituales quam temporales intuentur, co-

que Christi alumnos; & illos quidem Christi loco, horum vero nonnullos qui præsunt Ecclesiis, vel vitam Apostolicam degunt, vt Apostolos. paruulos qualescumque vt Angelos, ceteros tamquam Dei filios membraq; corporis eiusdem considerantes. quod in Religione longe accuratius fit, quia varia officia, gradus, functiones, variæque ætates reperiuntur: omnes enim Superiores Christi loco, alios vero fratrum suorum, aut patrum Deiq; filiorum habere se profitentur.

Lætitia spiritualis ex intuitu & consortio filiorum Dei, præsertim iuniorum.

Quanta pietatis exultatio iis excitatur, qui diuino Spiritu, oculo non humano ac carnali, sed cælesti, vt Dei filios homines intuentur! in Christum complectuntur, in illis semina reipublicæ Christianę, & in paruis basibus columnas prægrandes Ecclesiæ prospiciunt. Si parentes tenellos intime diligunt, pæneque in eorũ amore insaniunt; quid ni amore casto inciat in iis complectendis, quos Deus non modo tenerrimo amore, sed etiam infinito cõfecerit? 1.

Certe Christus Dominus paruulos ad se vocare voluit, & dilexit. Increpauit idem discipulos, qui prohiberent. dixit etiam: *Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Exclamat idem lacrymabundus Dominus: *Ierusalem, Ierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti!* Amor gallinæ ergo pullos eximius eumque in se exprimunt Apostoli ergo eos complexi cõuerterunt. *Filioli mei.* ait Paulus, *quos iterum* 2. *Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18. Matth. 18. Matth. 23.* 3. *Gal. 4. 1 Thes. 2.*

rum parturio, donec formetur Christus in vobis. & scribens ad Thessalonicenses: *Facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis.* & D. Ioannes ties repetit: *Carissimi, diligamus nos invicem, quia caritas ex Deo est.*

1. Ioan. 4.

Solent enim seniores longe vehemen affici erga tenellos, quam erga adultiores; circque amor patrum in nepotibus secund tertiis; verumque est quod Cato dixit: *Adol tibus bona indole præditis sapientes senes delect*

4.

Cic. lib. de senect. paulo ante 2. vituperat. senect.

leuiorque fit eorum senectus, qui à iuuentute col & diliguntur. Sed id magis locum habere d in amore supernaturali, qui in Deo eiusque neuolentia fundatur: Deus enim paruulos git, eosque complectitur, etiam contemp les, & de quibus persæpe pauca speramus;

Rom. 4.

vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt, magna Ecclesiæ munia destinat.

5.

Quid dicam de iis qui virtutibus excell magnoque spiritu præditi Numinis æter ctitatem magis repræsentant? Si quis Deu ligit, agnoscit quod de seipso Bernardus fa

Serm. 14. in Cant.

Ad affatum, inquit, *vel etiam aspectum cuiuspia ritualis perfectique viri, interdum & ad solam d cti seu absentis memoriam, flabat spiritus, & fluc aquæ; & erant mihi lacrymæ illæ panes die ac n*

Nihil enim iucundius in hoc mundo hom Deum diligenti, quam delicatas teneras animas Deo carissimas cernere, in quib

spiritus S. habitat, Christoque tamquam membra coniuncta firmissime adhærent per caritatem.

Quare D. Leo incredibili se voluptate perfundi dicebat, cum Dei famulorum frequentiã videret, & in tot sanctis Angelorum præsentiã sentire; *Cum*, inquiens, *hanc venerabilium consacerdotum meorum splendidissimam frequentiam video, Angelicum nobis in tot sanctis sentio interesse consortium. Nec dubito nos abundantiore hodie diuinæ præsentiæ gratia visitari, quando simul adsunt & vno lumine micant tot speciosissima tabernacula Dei, tot membra excellentissima corporis Christi.* Egregium dictum. Dei tabernacula & Christi membra eos vocat, qui Deo consecrati sunt, vel gratia ac caritate præditi: qui etsi singuli per se luceant, tamen luce coniuncta multo maiorem, multo iucundiorem lucis amplitudinem excitari necesse est; vt iam nihil dubitandum sit, quin post ea gaudia, quæ ex ipsius Dei contemplatione & amore percipi solent, proxima sint gaudia quæ ex fratrum spiritualium amore, conspectu, & consuetudine percipiuntur. 2. Si enim ex hominum iustorum cœtu & fidelium congregatione voluptas percipi possit tanta, quanta potest esse maxima: multo magis ex iis qui se Deo totos deuouerunt, & in sanctorum Religiosorum consortium aggregarũt, quique oculos in Deum perpetuo habent intentos, & supra naturæ limites incedentes, Deũ vbique considerant. Qua de re extat præclarum testimonium Ioannis Climaci; qui cum spiri-

Serm. 1. in anniuersario assumpt. sua.

Gradu 4. Scala spirit.

„ spiritualis instructionis suæ & ædificationis gr
„ tia diuersa perlustraret Monasteria, & sibi in
„ quodam ad mensam assidēti in aurē Abbas sug
„ gessisset, Vis, inquit Climace, singulare humi
„ tatis exēplū aliquod videre? Nihil, ait Climac
„ libentius. E mensa igitur Abbas Laurent
„ quendam octogenarium euocat, qui facil
„ Monasterio quadraginta-octo annis vixerat
„ le è mensa abiit illico, & coram Abbate geni
„ flexis benedictionem petiit: surrexit deind
„ ei bene precatus Abbas fuisset. Abbatem p
„ modum roganti num quid mandatum sibi
„ let, non respondit Abbas, nisi quod fi
„ nem mensæ (quæ ad duas horas, ipso
„ te ac ieiuno, aliis interea bene edentibus
„ rauerat) quasi oscitanter mandauit tande
„ Isidoro, alteri Religioso, præscriberet recin
„ nem Psalmi 39. qui incipit: *Expectans expe*
„ *Dominum, & intendit mihi.* Interrogatus à Cl
„ co postea diceret quid ei esset animi ac co
„ tionis, cum tamdiu, quasi contemptim, sin
„ sponso exponeretur aliorum ludibrio: reti
„ dit sibi visum fuisse non coram homine adh
„ sed, veluti cum in altari stat, Deum in Supe
„ re honorasse: caritatem vero, qua Deus m
„ suam muniisset, numquam permissuram v
„ leuissima peruersæ cogitationis in Superi
„ nebula exurgeret.

Monitio de modis quatuor decim præ-

„ 83. Et hæc quidem de modis diuinæ præ
tiæ concipiendæ, qui præcipui occurrer
Plures alios, qui in rebus spiritualibus exer
tatos habent sensus, inueniēt, quibus magis

ne vtentur. Omnia probent; quod bo- *sentia Dei.*
est, teneant. modo Deus honoretur, mihi *1. Thess. 5.*
m curæ est quibus id modis fiat.

oc extremum moneo, in illis quatuorde-
modis propositis exercendis vtile esse, vt,
quam quispiam vtatur, eos perlegat dili-
ter, & de singulis meditationes aliquot in-
at; sicque eos penetret & imbibat, vt in iis
endis plus æquo non laboret conceptibus
mandis, qui valetudini officere possent,
prælupposita scientia, sic eos versetvanimo,
otius piis affectibus quam cogitationibus
umbat. Quapropter formulas quasdam ora-
um Iaculatoriarum ponemus, quibus vo-
as amorque diuinus in nobis incendatur at-
latur, vt cum voluptate fructuque sanctam
exercitationem obeamus.

CAP. XV.

Iuuent ad memoriam præsentiæ diuinæ conseruandam: ac in primis Aspirationes breues ad id admodum esse idoneas.

Oratio iuuat diuinæ præsentiæ memoriam

EXhis quæ iuuare possunt conseruationem diuinæ præsentiæ, nihil effius atque accommodatius est, quam ora: est enim oratio, teste Diuo Augustino, io cum Deo. *Quando oras*, inquit, *cum Deo lo-* ris. at qui alicui loquitur, illum habet præ-

In Psal 85. ad vers. Quoniam ad te, Domine, animam meã leuaui.

sentem, de eo cogitat, eum videt; alioquin n
pro dignitate, nec cum sensu aut reuerentia d
bita loqueretur. Quapropter qui exercitat
nibus mentalibus orationique ex professo
stituto insistunt, iis (quod cum Deo assidue
sentur) non est tanta difficultas Deum pr
tem retinere, quanta iis qui vitam aut in
ne constitutam, aut mixtam, amplexi sunt.
di tamen omnes erunt præsidiis quibus de

Apoc. 22. *qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sa
tur adhuc.*

85. Sancti Patres, vt Deo perpetuo ad
cerent, cum ab oratione auelli cogerentu
tas orationes habebant semper præ ma
quibus calorem ex consortio Dei ac o
conceptum conseruarent. Hæ vocantur

Orationes Iaculatoriæ quæ, & cur sic dictæ. toriæ, à iaculis, quæ efficaciter iaciuntur,
ctæ. Id vero inter iacula in scopum aliqu
cta, & orationes nostras discriminis est, q
lum ab arcu intortum à scopo non reto
tur: nos vero nullum telum in Deum
mus, quin & vulneretur ipse idemque a
culum in nos retorqueat: oratio enim si
casta fuerit, cœlos pe rans, vacua non
in oratione namque sanctæ cogitationes
tur, desideria ardentia efferuescunt, a
excitatur, vt sagittas tuas retorqueri pu
nim D. Augustinus fatetur: *Sagittaueras, D*

Lib. 9. Confes. c. 2. *cor nostrum caritate tua.* Certe si vmquam
me in oratione, vbi compunctio cordis ac
tur; compunctionem vero à pungente d
tus telo oriri, quis potest ambigere?

Voc

tantur item Aſpirationes : quod nomen *Cur Aſpirationes vocentur.*
ni indidit Pſalmographus, cum ait: *Os meũ & attraxi ſpiritum.* Attrahere enim ſpiri- *Pſal.* 118.
eſt aſpirare: reſpirat, qui viciſſim haurit &
t. Illud mirabile in hoc facto, quod qui e-
tur orationem feruentem, ſimul etiam
ret: imo ne ſpirare quidẽ poſſet, niſi Deus
um aerem infunderet. Ex vna ergo parte
at, ex altera attrahit ſpiritum: qui, vbi os a-
m (quod per orationem fit) repetit, inſi-
ſe, animamque penetrat & replet. Hinc o-
e Chriſtus : *Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem* *Ioan.* 3.
audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat. Sic eſt
omnis qui natus eſt ex ſpiritu.

Metaphora hæc quoque atque analogia du-
ex piſcibus, qui perpetuo reſpirant in aqua
imalibus, quæ in aere. Dicunt enim Medi-
ominem non tantum cibo & potu ali, ſed
m aere: plurimumque aerem facere ad ge-
ndum ſpiritus vitales. Viuimus vere ſpiri-
rita, ſi in aqua gratiæ, quaſi boni piſces,
petuo reſpiremus: aut, vt animalia, aerem
amus diuinum: ex quo & nutrimur increſ-
ſcimur: imo cibus potuſque ſpiritus noſtri eſt
lo, & ſpiritus vitales ardenteſque motus in
mis noſtris ingenerantur.

Vocantur etiam orationes hæ Colloquia, eo *Cur Colloquia.*
d homo Deum & Deus hominem viciſſim
quatur: homo quidem incenſis votis ac de-
iis: Deus vero immiſſis luminibus ſe præ-
em, loquentem, hominemque inflam-
tem adeſſe manifeſtat. quod maxime cum

oramus, vel legimus, solet accidere, teste Isi-
Lib. 3. Sententiarum cap. 8. ro: *Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, frequenter & legere: nam cum oramus, cum ipsi loquimur: cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur. Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit.*

Quæ sit vis orationum Iaculatoriarum. In Ps. 118. conc. 29. super vers. Clamaui in toto corde meo.

86. Orationes vero huiusmodi instar breues sunt; & in substantia non inferiores gioribus, si ex corde prodeant. Vnde Dastinus: *In toto corde clamatur, quando aliud cogitatur. Tales orationes rarę sunt multis, autem paucis.* Hæc ille. Crebræ tamen bent, ne animus intepescat; breues, ne diffipetur attentio, aut ne quis ab actione cta impediatur. De his scribit idem D. nus ad Probam. *Dicuntur*, ait, *fratres crebras quidem orationes habere, sed eas uissimas, & raptim quodammodo iaculatas vigilanter erecta, quæ oranti plurimum necessaria per productiores moras euanescat atque hebetentio.*

Epist 121. ad Probã, de orando Deo, ca. 10.

Psalmorũ commendatio.

Commendat vero inter alia Basilius P quod ad multa magnam vim habeant, sive liquid obtinendum, siue ad malum arcendum; ita enim ait: *Psalmus est profligandis bus ac depellendis quoddam amuletum, Angelæ conciliator, scutum securitatis inter timores nos, diurnorum requies laborum, infantium protectio, consistentium in ætatis flore decus mentum, senum solatium.* & inferius: *Incipien erudiri primum, elementaris est institutio Ps proficientibus augmentum, perfectis denique fi*

Basilius homil. in Ps. 1. seu in proœmio in Ps. to. 1.

...le firmamentũ. Hæc ille. Psalmi. n. pleniſſi-
...t spiritu: ſentẽtias breues, ſed ignitas, cõ-
...quas qui ruminant, incredibili voluptа-
...funduntur.

Ioannes Caſſianus in Collatione Abbatis *Collat. 10. c. 10. Vtilitates illius verſ.* Deus, in adiutoriũ meum intende.
...è Psalmorum numero verſiculum vnius
...t, in quo tantum momentum ponit, vt eũ
...nnia opera, tentationes die noctеue oc-
...ntes, velit vſurpari: repetitque illum de-
...ſeptiès, toties nouos caſus atque occaſio-
...dferens, quibus, & innumeris aliis, vt à no-
...adhibeatur, grauiſſime inculcat. is vero eſt: *Pſal. 69.*
...e, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiu-
...tum me feſtina. *Huius verſiculi*, ait, *oratio, in ad-*
...*ſit vt ſeruemur, in proſperis vt ſeruemur, ne extolla-*
...*inceſſabili iugitate fundenda eſt: huius meditatio*
...*pectore indiſrupta voluatur; hunc in opere quoli-*
...*ue miniſterio, ſiue in itinere conſtitutus, decanta-*
...*um deſinas; hunc & dormiens, & reficiens, & in*
...*nis naturæ neceſsitatibus meditare.* & ibidem:
...*cunque verſiculus non immerito de toto Scriptu-*
...*rum excerptus eſt inſtrumento: recipit enim omnes*
...*ſius, quicumque humanæ inferri poſſunt naturæ;*
...*ad omnem ſtatum atque vniuerſos incurſus proprie*
...*o & competenter aptatur: habet ſiquidem aduer-*
...*omnia diſcrimina inuocationem Dei; habet humi-*
...*item piæ confeſsionis; habet ſolicitudinis ac timoris*
...*petui vigilantiam; habet conſiderationem fragili-*
...*tis ſuæ, exauditionis fiduciam, confidentiam præſen-*
...*emperque aſtantis præſidii; (qui enim iugiter ſuum*
...*habet protectorem, certus eſt eum ſemper eſſe præ-*
...*ſentem) habet amoris & caritatis ardorem; habet*

insidiarum contemplationem, inimicorumque formidinem: quibus perspiciens semetipsum die noctesque circumlatum, confitetur se non posse sine sui defensoris auxilio liberari. Hæc Cassianus, & alia, quæ in Collatione toto capite decimo fusissime prosequitur.

87. Existimo in eius sententiam esse descendendum, versiculumque illum habendum in ore, in mente, ad singula quæ operamur: enim breuis, semperque obuius; & si tum illum vsurpemus, satis est. Addatur tamen maiorē reuerentiam, & honorē Deo debitum Ecclesiæ ordinaria clausula: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.* Quæ singulæ, si meditate proferantur, singula verba considerando, erunt nobis magno vsui & commodo, fructumq; percipiemus adhibiti studii non pœnitendum.

Ad res singulas orationes esse adhibendas.

D. Thomas Aquinas dicitur particulares habuisse orationes, quas pæne ad singula recitaret. quod admodum laudabile est: turque in eo D. Augustinum, Bernardum, Anselmum, alios que pios Patres imitatus est. Nunquam mente erant otiosi: sed semper ore vel animo aliquid pie masticare ac rumi re videbantur: quod ex eorum scriptis actationibus satis est perspicuum. Cum verotionum alia sit mentalis, quæ sola mente pocitur: alia vocalis, quæ affectu voceq; adconstat: vtraque vtilis est: & quando vocalis hiberi potest sine arbitro, vtile id est ad mai

orationem comparandam. Vt autem piis a-
nis satisfaciamus, hic orationum Iaculato-
um fontes, vnde eruuntur, ponemus; addi-
ex Psalmis & Patribus sententiis fundendis
nasticandis: denique, quid in operibus sin-
is depromi possit ex animo caritate accenso,
eremus.

Meminerimus tamen sententias huiusmodi
versiculos recitandos aut ruminandos esse
modũ colloquii inter Deum & animam in-
uri; verbaque singula libranda, perpensa eo-
m significatione propria vel impropria, iun-
gendo sententiarum verba verbis, sententias
ntentiis, ex quibus elicias cibum potumque
nitui nutriendo idoneum: præstatque vni-
m attente, & cum sensu discutere, quam plu-
s effundere.

CAP. XVI.

Aspirationum fontes ponuntur vndecim: adhibitis formulis ex Scriptura sacra, sanctisque Patribus.

Aspirationum fontes vndecim.

88. FOntes è quibus Aspirationes istæ de-
promi possint, ac desideria inflam-
mata tamquam tela in cœlum vibrari, sunt in
primis consideratio patriæ cælestis: ad quã san-
ctissimus Rex sic aspirat: *Vnam petii à Domino, hãc*
requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus
diebus vitæ meæ: vt videam voluptatem Domini,

Fons. 1. Consideratio cælestis Patriæ.

Psal. 26.

Psal. 83.

& visitem templum eius. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos. Beati qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te. Si oblitus fuero tui, Ierusalē: obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucib. meis, si non meminero tui: si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ.

Psal. 136.

Quomodo colloqui debeamus, ita D. Augustinus nobis est exemplo. Mater, inquit, Ierusalem, ciuitas sancta Dei, carissima sponsa Christi, concupiscat cor meum, pulchritudinem tuam nimium desiderat mens mea. O quam decora, quam gloriosa, quam generosa tu es! Tota pulchra es, & macula non est in te. Exulta & lætare formosa filia Principis: quia concupiuit Rex speciem tuam, & amauit decorem tuum. Speciosus forma præ filiis hominum. Sed qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima? Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideraui, ecce læta sedeo, & fructus eius dulcis gutturi meo. & paulo infra: Speciosa facta es, & suauis in deliciis tuis, mater Ierusalem. Nihil in te tale, quale hic patimur, qualia in hac mortali vita cernimus: non sunt in te tenebræ, aut nox, quælibet diuersitas temporum. Non lucet in te lucerna, aut splendor lunæ, vel iubar stellarum, sed Deus de Deo, lux de luce, sol iustitiæ semper illuminat te: Agnus candidus & immaculatus lucidum & purissimum est lumen tuum. Ibi hymnidici Angelorum chori

Medit. c. 23.

Cant. 4.
Psal. 44.
Cant. 5.

Cant. 2.

prophetarum prouidus chorus: ibi duodenus Apostolorum numerus: ibi numerabilium Martyrum victor exercitus: ibi Confessorum sacer conuentus: ibi sanctæ mulieres, quæ voluptates sæculi & sexus infirmitatem vicerunt.

Fons. 2. Tædium vitæ miseræ.

Alius fons ducitur ex tædio huius vitæ miseræ, Tædet animam meam vitæ meæ, ait Iob. & David: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Dulcis vero Augustinus ita latius: Tædet me, Domine, valde vitæ huius, & istius ærumnosæ peregrinationis: vita hæc vita misera, vita caduca, vita incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita domina malorum, Regina superborum, plena miseriis & erroribus: quæ non est vita dicenda, sed mors in qua momentis singulis morimur, per varios mutabilitatis effectus, diuersis generibus mortium: & cum per se sit mortifera & amara, vt etiam suos cæcos amatores latere non valeat: tamen infinitam stultorum multitudinem aureo calice, quem in manu habet, potat, & prorsus inebriat. Felices illi, & ipsi rari qui familiaritatem eius recusant, perfunctoria gaudia spernunt, societatem inimicunt, ne cum pereunte deceptrice & ipsi perire cogantur.

Iob. 10. Psal. 119. Psal. 41. Medit. c. 11.

Fons 3. Desiderium liberationis à miseria.

Fons tertius ex desiderio liberationis ab hac miseria scaturit: de quo ita Regius Psaltes: Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo, me exspectant iusti, donec retribuas mihi. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita

Psal. 141. Psal. 41.

desiderat anima mea ad de, Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum : quando veniam & apparebo ante faciem Dei ? & Apostolus : *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius ?*

Rom. 7.

Med. c. 13. Diuus Augustinus : *Felix anima, quæ terrenis luta corpore libera cœlum petit : secura est, & tranquilla; non timet hostem, nec mortem; habet enim præsentem cernitque indesinenter pulcherrimum Deum, cui seruiuit, quem dilexit, ad quem tandem ornata & gloriosa peruenit. Hanc vero tantæ beatitudinis gloriam nulla dies minuit, nullus improbus potest auferre. Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt ; Reginæ & concubinæ laudauerunt, dicentes : Quæ est ista, quæ ascendit de deserto affluens, innixa super dilectum suum ? Quæ ista quæ progreditur sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata ? Quam læta exit, festinat, currit, cum dilecto suum sibi dicentem attonitis auribus audit : Surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni; iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulerunt suos, florentes vineæ dederunt odorem suum.*

Cant. 6. Cant. 8. Cant. 6. Cant. 2. Fons. 4.

Amor incensus in Deum.

91. Fons quartus ex amore incenso in Deum perspecta eius bonitate, oritur; de quo Dominus : *Domine, tu scis quia amo te : Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Animam pro te ponam.* & D. Paulus : *Quis nos separabit à caritate Christi ?* Regius Propheta sic clamat : *Diligam te, Domine, fortitudo mea.* & *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* & D. Augu-

Ioan. 27. Luc. 22. Ioan. 13. Rom. 8. Psal. 17. Psal. 118.

gus-

stinus : *Quis mihi dabit vt venias in cor meum,* Conf. l. 1.
nebries illud: vt obliuiscar mala mea, & vnum bo- c. 5.
um meum amplectar te? Quid mihi es? miserere, vt
ar. Quid tibi sum ipse, vt amari te iubeas à me,
nisi faciam, irascaris mihi, & mineris ingentes mi-
as? paruane ipsa est, si non amem te? item : *Scis, oc-* Med. c. 35.
ulorum cognitor Deus, quoniam non solum terra,
& omnibus quæ in ea sunt, tu mihi carior es: sed etiam
si cœlo, & omnibus quæ in eo sunt, tu mihi acceptа-
ior, tu mihi amabilior es. Diligo enim te super cœ-
um & terram, & cetera omnia quæ in eis sunt: imo
si amore nominis tui, quæ transitoria sunt, procul
dubio amanda non sunt. Amo te, Deus meus, amore
magno, magisque te amare cupio. Da mihi vt amem te
super quantum volo, quantum debeo : vt tu solus sis
mea intentio mea, & omnis meditatio mea : te me-
ditari per dies sine cessatione, te sentiam per soporem in
nocte, te alloquatur spiritus meus, tecum fabuletur
lingua mea.

Fons. 5.

21. Fons quintus oritur ex affectu gratitudi- Gratitudo.
nis ita enim sanctus Rex : Venite, audite, & nar- Psal. 65.
rabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ Psal. 115.
meæ. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retri- Aug. Soliloq. c. 33.
buit mihi? & Augustinus : *Quis similis tibi etiam in* Psal. 85.
diis, Domine? quis similis tibi? magnificus in sancti-
tate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia?
Sero te cognoui lumen verum, sero te cognoui. Erat
autem nubes magna & tenebrosa ante oculos vanita-
tis meæ, ita vt videre non possem solem iustitiæ & lu-
men veritatis. Cæcus eram, & cæcitatem amabam,
& ad tenebras per tenebras ambulabam. Quis inde me
eduxit? vbi erã homo cæcus, sedens in tenebris & vmbra

mor-

mortis, quis accepit manum meam, vt inde me educeret? Non quærebam eum, & ipse quæsiuit me: non vocabam eum, & ipse vocauit me. Vocasti enim me nomine tuo: intonasti desuper voce grandi in interrem aurem cordis mei, Fiat lux: & facta est lux. Gratia tibi, illuminator meus. Et conuersus sum, & vidi tenebras in quibus fueram, & abyssum tenebrosam in qua Genes. 1. *iacueram, & contremui, & expaui & dixi: Ve, vehbris meis, in quibus iacui: ve, ve cæcitati illi, in videre non poteram lumen cœli: ve, vepraterignorantiæ meæ, quando non cognoscebam te Domine.*

Fons. 6. Zelus animarum. Exod. 32. Rom. 9. 1. Ioan. 3. Phil. 3. Ioan. 15. Ioan. 10.

93. Fons sextus oritur ex ardentissimo animarum Creatori suo restituendarum zelo: enim Moyses accensus exclamat, Deumque get: *Aut dimitte eis hanc noxam; aut, si non faci le me de libro tuo quem scripsisti.* & Paulus: *bam ego ipse anathema esse à Christo pro fratri meis. In hoc cognouimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus fratribus animas ponere. Omnia detrimentum & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Quid mirum, bone Iesu, oues, quam à te vitam acceperunt, eam mo endo restituant? Lubenter ergo impendar superimpendar pro iis, quos sanguine tuo re misti: quæ enim maior gloria potest hom contingere, quam vt, vbi Dominus est, ibi fi seruus; & miles pro Rege vulnera multa re piat, vitam denique glorioſe profundat? Eam

&c.

mus, vt moriamur cum eo. Qui enim ipsum confessus fuerit coram hominibus, confitebitur & ipse eum coram Patre suo. Ioan. 12. Matth. 10.

4. Septimus fons nascitur ex desiderio Christum videndi, ac perfectæ cum eo coniunctionis ineundæ. Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo. Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat? Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Desidero te videre, mi IESV; quando venies? me lætum quando facies? me de te quando saties? Nunc incipio esse Christi discipulus, nihil de his, quæ videntur, desiderans, vt IESVM Christum inueniam. Ignis, crux, bestiæ, confractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantum vt Christo fruar. Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. O splendor Paternæ gloriæ, qui sedes super Cherubim, & intueris abyssos, lumen veridicum, lumen illuminans, lumen indeficiens, in quem desiderant Angeli prospicere; ecce cor meum coram te est. Non possum metiri vt sciam quantum desit mihi amoris tui ad id quod satis est, vt currat vita mea in amplexus tuos, nec auertatur donec abscondatur in abscondito vultus tui: hoc tamen scio, quia male mihi est præter te, Domine, non solum extra me, sed & in meipso. Omnis enim copia quæ Deus meus non est, egestas mihi est. Tibi itaque Domino Deo nostro semper adhærere necesse habemus, vt per continuum auxilium tuum sancte & pie & recte viuere valeamus: pondere siquidem fragilitatis nostræ deorsum trahimur, dono autem tuo accen-

Fons. 7. Desiderium videndi Dominum Iesum. Philip. 1. Cant. 8. Bern. in Iubilo. Hieron. de Scrip. Eccles. in S. Ignatio mart. tomo. 1. Aug. Medit. c. 18. Dan. 3.

accendimur, & sursum ferimur, inardescimus, & i-
mus, ascendimus, ascensiones in corde facimus & can-
tamus canticum graduum, igne tuo bono inardesci-
& imus. quonam? sursum imus ad pacem Ieru-
Psal. 121. *lem: quoniam iucundatus sum in his quæ dicta sunt*
hi, in domum Domini ibimus. Illic collocauit nos
luntas bona: vt nihil velimus aliud, quam perma-
illic in æternum. Sed quia, dum sumus in corpore
2. Cor 5. *regrinamur à te, Domine; non habemus hic ciuita-*
Heb. 13. *manentem, sed futuram inquirimus: noster autem*
nicipatus in cœlis est: ideo duce gratia tua ingrédi-
cubile cordis mei, & canto tibi amatoria, Rex me-
Deus meus gemens inenarrabiles gemitus in lac-
Psal. 118. *regrinationis meæ, vbi cantabiles mihi factæ sunt*
Fons. 8. *ficationes tuæ.*
Amor Dei in nos. 95. Fons octauus ex amoris in nos Dei ac-
Gen. 22. ratione ac redamandi studio profilit, & in ar-
tissimi affectus voces prorumpit, animusque
pe huiusmodi sententias admirabundus re-
tit: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem dilig-*
saac, & offer eum in holocaustum super vnum mo-
quem monstrauero tibi. Sic Deus dilexit mundum,
Ioan. 3. *lium suum vnigenitum daret: vt omnis qui cre-*
eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.
pter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, &
Ephes. 2. *essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chr-*
& conresuscitauit, & consedere fecit in cœlesti-
CHRISTO IESV, *vt ostenderet*
sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ
in bonitate super nos in CHRISTO I-
Ierem. 31. S V. *In caritate perpetua dilexi te; ideo attrax-*
Aug. Me-dit. c. 17. *miserans. O quantum sumus tibi debitores, Dom-*
mea.

noster, tanto redempti pretio, tanto saluati dono, tam glorioso adiuti beneficio! quantum à nobis miserandus, timendus, amandus, benedicendus, laudandus, mirandus, & glorificandus, qui nos sic amasti, sic salsti, sic sanctificasti, sic sublimasti! Tibi nempe debemus omne quod possumus, omne quod viuimus, omne quod sapimus. Sed attende, pie Pater, quem genueris Filium, & quem redemeris seruum: hic aspice factorem, ne despicias facturam. Amplectere serenus pastorem, respice misericors allatam propriis humeris ouem. Aug. Medit. c. 8 Vide &c. 15.

Videre dulcem Natum toto corpore extensum, cerne manus innoxias pio manantes sanguine, & remitte plagatus scelera quæ patrarunt manus meæ. Considera iterum latus crudeli perfossum cuspide, & renoua me sacro fonte, quem inde credo fluxisse. Ibid. c. 6.

Fons nonus oritur ex admiratione iuxta affectu singulari concepto ex doloribus à Christo nostri causa perpessis. O vos omnes, exclamat, qui transitis per viam, attendite, & videte si dolor sicut dolor meus. Posui faciem meam vt petram durissimam. Ego sum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me: aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei. Aruit tamquam testa virtus mea: & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem

Fons. 9. Passio Saluatoris. Thren. 1. Isaiæ. 50. Psal. 21.

In Offert. Missæ de Passione. vestem meam miserunt sortem. Insurrexerunt in me viri iniqui, absque misericordia quæsierunt me interficere, & non pepercerunt in faciem meam spuere, alapis ceis suis vulnerauerunt me, & concussa sunt omnia ossa mea. Dederunt in escam meam fel, & in sitim potauerunt me aceto. Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius: facta est mihi hereditas quasi leo in silua. Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Desolatione desolata omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde. Ego vero ne ingratus sim, sed tui memor, Domine animam meam ad plagas tuas doloresque conuerto. Te sitio, te esurio, te desidero, ad te suspiro, concupisco: & sicut pupillus, benignissimi patris præsentia, flens & eiulans incessanter eius faciem toto corde amplectitur; sic ego, non quantum debeo, sed quantum queo, memor passionis tuæ, memor alaparum tuarum, memor flagellorum, memor vulnerum tuorum, memor qualiter pro me occisus es, qualiter conditus, qualiter sepultus, simul memor tui gloriosæ resurrectionis & admirabilis ascensionis. Vide mihi, quia videre non potui Dominum Angelorum humiliatum ad conuersationem hominum, vt homines exaltaret ad conuersationem Angelorum; cum pro offensus moriebatur, vt peccator viueret! Ha tam admirabili, tam inæstimabili pietati præ stupescere non merui! Cur, o anima mea, te præ non transfigit gladius doloris acutissimi, cum fer posses vulnerari lancea latus tui Saluatoris, cum re nequires violari clauis pedes & manus tui Pa toris, cum horrore effundi sanguinem tui Redemp Vtinam cum felice Ioseph o Dominum meum de

...ssem! aromatibus condiissem! in sepulcro collo-
...m! vt saltem prosecutus vel consecutus essem, vt
...funeri non defuisset aliquid mei obsequii!

Fons decimus oritur ex spe singulari con- *Fons. 10.*
...a de Dei bonitate & misericordia. Sic san- *Spes de mi-*
...s Iob sperabat. *Etiamsi occiderit me*, inquit, *in* *sericordia*
...sperabo. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui *Dei.*
...m proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis om- *Iob.13.*
...a tradidit illum, quomodo non etiam cum illo om- *Rom. 8.*
...nobis donauit? Certus sum quia neque mors, neque
..., neque creatura poterit nos separare à caritate

Desperare vtique potuissem propter nimia pec- *Aug. Med.*
...mea, & infinitas negligentias meas, nisi Verbum *cap. 14.*
...m, Deus, caro fieret, & habitaret in nobis. Sed *Ioan.1.*
...rare iam non audeo: quia, cum inimici essemus, *Rom.5.*
...conciliati sumus per mortem Filii tui: quanto magis
...conciliati salui facti sumus per eum! Omnis nam-
...ques & totius fiduciæ certitudo mihi est in pretioso
...sanguine eius, qui effusus est propter nos, & propter no-
...strum salutem. In ipso respiro, & in ipso confisus ad te
...uenire desidero: non habens meam iustitiam, sed
...quæ est in Filio tuo Domino nostro Iesu Christo.
...ssum in ipso IESV Christo, Domino nostro, vni- *Medit.cap.*
...usque nostrum portio, caro & sanguis. Vbi ergo *15.*
...o mea regnat, ibi me regnare credo: vbi caro mea
...ificatur, ibi me glorioſum esse cognosco: vbi sanguis
...us dominatur, ibi dominari me sentio: quamuis
...ator sim, de hac communicatione gratiæ non diffi-
...r si peccata mea prohibent, substantia mea requi-
...et si delicta mea me excludunt, naturæ communio
...repellit. Non enim tam imitis est Deus, vt obliui-
...ur hominis, & non meminerit ipsius quem ipse

gestat, & quem mei causa suscepit, eius quem mei ca-
sa requirit. Mitis vero & valde benignus est Dom-
Deus noster, & diligit carnem suam, membra sua, m-
ra sua. In ipso Deo & Domino nostro Iesv C-
sto dulcissimo, benignissimo, atque clementissim-
quo resurreximus, & iam cœlos ascendimus, &
cœlestibus consedimus, caro nostra nos diligit: h-
autem sanguinis nostri prærogatiuam in ipso: sa-
Genes. 2. tem membra eius, & caro eius: ipse denique est co-
Eph. 5. strum, ex quo totum corpus sicut scriptum est O-
bus meis, & caro de carne mea! & erunt duo in
vna. &: Nemo vmquam carnem suam odio hab-
fouet, & diligit eam. Mysterium hoc magnum
dico in Christo & in Ecclesia.

Fons. 11. Desideriū patiendi pro Christo Habac. 3.

98. Fons vndecimus nascitur ex desid-
tiendi pro Christo, nosque ei in omnib-
formandi. Ingrediatur putredo in ossibus me-
ter me scateat: vt requiescam in die tribulation-
scendam ad populum accinctum nostrum. Ficu-
non florebit, & non erit germen in vineis men-
pus oliuæ, & arua non adferent cibum: abscind-
ouili pecus, & non erit armentum in præsep-
go autem in Domino gaudebo, & exultab-
Iesv meo. Deus Dominus fortitudo mea, &
pedes meos quasi ceruorum, & super excelsa
ducet me victor in Psalmis canentem.

Aug. Manual. c. 15.

O anima mea, si quotidie oporteret nos torm-
ferre, si ipsam gehennam longo tempore tu-
vt Christum in gloria sua videre possemus, &
eius sociari; nonne dignum esset pati omne quod
est, vt tanti boni tantæque gloriæ participes h-
mur? Domine hic vre, hic seca, vt in æterni-

Adde dolores, sed auge patientiam. *Non* Ioan. 15.
est seruus maior Domino suo. Si me, ait Dominus *per-* Matth. 10.
secuti sunt, & vos persequentur : si Patrem-familias
Beelzebub vocauerunt , quanto magis domesticos

Hactenus de fontibus Aspirationũ, quas
ego pro suo captu, desideriis, internisq; moti-
bus excogitare potest. Sufficiat paradigma ali-
quod proposuisse: nunc de breuibus orationib.
quid dicendum.

CAP. XVII.

Orationes iaculatoriæ ponuntur singulæ singulis operibus opportunæ.

QVia sancti Patres leguntur actioni-
bus suis præmisisse aut etiam interse-
suisse Orationes aliquas, partim ne in iis exer-
citiis næuos aliquos contraherent; partim vt
diuinis diffidentes testatum facerent se spẽ
suam omnem in Dei auxilio collocare, quo inuocato
omnia ad felicem exitum perducerent; aliquas
referemus formulas, easque breues, vt retinean
tur, lubentiusque adhibeantur : & in pri-
mis

Ante omnes actiones. *Psal. 69.*

Deus in adiutorium meum intende; Domine ad ad-
uuandum me festina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in
sæcula sæculorum. Amen.

Ad tres personas sanctissimæ Trinitatis.

2.Cor.1. Omnipotens sempiterne Deus, Patet misericordiarum, & Deus totius consolationis qui consolaris nos in omni tribulatione nostra dirige actus nostros in beneplacito tuo, vt nomine dilecti Filij tui, Domini nostri Iesu Christi, Spiritus sancti igne inflammati, mereamur bonis operibus abundare. Per eundem.

Cum mane excitaris.

1.Reg.3. *Loquere, Domine: quia audit seruus tuus. Seruus*
Psal. 118. *sum ego: da mihi intellectum, vt discam mandata*
Act. 9. *Domine, quid me vis? Doce me facere voluntatem*
Psal.142. *quia Deus meus es tu.*

Tum corpus erigens.

Psal.9. *Ego dormiui, & soporatus sum* : & in nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris omnipotentis, & eius Domini nostri Iesv Christi, & Spiritus paracleti, *Exurgo, quia Dominus suscepit me. Non timebo millia populi circumdantis me. Exurge Domine : saluum me fac, Deus meus. Quoniam percussisti omnes aduersantes mihi sine causa. Dentes peccatorum contriuisti. Domini est salus, & super famulum tuum benedictio tua.* Gloria &c.

Cum vestes induis vel exuis.

Coloss.3. Ephes.4. Exue me, Domine, veterem hominem cum actibus suis; & indue me nouum, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis.

Alia.

Ephes.6. Largire mihi, Domine armaturam tuam, qua

in resistere in die malo, & in omnibus per-
is stare. Succinge lumbos meos in veritate,
e me loricã iustitiæ, & calcea pedes meos
æparationem Euangelij pacis: præbe mihi
i fidei, in quo omnia tela nequissimi ignea
am extinguere: capiti meo galeam salutis
one: trade dexteræ meæ gladium salutis, in
bellum Domini geram: & cadant à
e meo mille, & decem millia à dextris meis
is vero mihi appropinquare non possit.
en.

Psal. 90.

Cum togam induis.

Induc, Domine, animam meam cyclade au-
rtæ, vestemque nuptiali caritatis, quæ operiat
orum multitudinem peccatorum, & im-
ssis monilibus exorna me.

Ex iis quæ de S. Agnete S. Amb. ser 9. to. 5.

Cum lauas manus.

Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor: lauabis *Psal 50.*
& super niuem dealbabor.

Cum faciem abluis.

Amplius lauame, Domine, ab iniquitate mea, & à *Psal. 50.*
uro meo munda me, meritis Domini nostri IE- *Apoc. 1.*
Christi, Filij tui, *qui dilexit nos, & lauit nos à pec-*
is nostris in sanguine suo.

Cum ad laudes Deo dicendas aut Officium recitandum accingeris.

is conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad *Psal. 137.*
plum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. *Psal. 46.*
llite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, *Psal. 2.*
llite: quoniam Rex omnis terræ Deus: psallite sa-
ter. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum
more.

Gratiarum actio post singula opera.

Psal.144. *Laudationem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini sancto eius in sæculum, & sæculum sæculi.*

Ante studia.

Sap.9. *Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: quia seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ: ut mecum sit, & mecum laboret: vt sciam quid acceptum sit coram te omni tempore.*

In Breuiario Romano Domin. 1. Aug. Resp.3. & 4.

Ad seruandam puritatem intentionis in omnibus rebus agendis.

Psal 72. *Domine, quid mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

Vt vno verbo mane proposita omnia agantur, idque frequentius, saltem ad singulas horæ pulsum.

Cant.2. *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

Cum occasio aliquid patiendi sese offert.

Quis mihi det vt moriar pro te, Domine? Iesv, Iesv mi Domine? *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.*

Psal.33.

Cum oculis nostris vanitates vel etiam peccatorum cogitationes obiiciuntur.

Psal.118. *Auerte oculos meos, Domine, ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.*

Cum vaniloquia vel etiam tentationes auribus nostris insonant.

rrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt Psal. 118.
ex.

Cum peccandi occurrit occasio.

Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Psal. 78.
ia ecce qui elongant se à te, peribunt: perdidisti om-
qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo
um est, ponere in Domino Deo spem meam.

Cum irrepunt gulæ ciborumque irrita-
menta.

Dederunt in escam meam fel, & in siti mea pota- Psal. 68.
runt me aceto. Act. 9.

Cum irascendi datur occasio. Psal. 26.

Domine, quid me vis facere? Expecta Dominum, Psal. 38.
uiter age, & confortetur cor tuum, & sustine Do-
num. Dixi ergo: Custodiam vias meas, vt non delin-
am in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum con
ret peccator aduersum me. Obmutui, & humilia-
sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Psal 50.
dde mihi lætitiam salutaris tui, & Spiritu princi-
confirma me.

Cum ex cubiculo egrederis.

Vias tuas, Domine, demonstra mihi, & semitas tuas Psal. 24.
ce me. Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu
Deus Saluator meus, & te sustinui tota die.

Alia.

Domine, deduc me in iustitia tua: propter inimicos Psal. 5.
os dirige in conspectu tuo viam meam.

Cum redis ad cubiculum.

Conuertere, anima mea, in requiem tuam: quia Psal. 114.
Dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meam
e morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.
Placebo Domino in regione viuorum.

Cum quid intueris, quod te delectat.

Psal. 91. *Delectasti me, Domine, in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua, Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.*

Ad horas singulas, cum pulsantur.

Rom. 13. *Hora est iam nos de somno surgere. Vigilate,*
Matth 24. *nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.*
Psal. 41. *quando veniam & apparebo ante faciem* mei?

Alia.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu me ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

Cum cœlum aspicis.

In vita B. Ignatii. *Quam mihi sordet terra, cum cœlum aspicio!*

Phil. 3. Cum in terram oculos deflectis.

Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora vt Christum lucrifaciam.

Cum noctu excitaris.

Matth. 26. *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt: alii autem palmas in faciem eius dederunt dicentes: Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit? Defensor noster aspice, insidiantes reprime, liberna tuos famulos, quos sanguine mercatus es.*

Cum obscenis cogitationibus molestiis agitaris.

Per immaculatam conceptionem tuam libera me Virgo gloriosa.

Cum domo egrederis.

Deduc me, Domine, in semitam mandatorum tuo- Psal. 118.
rum, quia ipsam volui. Angelis suis Deus *mandauit de* Psal. 90.
te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus por- Psal. 16.
tent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Custodi me, Domine, vt pupillam oculi, sub vmbra ala-
rum tuarum protege me.

Cum obrepente somno caput in-
clinas.

Qui statis in domo domini, in atriis domus Dei no- Psal. 133.
stri, in noctibus extollite manus vestras in sancta, & be-
nedicite Dominum. Benedicat te Dominus ex Sion, qui
fecit cælum & terram. In pace in idipsum dormiam Psal. 4.
& requiescam: quoniam tu, Domine, singulariter in
spe constituisti me. In manus tuas commendo spiritum Psal. 30.
meum: redemisti me, Domine Deus veritatis. Gloria
Patri & Filio, &c.

Alia.

Angele, qui meus es custòs pietate superna,
Me tibi commissum serua, defende, guberna,
Vt valeam tecum cælestia scandere regna.

Alia.

Nos cum prole pia benedicat virgo Maria.

Hactenus Orationes & Aspirationes, atque paucas & breues, pro occurrentium humanæ condicioni rerum necessitate conscripsimus, qui plures desiderat, è variis libellis hac de re conscriptis desumere poterit; mortalium namque fragilitas breuitatem amat; multa negligit, imo vel pauca ne vsurpat quidem: & vtinam saltem aliqua eorum, quæ attulimus, vsurparentur! Qui multa retinere non possunt, vtantur consilio Cassiani, suadentis vt ad omnia, quę

occurrunt, versiculum illum assumant: Deus, in *adiutorium meum intende.* Cuius si singula verba perpendantur ac pōderentur, haud frustra nos fecisse inueniemus. Nullam vero adhibuere positionem allatis versiculis Aspirationum, quod ea satis obuia sit consideranti ac meditanti: cui gratius iucundiusque erit, quod meditatione adeptus fuerit, quam quod alieno parto labore, postmodum nobis occurret occasio nullas latius explicandi.

Cap. XVIII.

Oratio mane recitanda, constans hisce partibus: oblatione, adoratione, gratiarum actione, protestatione, omniumq; pæne virtutum exercitio.

102. VT Praxis illa Aspirationum ratior fiatur facilior, expedit matutino tempore orationem aliquam, adiuncta protestatione, præmisisse; cuius in breuioribus orationibus omnis vis omnis consistat: qualis esse posset, quam hic subiiciemus.

Oratio.

Partes orationis.

I. Omnipotens Domine, Deus adorande,

1. *Culpæ confessio.* Pater colendissime: quod filii parentibus non deferre & solent, & vero debent, vt eis nimirum bene precentur, idipsum facturus aduenio, vt digne faciam, prostratus benedictionem tuam supplex postulo; vtque delicta omnia mea

ita & magna, quæ lubenter agnosco & cō-
cor cum vero emendationis proposito, mihi
oscas, demississime rogo.

2. *Oblatio.* *Matth. 2.*

Adfero mecum quidquid habeo facultā-
m, siue illæ extra me sint, siue in corpore, siue
anima: vtque tres Magi, apertis thesauris
is, largiter munera tibi obtulerunt: ita & ego
on tantum bonorum meorum maiorem par-
m, sed totum, quidquid est à te mihi conces-
m, (aliud enim nihil habeo) tibi reddo ac cō-
cro, votaque omnia quæ vmquam emisi, de-
deria omnia quæ vmquam habui, renouo ac
epeto. Denique offero tibi quidquid sum, pos-
sum, & habeo; quidquid feci sti, quidquid potes,
uidquid es. Hæc enim omnia si haberem, illa
bi ex animo redderem.

3. *Votorū ac desideriorū renouatio.*

Reuoco autem omnes prauos conceptus,
ogitationes, affectiones, passiones, ac deside-
ia, quæ vel olim vel etiam recenter in me exor-
sunt; & me tibi restituo totum, vtinam sine
uga, sine macula!

Quod si mihi tot vitæ forent, quot in mari
guttæ, quot arenæ grana, quot in cœlis stellæ,
quot atomi in aere; omnes illas Maiestatis tuæ
obsequio lubentissimo consecrarem. Si tot mi-
hi essent opes, quot mundus posset continere;
illas omnes diuino tuo cultui, tuisq; fouendis
membris, dedicarem. Si tot mihi corpora, quot
puncta in corporib. quantitate præditis; illa om-
nia beneplacito tuo mancipārē. Si tot animi ac
olūtates, quot foliorū motus & animorū, quot
ineæ, quot denticuli, quot apices in foliis; eos

omnes

omnes sanctissimæ voluntati tuæ submitterem.

4. *Actus fidei.* III. Credo, Domine, quidquid per Ecclesiam Catholicam, Apostolicam, Romanamque credendum proposuisti: & ne timore nimio infirmitatis meæ ac peccatorum considerandi ne cõcepto, nimium diffidat animus, spem omnem meam in tua bonitate meritisque Domini mei Iesu Christi repono.

5. *Spes.*

6. *Diffidentia.* At ne rursum mihi quidquam arrogem, ex me nihil habeam, neve mihi placeam plus quo, statuo omnibus in rebus à te pendere, xilium opemque implorare, sciens te pr dium tuum implorantibus semper adesse. vt faciam, meique sim memor, humiliter plico ac rogo; vt, dũ mei tuique obliuiscar, fragilis & labilis tu, Domine, non oblin ris. Moneat me Angelus, quem mihi præ deputasti: illi curam mei singulariter comm da: me portet in manibus, ne forte offen ad lapidem pedem meum; super aspidem & filiscum ambulem, & conculcem ipso adin leonem & draconem. dixisti enim Dom *Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam quoniam cognouit nomen meum.*

Psal. 90.

Ibidem.

7. *Caritatis.* IV. Diligam etiam te, Domine, totis viribus meis, tota mente, totaque anima. Doleo non maiore sensu erga te affici. Quidquid men sit de sensu, diligo te toto corde meo. C diam legi tuæ ad mortem vsque, quam parat animus lubenter excipiet pro religionis hon risque tui amore ac conseruatione.

Qui

Quidquid affectus est in me, quod in aliqua
etiam in omnibus creaturis, quantum cum-
amicis, repositum sit, id omne ad te reuo- *Psal. 72.*
confero, atque repono; adhærere mihi &
num & certum est. Vtinam te præsentem sē-
videam; in amplexibus tuis quiescam, te-
m colloquar, de te cogitem per diem, de te
mniem per noctem; sitque omnis recreatio
ea, cibus, & refectio, tecum perpetuo ver-
ri!

Tibi quoque per omnes miserationes tuas
pplico, vt quidquid hac die & omni æternita-
egero, siue bibam, siue edam, siue ambulem,
quid aliud mente, ore, opere contrectem,
id cedat ad gloriam nominis tui: id enim i-
sum cupio, vt omnibus in rebus tibi soli com-
aceam. quod vt semper faciam, tu memorem
e facito; & si id vel occupato, vel ex infirmi-
te aut obliuione exciderit, vt promptissimæ
ius certæque voluntatis ac resolutionis ra-
nem habere digneris.

Quia vero, sempiterne Domine, princi- 8.
pium meum finisque meus es, vt & rerum om- *Adoratio.*
ium; te toto animo corporeque prostratus a-
toro ac veneror. Vnicum doleo, quod magni-
dinem tuam & infirmitatem meā minus suf-
icienter agnoscam, & pro dignitate reuerentiā
bi non exhibeam. Scio, Domine, quia in con- 9.
pectu tuo puluisculus sum, ideoque, vt æquum *Humilitas.*
t, in centrum vsque terræ meique nihili me
orsus abdo ac demitto.

Cumque præter propensam in te volun- 10.
tatem *Gratitudo.*

tatem nihil in me inueniam quod offeram, a
ea, quæ mea causa condidisti ac parasti, confu
gio: ac in primis Filii tui Domini nostri I E S
Christi ardentissimum in te amorem, obedie
tiam, virtutesque omnes, quibus ornatus
quasque vmquam exercuit, à primo concep
nis suæ instanti, & æternum exercebit, offe
eiusdem etiam merita omnia, ac beatissimæ
tris eius; corda inflammata omnium Ange
rum, Patriarcharum fidem, Prophetarum
stantiam, Apostolorum labores, Martyrum
nas, Confessorum sanctitatem, Virginum
ritatem, totiusque cælestis Curiæ cogitati
motusque omnes, qui tibi vmquam place
placebuntque in omnem æternitatem.
do Sanctorum omnium (siue ij tibi iam a
siue viatores in caritate seruiant Maiestati
internos externosque actus; omnia sacri
quæ nunc per vniuersum orbem offeru
quæque omnes vmquam mortales obtule
ab Abel iusto, offerentur æternis sæculis
nium itē Religiosorum laudes, orationes,
tificationes, curas in animis iuuandis, S
mentis administrandis, verbo Dei prædica
iustorum item omnium opera, tribulatio
dolores, ac labores: quibus omnibus volu
tem meam adiungo, ac vota, & particeps h
percupio. Iungo his quoque quidquid
creaturarum, siue eæ existant, siue interie
aut futuræ sint, siue etiam in actu transeunt
sistant, optoque ex animo, vt quidquid in is
ni est aut naturale quod à te perficitur, cum
dem

conibus, tum etiam in perditis hominibus, audet & prædicet: solo eo damnato, quod pec turpitudinem ac rationem cõtinet. In optamihi est etiam, omnium rerum Esse infinities duplicatum in linguas ardentissimorum Seraphim conuerti, vt saltem partem aliquam magnitudinis tuę attingant, attollant, & glorificent secula.

II. Quod muneris mei est, etsi sit exiguum erga Maiestati tuæ ago quantas possum maxi- *Gratiarũ actio.* propter magnam gloriam tuam : quæ in ea maxime relucet, quod naturam tuam, te cognoscẽdo, Verbo tuo communicaueris; quodq; te amando, Spiritum sanctum spiraueris, ab utroque ineffabili modo procedentem, natura potentia cum vtroque parem: quodque eundem tuum Filium, pro salute humani generis incarnatum, infinita gratia donaueris, & ex eo tanquam Oceano, beatissimam Matrem, Apostolos, infinitosque alios, & quidem bono tuo, cumulate repleueris. Verum modus iste admirandus est, atque adorandus, nec beata omnium mentium linguæ ad eum explicandum laudandumque sufficiunt. Quid enim, mi Domine JESV, (vt ad te nostra conuertatur oratio) quid, inquam, te coegit, vt pro matre unguiculam eligeres? in stabulo nascerere? à paganis & gentilibus Magis agnoscereris? Ita tibi complacitum est, ô Pater æterne: vt illum indignissimos seruos redimeres, Filium tradidisti.

Quid hoc est, beatissime Pater? Filius tuus, qui

qui factus est nobis iustitia, verusque agnus sine macula, circumcidi voluit, offerri in templo, etsi nulli seruituti aut redemptioni obnoxius. Qui cœlo terræque imperat, ac vniuersum (quasi vult) tremefacit orbem, fugit nihilominus persecutorem, & Ægyptum petit, parentibus cedit: vir factus, quadraginta diebus ac noctibus omni cibo abstinet, à dæmonibus tentatur, contrectatur, deterrimisque eorum manibus sportatur: quod dignationis genus omnem ptum superat. Quot laboribus Euange disseminau t! qua humanitate discipulos qua benignitate peccatores excepit! quod Ecclesiæ de sacrificio iugi volens cere, corporis & sanguinis sui communionem reliquit? Quot pœnas, dolores, & ta sustinuit: quam immanem mortem! cum infamia coniunctam! Ne spes nostra ciderent, resurgere tertia die voluit, locum de in cœlis præparare ascensione sua: de Spiritus sancti in Apostolos immissi ar bus facibus vniuersum mundum incendi laudes, quas gratiarum actiones, pro hisce finitis aliis beneficiis tibi rependam, Do

Interea & fructus huius tantæ benig ad me quoque dimanauit. Inter fæces & terræ huius hærebam vermiculus: quem clementiæ intuitus, vt ab æterno, ita & in pore euulsisti de stercore, & inter fillos tuos ter amicos tuos collocasti: vt discam timere mare te, qui amas creaturas tuas, & nihil sti eorum quæ fecisti.

Sap. 11.

Obsecro igitur te, Domine, vt propter
entia hæc beneficia te amem; sed magis quia
ius es, & amabilis valde. Infunde in me a-
rem tuum; & illa quæ illum promoueant.
mihi sapientiam, quæ veniat de sede Maie- 12.
is tuæ, quæ mecum sit, & mecum laboret; vt *Sapientia.*
am quid acceptum sit coram te omni tempo *Sap. 9.*
Adde prudentiam, quæ opera mea omnia di- 13.
at; vt ab errore vindicata, felicem exitum sor *Prudentia.*
tur. Da profundam humilitatem, magnum 14.
marum zelum, patientiam inuictam, fortitu- *Humilitas*
em & constantiam, paupertatis amorem, *& alia vir*
ngelicam castitatem, obedientiam indefessam *tutes.*
ericordiæ viscera, benignitatem, mansuetu-
em, ceteraque laudes ac animæ ornamenta;
ime vero eas, quarum vitio contrario labo-
quod & expugnare & euellere omnino in- *Locus exa-*
do, virtutem item contrariam inserere. *mini parti-*
r, *Nunc cœpi. Da quod iubes, Domine; & iube quod* *culari depu*
tatus.
Psal. 76.

Vnicum superest, quod vehementer ti- *S. Aug. lib.*
eo; ne scilicet in aliquod peccatum ex infirmi- *10. Conf. c.*
te mea prolabar. Multæ occasiones occurrũt; *29.*
ostes quamplurimi, cum externi ferocissimi, 15.
m interni pernicioßissimi: concupiscentia nã- *Timor Dei*
e, passiones, ac prauæ affectiones sæpe mole-
e feriunt inopinato. Hæc mea vltima resolu-
o ac voluntas numquam à lege tua ac volunta
discedere non modo cum de amicitiæ tuæ dis
rtione agitur, sed ne in minima quidem re.
i de voluntate tua aliqua ratione mihi consta
, in omni re, etiam libera, manibus ac pedi-

bus in eam totus ferar: etiamsi vel muscæ alicuius motu tantum ea mihi innotesceret aut insinuaretur.

16. *Protestatio.*

X. Quod si forte per imprudentiam quidquam cogitauero, dixero, fecero, quod beneplacito tuo repugnet; coram te, Domine, totaque curia tua cælesti protestor, id præter & contra voluntatem meam fieri. Si aliter accidat: ignosce, Domine, & illico errantem reuoca, caden tem subleua: & ne id contingat, propter benignitatem tuam obtestor te, misericordissime pater, vt me præuenire digneris in benedictionibus tuis, vt me tamquam rem tuam possideas & regas. Quidquid sit de libero arbitrio meo, quod tibi potest repugnare, illudque, quia ita visum est, posuisti in manu voluntatis meæ, concedo iuri meo vt illud cogas, si opus est: quamquam sic mouere potes gratia tua, vt coactio opus non sit: illud, si placet, vincias, nec contra te rebellet, nihil contra voluntatem tuam admittat; vnice velit quod tu vis, vnice nolit quod non vis; vnica eius voluntas sit, voluntatem beneplacitum quærere ac facere: tuus esse per creationem, conseruationem, redemptionem, speciali vocatione, naturæ condicione, voluntatis propriæ electione. Iniuriam tibi infert, qui rem tuam impetum facit, qui possessione te excludere nititur: & meam vult, non tuam voluntatem. Heu quanti salus mea tibi constitit! vt me creares, vno verbo factum est: vt me redimeres, sanguinis tui profusio necessaria dicata est. Quidquid sit de vtroque, facile

qua

od tibi me eris reddi, & mihi abunde saris
Cum à te aliquid peto, si tibi minus placeat,
isa: id enim solum peto, quod vis, non quod
volo. Ne largiare petenti, quod honori
derogare, quod voluntati repugnare, quod
hi possit obesse: id enim solum mihi obest,
od tibi non placet. Si quid mihi concedas, id
odium mei, amor tui. Si vel minimas fibras
luntatis iudiciique proprii in me inuenias,
stirpitus euellere ne differas: illæ enim sunt
æ sanctissimæ voluntati tuæ aduersantur ac
bicent. Indignum dictu est, Deus potens-
me, miseriam meam misericordiæ tuæ, ma-
am clementiæ ac bonitati, nihilum meum
nipotentiæ tuæ, fragilitatem meam viribus
, paupertatem diuitiis, humilitatem meam
rudini tuæ indignam condicionem meam
nitati tuæ, labilem voluntatem æternæ &
mutabili, denique id quod non est, ei quod
præponi. quod accidit, vbi in me voluntas
a, non tua, fit. Idne patiere, Domine? honor
s agitur, honor Filij tui: eius enim merita in-
pono, eius preces, eius lacrymas. Plusne tri-
es peruersæ meæ voluntati, quam Filii tui tot
pliciis ac doloribus? non credo. Exaudi ergo
precationem meam, Deus meus: & concede
od non tantum mihi, sed ad gloriam tuam
omouendam postulo, meritis & precibus bea-
simæ genitricis Filii tui, qui tecum viuit & re-
at in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia
cula sæculorum.

3. Hæc oratio pæne omnium virtutum cõ-

tinet exercitium: expeditque eam singulis die-
bus semel, saltem mane, vel eius substantiam
summa attentione ac feruore voce vel mente
recitare. Expediret etiam sæpissime interdiu
peti: sed, quia prolixior est, potest ex Aspira-
nibus breuior aliqua eius loco assumi, quæ
eiusdem contineat, quæque eadem inten-
Cant. 2. ne ac fine recitetur; qualis illa esse posset: *Di-
ctus meus mihi, & ego illi.* Optat enim fidelis
ma se talem Deo præstare, saltem pro vir
qualem se Deus in nos exhibuit, atque e
num exhibet. at quantum illud est? supera
nem qualemcumque hominis conatum.
go omni occasione ardentet oratiuncul
lam repetas, quanta, putas, gratiæ nouæ
cessio!

Cap. XIX.

*De triplici examine, vno generali, secu
particulari, eoque duplici: quorum alter
tiosæ actiones coercentur, altero prauo
bitus euelluntur, virtutesque
inseruntur.*

Infirmitas humana requirit quempiam qui in offi cio contineat.

104. Prosunt ea, quæ modo diximus
memoriam diuinæ præsentiæ co
uandam: sed quia infirmitas humana magn
& facile propositi nostri obliuiscimur; fac
conniuemus & nobis ipsi indulgemus in
quæ molestiam ac difficultatem aliquam
riunt: &, quia mortales, mutabiles quoqu

constantes sumus. Proinde aliquid constitudum quod torporem nostrũ excitet, quod cas castiget, & fugientes compellat ad agendum, hostemque persequendum. Hoc enim & et apes videre est: etsi enim omnes non modiligenter, sed etiam ardenter operentur; nt tamen nonnullæ adhoc constitutæ, vt deles vrgeant. Sunt & in bello, qui cum auctorie fugitiuos acterga vertentes districto ferro quærendum ac persequendum hostem conent. Parum Regi proderit vectigalibus reditusque abundare, si Quæstor ac Rediuarius nullus constituatur, qui census Regios in æraum cogat ac referat. Sed & inter Reipublicæ manæ dignitates Censoria numerabatur: ius erat, iis, quæ Reipublicæ detrimentum tura videbantur, occurrere, inuecta damna pellere, malis opportuna adhibere remedia, ieta omnia conseruare.

Similia.

1.

2.

3.

4.

Idipsum est quod quærimus. Optima lex est, um nobis indicimus, Deum semper habere esentem, ad illum perpetuo aspirare, illum obis asciscere, eundemque retinere: sed multa nt quæ obsistunt, & miramur ipsi, dum præntes Deo nos esse arbitramur, in Hispania ares construimus, de lana caprina disputamus, garum nugis detinemur atque alligamur. Oes ergo est seuero aliquo Censore, qui moras stiget, pugnas molestiasque fugientes vrgeat, ad officium reuocet; qui bene merendi occaones proponat, merita multa ac virtutes collit, (tamquam bonus Rediuarius) atque in

animam inferat; qui malis occurrat, inuecta ex terminet, inueterata perrumpat, & ma- tem tranquillam Deoque coniunctissimam co- stodiat.

Conscientia Censori similis.

Hom. 1. de Laz. in ca. 16 Luca, tomo 2.

105. Hic Censor conscientia est: quam Ch- sostomus, prolixe de ea tractans, vocat form- nis matrem, si quid inueniat, quod animæ l- aduersetur. Isidorus vero sic eam nobis ce- rem constituit, vt nullam pœnam grauio- putet conscientia. *Si vis autem numquam esse* ait, *bene viue. Securæ conscientia tristitiam l- sustinet, bona vita gaudium semper habet, cons- autem rei semper in pœna est, reus animus nu- securus est: mens enim malæ conscientiæ propriis- tur stimulis. Si enim in bono permanseris, tris- longabitur à te: si in iustitia perseueraueris, tris- occurret tibi. Nec plaga nec mors te terrebit, ne & pie vixeris.* Hæc ille. Quid quod n- lis quidam Philosophus ait? *Multos form- berat pœna, metu neminem. Quare? Qui- nobis eius rei auersio est, quam natura dam- deo numquam fides latendi fit, etiam late- quia coarguit illos conscientia, & ipsos sibi o- Proprium autem est nocentium trepidare. M- nobis actum erat, quod multa scelera legem & i- effugiũt, & scripta supplicia, nisi illa naturalia c- uia de præsentib. soluerent, & in locum pœnit- mor cederet.* Hæc Seneca.

Lib. 2. Synonym. c. 11

Seneca lib. 16. epist. 98. in fine.

Hic ergo Censor nos assidue persequitur desimus officio, si propositis nõ stemus, si a- su reuertamur ad carceres, vel lente inced- aut certe omnino quiescamus. Quid, si re-

flagitiose, si nequiter agamus? Instat à ter- Nemesis stricto ense, vt pro meritis puniat, deat, perstringat, nec finem faciat, donec ad item officiumque redeamus.

Conscientia quadruplex.

6. Sed quid? conscientia corda hominum enit quædam subinde dura & insensibilia, a- frigida, alia carnea, alia tenera: ideoque & i- similia nomina fortitur, vt dicatur dura, frigi- carnea, teneraque conscientia. Sunt namque nnulli qui nulla re mouentur, etiam grauissi- scelere afflati: ij conscientiam numquam cutiunt. Sunt qui frigidi: & ij quidem dis- tiunt, sed non adeo magno motu ac fructu. A- cor carneum habent, & humanum: & ij con- entiæ sentiunt vulnera. Denique sunt filij qui ris offensam exiguam tenerrime sentiunt ac lent, ideoque, ne in opprobrium illud ca- nt, vigilare ac super custodiam suam semper enituntur.

Allegoria. Gen. 7. & 8

In arca Noe erant omnia genera animalium liusa. Post tempestatem, & aquæ lapsum defi- entem, Noe emisit coruum, qui non est reuer s: emisit columbam, quæ, cum non inueniisset i requiesceret pes eius, rediit ad arcam; emi- eam secundo, & rediit ad vesperam, portans mum oliuæ virentibus foliis: emisit tertio, non est vltra reuersa. Hanc figuram nostro stituto admodum conuenienter exponit S. mbrosius. En ergo tres formæ examinis & examinantium se: nam prima sub corui spec'e fectũ potius quã formam denotat; coru' enim it, nec redit in arcã, sed inter vndas crocitat;

Libro de Noe & arca, c 18. tomo 1.

Examinis tres species. libertatemque in aquis mediis mauult, quam in concluſa arca ſecuritatem. Arca conſcientia, eſt vbi magnus ille Noe omnibus præſtat animalibus; & anima potentiis, motibus, actionibus. Extra arcam tempeſtates multæ magnæ: quatitur illa ingenti & continua pluuia. Non pauciores ſane dæmones ſunt in aëre qui in nos irruant, quam pluuiæ guttæ ſuper arcam. Arca quoque ipſi aquæ ſupernatat, ejus coſtæ ac latera vndis tunduntur circumlatibus. Tentationes hæ ſunt, tribulationes morbi, dolores anxietates. Sed non ſemper poſt tenebras lux ſubinde ſperatur; poſt dolorem, quietis veſpera ſuccedit.

Arca Noe & vnda quid ſignificent.

Videatur autem, ſedulo examine, quibeant aquæ tentationum, adhucne arcaſtram comprimant, aliquidve damni attuli Si coruum emittas, infideliter aget. Corui amatores mundi & peccati, qui numquam ſcientiam diſcutiunt, de morte inſtantiquam cogitant. Corui ſemper crocitant Cras, inſenſibiles & duri. In ſe intrare annere non poſſunt; & ſi ingrediantur, omnigra inueniunt, omnia tetra ac tenebroſa. Inumquam peccare ſibi videntur, nihil cunt; & ſi labantur, non ſentiunt ruinam, niſigni infamia notentur.

Corui qui.

Hos depingit D. Bernardus. *Quæris, ait, ſit cor durum: ne quæras quod illud ſit, ſi non exp tuum hoc eſt. Solum eſt cor durum, quod ſemetipſum exhorret: quia nec ſentit. Quid me interrogas interr Pharaonem. Nemo duri cordis ſalutem vnq*

Li. 1. de cõſid. initio ca. 2. Cor durũ.

tus est: nisi quem forte miserans Deus, abstulit (iuxta Prophetam) cor lapideum, & dedit cor Ezech. 36.
eum. Quid ergo cor durum? Ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mo-
ur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, in-
tum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iu-
sum, inuerecundum ad turpia, impauidum
ricula, inhumanum ad humana, temerarium
ina: præteritorum obliuiscens, præsentia negli-
futura non prouidens. Ipsum est, cui præteri-
um, præter solas iniurias, nihil omnino non præ-
præsentium nihil non perit: futurorum nulla,
si forte ad vlciscendum, prospectio seu præparatio est:
rri in breui cuncta horribilis mali mala complectar,
um est, quod nec Deum timet, nec hominem reue-
ur. Hæc Bernardus de coruis, qui periculis maris, & terræ, & somni in ebrietate sese exanimant, sine vllo sensu letalium vulnerum: ab ea conscientiæ auolantes, per aerem & vanitates huius mundi decurrunt, Cras & Cras crocitantes: de nulla tamen re minus soliciti, quam quid crastinus dies incommodi allaturus sit.

Examinis prima species.

Sed de columbis nobis est quæstio. Iusti ergo Deum timentes ad conscientiam redeunt, & *Quid colũ-*
ba statim
rediens.
vesperi saltem considerant an tempestas & aquæ tentationum, pluuiæ afflictionum, dæmonum suggestiones, arcæ nostræ nocuerint, ad hæc immineant aut premant: verum id sæpe somnolente & perfunctorie: satisque nobis est, quas ipsas meminisse, ac in lectum nos recipere, & ad multam lucem in vtramque aurem suauiter dormire. Corda hæc frigida sunt, vt & cõ-

scientiæ. Auferat à nobis Deus cor lapideum a frigidum & immittat cor carneum, cui al quid facile imprimatur, quod ex se calidum e quod penetratur minimo telo.

Secunda species. Quid columba vesperi oliuæ ramum ferens.

Emittatur ergo hæc columba, vt consid altero examinis genere quid toto diei dece egerit foris, quid dixerit, quid cogitarit: & vi bis hoc examen fructu non carere. Reuert ad arcam portans ramum oliuæ virentibus liis: pacem nimirum & reconciliationem Deo, propositum bene viuendi, virorem gorem ad volandum, orandum, meditand Deoque seruiendum. Sed nota columbæ fuisse memorem, non tantum mane cum lauit, aut vesperi cum ad arcam rediit, sed temporibus: & primum quidem, quod pe fluctibus non immerserit; deinde, quod fo ramum oliuæ rostro decerpserit: quod qu liud est, quam solicite in primis mala fuge aquarum fluxam leuitatem ne attingere dem extremis affectibus? Et hoc primum cium iustitiæ Christianæ: alterum est, bene re, ramos virtutum decerpere flores sanct desideriorum colligere, opera Deo grat corde, opere exercere, & vbicumque verbo testari ad Dei honorem, & proxim litatem.

Tertia species. Quid columba non rediens.

Tertium examinis genus est perfectius; enim victoria contra vitia, aquisq; remotis, pace cum Deo, sic egredi ex antiqua ac rud arca liceat, vt interim tibi fabrices nobiliore non necesse habeas amplius ad illam reuerti,

qu

darcam semper circumferas. Limax, cum *Similia.*
bulat, domum confert quo se recipiat cum 1.
es & pastores ouium, qui greges custodiunt 2.
alia sua conuehunt, teste Poetarum prin-
:

——*Omnia secum* *Georg. 3.*
rmentarius Afer agit, tectumq; laremque,
rmaq; Amyclæumq; canem, Cressamq; pharetrã.

emadmodum & boni Religiosi, vbicumque
t, Religionem suam circumferunt: sicque e-
unt, vt semper in sese inhabitent; nec ve-
tam expectant vt se discutiant, sed omni ho-
arca concluduntur, & ab aquis & tempesta-
bus proteguntur. Ita loquitur Propheta: *Non* *Psal. 90.*
dibit ad te malum, & flagellum non appropinqua-
tabernaculo tuo. De hisce tribus sigillatim erit
quid dicendum.

CAP. XX.

Examinis generalis necessitas, vtilitas, & partes.

87. MAgnum est vulgaribus, si quis quar-
tam horæ partem, post grauissimas
distractiones, negotia, tumultus, impenden-
am eis proponat, qua se recipiant in se, &
d DEVM redeant. *Hoc nos pessimos facit,* *Lib. 12. ep.*
t quidam, quod nemo vitam suam respicit. *Quid* *stola 84.*
cturi simus, cogitamus: & id raro: quid fe-
rimus, non cogitamus. Atqui consilium futuri ex
præ-

præterito venit. Hæc Seneca. Mirum est, parentes cum velint filios felicem noctem sibi precari, delictis veniam petere ac reconciliari, ante pedes decumbant: nolle tamen ipsos Deo parenti optimo, quasi bene precari, reconciliari, eiusque sese tutelæ committere. Vere cæci sumus in hac causa, etsi sat oculati videamur in nostra. Si cæci essetis, ait Christus, *non haberetis peccatum: nunc vero* ô magni viri, *dicitis quia videmus: peccatum vestrum manet.*

Ioan. 9.

Necessitas ac vtilitas examinis generalis:

Breue tempus incredibile frequenter mutum continet: si enim quis peccato letali polluatus somno se committat, & moriatur: cuius anima curæ erit? qui sibi nequam, quem iustum habiturum sperat? At exigui spatij reflectio, pœnitentiæ gratiam præbet, ac reconciliationis; quo exacto si quis moriatur, euasit tamen pœnas æternas, vitam adeptus est sempiternam.

1.

2.

Accedit quod sæpe mortiferæ inimicitiæ ortæ hac discussione dissoluantur; sine qua crimen vitæ vel amittendæ, vel alteri adimendæ exponis: sicq; verissimum est, quod vulgo solet, *Nox dabit consilium.* orantibus nempe, sed sæpe seipsos negligentibus negat: peio subinde nox, quam dies præteritus, excudit filia.

3.

Liberalis item Dominus, gratitudinem videns, media quædam opportuna suggerit, quid sequenti luce aut agendi, aut vitandi, cuius momentum maximum habeat, de quo ne cogitares quidem.

ir hoc præterea capite propositum confitē 4.
itur, & à peccatis abstinendi: qui enim to-
lapsus obseruat suos, Deumq; à se videt ha-
contemptui mores corrigit, & à praua con
udine peccandi recedit.

Sed & quies nocturna longe serenior est, ma 5.
na excitatio lætior,

Denique qui mane bene precari vult, bene 6.
ditari, infausta omnia inueniet, si vespera se-
entis auroræ dispositio non fuerit: nec bonas
neaut lætas habiturus est cogitationes, qui
tes vesperi, qui prauas habuerit, quique læ-
es piasq; quieturus non præparauerit. Hinc
onachis omnibus, finito Completorio, ser-
cinatio omnis interdicitur: si enim sequenti
cte in officio, vel mane in oratione, collecti
e velint, solitudinem sibi oportet indicant in
nam: alioquin quidquid vesperi tractarint, vi
rint, egerint, illud primum excitatis recurret,
manis oratio, soluta, spirituque destituta ha-
bitur.

Antequam ergo lectum accedas, exclusis ne
otiis omnibus, Christiani poetæ Antonij secu
us consilium.

Non prius in dulcem declines lumina somnum.
Omnia quam longi reputaueris acta diei.

Eidil. 12. & virg. epig. vir bonus.

Coram imagine demisse animum corpusque
flecte: Deus enim, qui pater tuus est, quique te
to illo die aluit, ope operaq; iuuit, id officij ex
ctat, considerat que attente quid acturus sis
atitudinis ergo, an vero canum more illico ad
ctū prosilies. Si humiliter accedas, scito quia
desi-

desiderium pauperum exaudiet Dominus, cog-
tationem cordis tui audiet auris eius perlubenter.

Psal 9.

108. Huius examinis partes sunt quinque, quarum prima est gratiarum actio; introdu-
optima, vt in humanis ad conciliandam be-
lentiam insinuatio perelegans ad aliquid
petendum & obtinendum, ita & vt ad Deum
troducamur, aliquid petamus, & obtinea-
dicit enim S. Basilius, orationem ordiendam
se à gratiarum actione: Deus namque vult
neficia agnosci, sibi haberi referrique gra-
non modo quia id meretur ipse, sed quia
lis est, & vult per hanc viam aditum no-
noua beneficia aperire, & antiqua nouis
ciis cumulare. Vtatur ergo seruus Dei illa
stria, qua homines ad demerendum bene-
ris animum vti solent: psumque accessum
liorem reddat animi demissione, infirmita-
gestatis, inopiæque suæ commemoratione.

Examinis generalis quinque partes.
Pars 1. Gratiarũ actio.
In constit. Monast. c. 2 post initiũ.

Triplex vero est beneficiorum ordo: a-
nim sunt generalia: quorum agnoscendo
formulam capite decimo octauo, in ora-
mane fundenda, numero quarto, posuimus
particularia, quæ quisque per omnes vitæ
tes expertus est: quæ si non occurrant, sub-
meditatio de his instituenda erit, ad eorum
gnitionem excitandam; nullus enim est qui
singularia quædam beneficia, atque eximia
modum receperit. Inter cetera, donum vo-
tionis merito primas obtinere debet, sine
reliqua forte parum profuissent, eoque ce-
om

Beneficiorum ordo triplex.
1. Generalia.
2. Particularia.

gia conseruantur,&innumera alia includun
Quando ergo tempus suppetit de vtris-
aliquid coram Deo commemorandi, id
eo gratum est,&nobis admodum vtile ac sa
e.

3. Beneficia illo die accepta.

In hac tamen parte potissima ratio habenda
corum beneficiorum,quæ eo die nobis col-
sunt; quorum alia temporalia,alia vero cor-
alia,alia denique spiritualia sunt : & qui-
vel quia recenter animo,corpori,aut ratio
os nonnulla accessio facta est ; vel quia,ne
nnam aliquod inferretur, diuino munere
rum. Quædam à Deo veniunt proxime,
spirationes, auxilia specialia ad res arduas
ficiendas, victoria contra graues tentatio-
refectio spiritualis per Sacramenta: quædã
o ab hominibus in nos deriuantur, quos ta-
n vt Dei manum reputari decet, & ab ea no-
per eos porrigi merito opinari ; sicut ce-
a quæ nobis à creaturis erogantur, vt est ci-
vestitus,sensuum recreatio. De his agendæ
iæ sunt.

Partitio 2.

Partitio 3.

Sed maxime illa ad memoriam reuocanda ac
ezenda,quæDeo matutino tempore infimis
ecibus commendaueramus, perspicimusque
bis prospere eius beneficio successisse. Verbi
tia : Sacerdos animarum curam gerens,
am Episcopo suo causam dicturus, statuit eo
quo proficilcitur,de peccatis confiteri, Sa-
m facere , modo copiam Confessarij ha-
t; infirmo extrema Sacramenta ministrare:
præterea ex officio, ante discessum,pax cum
duo-

Partitio 4.

Schema perelegans gratiarum actionis.

duobus subditis componenda : eorum ab al
quo ad mortem decumbente eleemosynain
pi cuidam postulanda : conueniendus est in
nere vir militaris iracundus ac ferox : cum
si prandeat , non paruum periculum imm
ebrietatis ac iurgiorum : eodem loco m
quædam, qua familiarius nonnumquam
est,adeunda: denique necesse est sobrium
parere coram Episcopo suo, ac causam a
gloriam pro conseruatione cultus Eccles
tueri. Hæc singula serio mane Deo com
dat, interponit preces B. Matris , Patro
Angeli tutelaris : dumque singula aggre
stans super custodiam suam, accedit cum
re & sui diffidentia ; spem tamen omn
Deum collocat, eumque inuocat interna
tensissima prece. quid sequitur tandem?
ei cedunt ex voto : nam occurrit Sacerdos
magno solatio suo confitetur; celebrat,
que felicissime conficit. Vesperi, ante
quiescat,nonne eidem sufficiens gratias a
materia suppetit? Omnino. Repetat itaq
omnia,& Domino Deo, à quo auxilium
est, accepta referat. referet magna sua co
tione, gratiarumque augmento: simulqu
gna ei lumina affulgebunt , quibus vid
posterum qua ratione & pericula fugere,
ficultates superare, & Deum in omnibus
rere debeat;qui,cum liberalissimus atque
mus sit, liberalem manum fideli seruo lat
riet , eiusque fidei maiora talenta co
det , idoneumque reddet ad præc
ma

aliqua munera deinceps obeunda. *Pars. 2.*

. Secunda examinis huius pars est, vt à
petamus auxilium ac lumen, quo defectus
eccata eo die commissa cognoscamus : cæ-
nim sumus in propria causa. Amor nostri, *Causa cur*
αὐλαυτία dicitur, oculos proprios claudit, ne *in peccatis*
ores videamus nostros, clarissime vero alie- *propriis co-*
s. Passiones quoque aliam rebus speciem *gnoscendis*
erunt, & alio circumdant indumento, quam *hallucine-*
tura ipsa vestiuntur : vt qui vitrum rubeum, *mur.*
ide, cæruleum visui opponit, vitri colores,
n rei, recipiet. Iudicium quoque nostrum 1.
nd raro aberrat, ac sæpe vi trahentis volun-
is atque appetitus aliter statuit quam par sit. 2.
rum deinde, quas optamus, amor conciliat
nionem erroneam, nostrisque conceptio- 3.
ous & operibus sese immiscet fraudulenter,
que efficit vt aliter opinemur quam deceat. 4.
ratadhuc, & sæpe, animi commotio, ex re-
ati iniuria vel vera vel apparente excitata; 5.
e facit vt alios condemnemus, nos ipsos iu-
remus. Id etiam proprium atque heredi-
ium à parentibus accepimus, vt semper nos
culemus, culpas transferamus in alios : sed 6.
frustra coram Deo, cuius sensus falli non po-
t. Seneca hoc argumentum sapientissime
ractat. *Quid enim*, ait, *melius ages, quam vt me-* *Lib. 6. epist.*
tecum teipse quotidie facias ; vt aliquid ex erroribus *51.*
as ; vt intelligas tua vitia, quæ putas rerum? Quæ-
dam enim locis & temporibus adscribimus : at illa, quo-
cunque transierimus, secutura sunt. Harpasten vxo-
mea fatuam scis hereditarium onus in domo mea

remansisse: ipse enim alienissimus ab isto prodigio fuit. Si quando fatuo delectari volo, non est longe mihi quærendus: me rideo. Hæc fatua subito defuit videre. *Incredibilem tibi narro rem, sed veram.* Nescit se cæcam. *Subinde Pædagogum suum rogat vt gret: ait domum tenebrosam esse.* Hoc quod la ridemus, *omnibus nobis accidere liqueat tibi. mo se auarum esse intelligit, nemo cupidum. Cu men ducem quærunt: nos sine duce erramus, cimus, Non ego ambitiosus sum, sed nemo alit mæ potest viuere. Quid nos decipimus? non est e secus malum nostrum; intra nos est, in viscer sedet: & ideo difficulter ad sanitatem peruenim nos ægrotare nescimus.* Hactenus Seneca.

7. At difficultatis huius caput est, qu gratia & lumine cælesti in hisce natura ideo ad misericordiam eius confugiendu que punctum hoc tanti momenti, qua quæ ex eo pendeat: ex cognitione nempe hauriuntur medicinæ quærendæ consilia, media, salus, & Incolumitas. Quare, si pe negligenter tractetur, quod superest exa non succedet.

Viri sancti statum suæ conscientiæ facile cognoscunt.

Eminentes gratia & sanctitate viri vix d cogitant, aut ad orandum accedunt, quin statum suæ conscientiæ perspiciant ex dantia diuini luminis. vnde D. Franciscus mo Cardinalis cuiusdam cum Romæ ho retur, nocte concubia, crudeliter à dæmo flagellatus & contusus, quærebat apud se tanta potestas dæmoni à Deo concessa Peccatis suis primum adscripsit; tamen c

D

se discutiens, cum nihil inuenisset, sociis
Ego vero, per misericordiam & gratiam Dei, non
scio me in aliquo deliquisse, quod per confessio-
& satisfactionem non eluerim: imo per misericor-
suam hoc donum contulit mihi Deus, vt de omni-
in quibus placere vel displicere ipsi valeo, in ora-
ularam cognitionem recipiam. Verum persæpe i-
iter peccat vel perfectus Religiosus; vnde cum non
osit peccatum suum, castigatur à diabolo, tam-
ratore diuinæ iustitiæ, vt diligenter videat & con-
eat interius & exterius ea, in quibus offendit: quia
amore singulari Dominus prosequitur, nihil eis
ita vita relinquit inultum. Ita Iacobus Episco-
s Genuensis in eius vita. Bene monet D. Frā-
us: nam & Dauid eminentis erat sanctita-
, & tamen multis diebus adulterium suum
agnouit, imo eidem homicidium adiecit;
in peccato perseuerans, ante nuptias cum 2. Reg. 11.
thsabee celebrauit, quam de scelere purgan-
cogitarit. Quare non immerito gratia à Deo
gnoscendorum delictorum petenda est, sine
cæci remanemus.

Tertium caput examinis in discussione Part. 3.
nscientiæ consistit: in quo illud primo sta-
endum, vt te coram Deo constituas, qui nouit
id in te sit, & quomodo id à te vel admissum
erit, vel neglectum: deinde te tibi ipsi accusa-
rem iudicemque denunties, Dei causam
tarum ac vindicaturum. Scias etiam, nihil
esse certius quam quod D. Paulus pronun-
uit: Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudi- 1. Cor. 11.
remur. Dū iudicamur aūt, à Domino corripimur, vt

Psal. 140. *non cum hoc mundo damnemur.* Ora cum sancto R... ge: *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad ex... sandas excusationes in peccatis*: sed *corripiat me iu... in misericordia, & increpet me; oleum autem pecca... non impinguet caput meum.*

Modus examinandi conscientiæ

Addam tamen & illud, quod discussio ista... debeat esse nimis exacta: nec si emungas, v... clàs sanguinem. Si quid non occurrat, vtere... na fide, confidens quod, si quid esset quod... displiceret, illud tibi vel conscientia vel De... pse suggereret. Quare minus prudenter... illi, qui ad minutula quædam hærent, & se... gunt plus æquo. Sed si discursu facto suffi... nihil occurrat singulare, ad alias partes ex... transeant, &, conuerso ad Deum sermone... ter tempus traducant: alias tales, tædio... cti, cum nausea ad examen hoc redeunt... consuetudine inducta, à principio ad fi... vsque inaniter horam illam transmittunt.

III. Verum ne otio locus relinquatur o... tuamus examinanti occupationem suam... bus quibusdam distinctam. Prima est, v...

Participationes seu occupationes examinis.

gites quid mente, ore, opere deliqueris. cunda, quid erga Deum, quid erga proxi... quid in te denique admiseris in Dei obl...

1. multa occurrunt, in quibus delinqui p...

2 In oratione & meditatione obserua an d...

Nota. cte, otiose, curiose, tepide egeris: a... citamenta adhibueris; an virtutem, q... in te inserere statuis, delegeris: an sente... identidem eo die considerandam subi... ris: quæ septem, ad memoriam, huius ver...

CTIVS, literis initialibus comprehen-
atur.

3. 4. ...ista tertia proponit quæ omissione, (si alio- ...n curam geris, vel caritas aliquid à te exege- ...quæ rursus cõmissione perpetraris. Deinde ...curre per horas diei singulas; si præsertim oc- ...ationes, distractiones cõmotiones fuerit ve- ...mentiores. Si vero perpetuo studiis vel sacris ...eris occupatus, examina intentionẽ & scopũ, ...n Dei tuiq; subinde memor fueris. Exige de- 5. ...que à sensibus tuis, qua ratione officio functi ...t: an lingua effrenis, an oculi profani ac ...gabundi, an decorum in corpore seruatum, ...modestiæ habita ratio. Postremo, quid- 6. ...d sit, da operam ne tempus inutiliter transi- ...: quare, vbi nihil amplius occurret, ad quar- ...n examinis partem animum conuertas. Su- 7. ...omnia tamen vide an propositi matutini te ...fueris, nota errores ac lapsus: præscribe tibi ...nam: considera occasiones oblatas vel pec- ...di, vel bene agendi; & te eo loco & statu, quo ...me coram Deo eras, cum propositum tuum ...eres, restitue.

...Sequitur, ordine naturæ, confessio humi *Pars 4.* ...coram Deo veniæque deprecatio, (quæ pars *Veniæ de-* ...arta examinis est) cum peccatorum detesta- *precatio.* ...one: ex cuius efficacia colliges quantum ti- ...peccata tua displiceant, quantum Deum tuũ ...gas. Beatæ illæ Luthgardis, Catharina ...nensis, Maria Ogniacensis, sic peccata ...nialia deflebant, vti grauissimi peccatores ac ...tiones, ad Deum primum conuersi latroci-

nia sua ac scelera immania detestantur: videbant enim hæ sanctæ animæ peccati, quantumcumque exilis, deformitatem; Deumque offendi qui summe diligendus est, & cui summopere obstricti sumus: nec ignorabant pœnitudinem hanc summopere Domino placere: qui, si vi lacrymas nostras, obuius accurrit: & sicut tem filiolum complectitur mater, sic & p

Isaia. 66. mus Dominus super genua blandietur n gratias augebit, robustioresque spiritu effi Ex parte tamen nostra officio deesse non mus veri pœnitentis: sed, vt vindices diuin iuriæ, à nobis pœnas exposcere.

In Concil. Tolet. 10. in decret. pro Potamio Episcopo: incipit Assumere.

In Concilio Toletano decimo mem præditum, Potamium quendam Episc Brachiensem extitisse, qui cum semel ta tactu femineo (vt loquitur Concilium) soc set, ipse se primum in ergastulo, nullo cog inclusit, atque nouem mensium pœniten egit: deinde Concilio, quod Toleti celeb libellum accusatorium contra se poni exit, peccatum admissum prodebat sponte. P vero Concilii perpetuam pœnitentiam, adviueret iniunxerunt; vt nimirum perp in obiectis officiis deseruiret: nihilom affirmarunt humanius ac benignius cum ip ctum, quam antiquorum canonum sene pateretur. Egregium pœnitentiæ exemp Potamius hic præbuit, optimeque sibi co

Iob. 6. luit: nam (vt ait Iob) *qui timent pruinam, irru per eos nix.* qui enim exiguas pœnas breues sp steritates reformidant, in pœnas atrocissimas loc

gissimas, vel ignis purgatorii, vel æternæ ge-
næ, sæpe incurrunt. Salutare ergo consi-
n est, & peccata maximo dolore, quantum-
que leuia, detestari; & sibi pœnam aliquam
ponere. Hæc, quæ diximus hactenus, vna
entia elegantissime Seneca comprehendit. *Lib. 3. epist. 28.*
, ait, *peccare senescit, corrigi non vult. Depre-*
dus te oportet, antequam emendes. Quidam de
se gloriantur. Tu existimas aliquid de remedio co-
re, qui mala sua virtutum loco numerant? Ideo,
tum potes, teipsum argue. Inquire in te. Accusa-
tionis primum partibus fungere; deinde Iudicis; nouissi-
me Deprecatoris: aliquando te offende. Et hæc quidē
neca. Nec pudeat nos Ethnicum sequi, opti-
præcepta tradentem; cum ea non modo vi-
mus ex Christi, cuius religionem profite-
r, legibus, sed etiam ex ipsis naturæ humanę
tibus depromi.

Vltimum quod in examine consideratur, *Pars 5.*
emendationis propositum: quæ pars adeo *Propositū*
essaria est, vt, quidquid ante egeris, nihil *emenda-*
hac parte prosit; etiamsi Sacramenti mini- *tionis.*
mum accesserit: nullum enim peccatum re-
mittitur, quamdiu quispiam complacentiam
ccati retinet, & à vitio cessare renuit. Dan-
vero opera est, vt non tantum virtute pro-
situm istud adesse censeatur, sed vt etiam actu
tam Deo exprimatur: hoc enim magnam
m habet ad permouendum eum, cui iniuria il-
a est. Nec quidquam est, quod ad patrem pla-
ndum filius adferre possit efficacius, quam si
omittat id, in quo deliquit, sibi numquam

amplius euenturum. Hactenus de examine generali, nunc ad particulare veniamus.

Cap. XXI.

Examinis particularis nomen, vsus, ac conditiones.

114. Plis mentibus hoc exercitationis examinis generalis genus placet dem, videntque momenti grauitatem, eius vtilitatem : sibi tamen aliquid in eo desi autumant : quod cognoscatur defectus tium, remedia nulla adhibeantur : quod tu lumine naturæ constat subsequi debere, & rectionem substituendam esse, auctore Sen qui de Sextio viro honorato scribens, eum iusmodi seuocatione rationumque subduc ne vsum fuisse, his verbis testatur : *Animus die ad rationem reddendam vocandus est. Fa hoc Sextius, vt consummato die, cum se ad noctur quietem recepisset, interrogaret animum suum: hodie malum tuum sanasti ? cui vitio obstitisti ? parte melior es ? Desinet ira, & erit moderatio*

Senec. li. 3. de ira, c. 36.

Examinis particularis vtilitates.

1. *sciet sibi quotidie ad iudicem esse veniendum. Q go pulchrius hac consuetudine excutiendi totum d*
2. *Qualis ille somnus post recognitionem sui sequ quam tranquillus, altus, ac liber !* Hæc Sen qui cum pulcherrimas discussionis huius u tates adferat; tum illud vrget maxime, vt m rum vitiorumque fiat correctio: quæ non in

vero

succeder, si sola recognitio fiat, cum solo posito, nihilque præterea curæ adhibeatur. pedirat certe amplam materiam correctio- tero die arripiendæ vespertina illa recolle- *Simile.* . Sed parum iuuerit, si malum non propel- *Isaiæ 1.* t: sicut infirmo non prodest genus morbi enisse, si visceribus defixum vlcus adhære- alicetque nobis Dominus, *Vulnus, & liuor, lga tumens non est circumligata, nec curata me-* *dicamine, neque fota oleo.* In eandem sententiam Basilius: *Quæ singulis diebus* (inquit) *feceris ope-* *Serm. de abdicatione rerum, in fine.* *ra vesperi ipse cōmemora, & cum iis quæ feceris pri-* *us conferto: studioseque operam dato, vt melior in dies* *ris & magis existas. Processum in virtutibus facito,* *ne modo Angelis efficiare propinquior.* Hactenus silius.

Itaque non tantum vesperi à nobis quæ- *Animi morbos esse curandos ostenditur. 2. similitudinibus.* ndum est, Quid feciſti? sed. *Quod hodie malum* *am sanasti? cui vitio obstitisti? qua parte melior es?* quod fiet, si vespertina illa discussio cum ma- uo proposito commercium ac dependen- m habeat, ratioque exigatur à nobis ipsis su- r malo aliquo, quod propellere atque extur- re cōstituimus. Sicut enim obnoxius aliqui- 1. s morbis, vt dolori dentium, aut distillationi, t podagræ, non modo cum præsentes vrgent affligunt, sed longe ante cum Doctore medi- consilium init de auertendo malo, vt im- nis ab eo remaneat: & veluti, cum rumor de stis aduentu auditur, arma parātur non tum mum cum mœnia concutit, sed primo nun- 2. o, & (si fieri potest) in eius limitibus sapienti

consilio ei occurritur, ne maiori detrimento in proprio solo ab hoste nos opprimi contingat; sic & iis morbis ac peccatis, tamquam hostibus iuratis, per vespertinam discussionem cognitis consulendum est mane; vt præsenti remedio ribusque occurratur, non quando iam vrgent sed multo ante, absente tentatione, ne imbecillior animus in propriis visceribus oppugnetur opprimatur.

116. Verum, vt hæc capiantur, obseruatio aliquot adferendæ erunt: quarum prima est

Examen hoc cur particulare nominetur

men hoc dici particulare, quod non sicut generale, in omnia quæ illo die admisimus dicta, cogitataque inquirat; sed quod vnicuique multis quisque deligat, in cuius caput conuenendum vires omnes asciscat ac conferat, existimans se illo deteriorem aduersarium habere neminem; & cum homini aduersario imprecari malum semper non liceat, vitio tamen illi modo multa imprecari, sed & odisse, diris deuouere, ac tollere è medio deceat. Exemplum enim vnicum ex omni numero assumere, multitudine satisfacat animus, spemque vincendi abiiciat: nam qui incipit proficere, considerat infinitos in se defectus, ortos partim à concupiscentia, partim ex omnium vitiorum consuetudine, eorumque quotidie se motus internis, impeti, & externis actionibus inquiri; si cum omnibus certamen instituat, facile iiciet animum, cum videat se vel ab vno solo modum frequenter nulloque negotio superari. Quare si quis se diuitem esse arbitretur, &

Vnum tantum in examine particulari vicissim esse prosequendum.

Matth. 19.

Chri-

sto audiat facilius esse camelum transire foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cœlorum; quæ spes illi fuerit penetrandi tam adeo angustam? Non fiet, nisi camelus in tenuissimas partesque minutissimas concidatur. Qui nonnulli interpretes alludunt ad vocem Græcam καμιλος, quæ Latine rudentem seu funem nauticum significat; sicque per foramen acus aiunt posse transire, si dissoluatur, & in prima fila redigatur. Modus hic noster est: nam peccatorum nostrorum vincula, instar rudendis contortis nodis innumeris condensata sunt: quis ea in foramen examinis particularis iniiciat? sed singula sigillatim filamenta dissoluantur: omnia penetrabunt, & reipsa camelus integer per foramen acus transibit. Frater quidam, (vt refertur in historiis sanctorum Patrum) incitatus intentationem, oppugnationis molestia fractus, disciplinam Monasticam perdidit: & cum iterum vellet obseruantiæ regularis principia resumere, illa animi tribulatione impediebatur, & dicebat in seipso: Quando eo me tempore inueniam, quo aliquando fui? deficiensq; « timo, ne aggredi quidem Monachi vllum opus valebat. Veniens ad quendam senem narrauit ei quæ circa se agerentur. Senex, audita « affectionis causa, adhibuit ei tale exemplum. « Homo quidam habuit possessionem, & eius ne- « gligentia in sentes redacta est, ac repleta tribu- « lis & spinis. Visum est autē ei postea vt eam exco « leret, dixitque filio suo: Vade, & purga agrum « possessionis illius. Venit filius, vt purgaret, « sed

In vitis Patrum p. 2. lib. de patiētia seu fortitudine. ex Græco auct interprete Pelagio Diac. S. R. E. vt refert Sigebertus in catal. de scriptorib. Eccles.

„ sed cum respexisset, vidit multitudinem tri-
„ bulorum & spinarum in eo excreuisse, & ani-
„ mo deficens, sibi ipse sic locutus est. Ecqua-
„ do hæc omnia euellere & expurgare poter-
„ proiiciens se in terram dormiuit. Hoc au-
„ fecit multis diebus. Post hæc venit visum p
„ eius quod fecerat, inuenitque ipsum nihil
„ cisse, & dixit ei: Quare vsque modo nihil
„ sti? Respondit iuuenis patri suo: Mox vt
„ appropinquaui, visa tribulorum ac spin
„ tanta copia, deterrebar à susceptione lab
„ & præ animi angustia prostratus in terra
„ miebam. Cui pater: Ad mensuram latitu
„ fili, quam iacens in terra occupas, per sing
„ dies operare, & ita paulatim proficiet opus
„ & tu pusillanimis non efficieris. Quod cum
„ disset iuuenis, consilium patris secutus et
„ paruo tempore purgata & exculta posse
„ Tu vero ita, Frater, paulatim operare, &
„ deficies. Deus autem per gratiam suam resti
„ te iterum priori ordini tuo. Quo audito, F
„ ille abiit, & cum omni patientia sedens l
„ bat sicut edoctus fuerat à sene, & requiem
„ niens promouebatur per Dominum Chri
„ hæc ibi.

Resolutio firma ad bene agendum necessaria.

117: Altera consideratio est, quod, qui genere aliquid promouere cupiat, firma solutaque voluntate constituat in vita spiri proficere. hinc Christus ab adolescente nam vitam per viam PERFECTIONIS quærente, vt vellet, exegit. *Si vis, inq perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da paupe*

Matth. 19.

Volebat

ebat ille, optabat, PERFECTIONIS
itatem præ se ferebat, nolebat tamen: vnde
abiit; erat enim habens multas possessiones. Nec *Nota.*
retur quis me hanc condicionem exigere;
, quidquid dicant, & videri velint, multi
r qui nolunt. Norunt defectus suos: nolunt
dici, reprehendi non ferunt, corrigere re-
unt. Viam PERFECTIONIS proposi-
m quidem omnib. aiunt: non quod apprehē-
debeat, sed vt videat quisque quam longe ad-
cab ea distet, & pro votis & commoditate ac-
dat, miretur eius excellentiam, de ea oppor-
me loquatur, & quod de ea differere aliquid
ssit, laudem reportet. Ceterum quia potio a-
ra est, cum extremis labris gustarint, nolunt *Matth. 15.*
bere. De his Christus: *Populus hic labiis me ho-
at, cor autem eorum longe est à me.*

Quam multa possit firma resolutio, experiē-
docet in vrbium inexpugnabilium euersio-
in mercatorum lucris, gloriæ consecutione. *Lib. 6. epist.*
andum est, ait, Seneca; *& ne labor quidem ma-* *51.*
est, *si modo ante animum nostrum formare inci-
mus, & corrigere, quam indurescat prauitas eius: sed
indurata despero. Nihil est quod nō expugnet perti-
cax opera, & intenta ac diligens cura. Robora in re-
rum, quamuis flexa, reuocabis. Curuatas trabes calor
plicat; & aliter natæ in id finguntur, quod vsus no-
exigit. Quanto facilius animus accipit formam* *Luc. 16.*
cibilis, *& omni humore obsequentior*! Hactenus
neca. Sed *filii huius sæculi prudentiores filiis lucis
generatione sua sunt.* Hinc mirum non est, si
ost multos conuersionis annos, eosdem non
modo

modo nævos, sed notabiles maculas habere cu-
namur. Sæpe nonnullis cum D. Augustino ge-
Lib. 2 Con-fes. c. 3. re necesse est: *Exciderunt caput meum vepres lu-
num, & non erat eradicans manus.*

Quia vero infirmitas humana auxilio
get, ac pes incipientium adhuc vacillat in
dis propositis matutino tempore concep
ligenter illa Deo commendare necesse e
troniisque tu elaribus. Facienti vero qu
se est, Deus gratiam non denegabit. Et
tingat sæpius quempiam labi, non illico a
animum : cogitet se primo quoque te
non mereri exaudiri, & quidquid postula
obtinere; secum agi splendide, quod in De
quium admittatur; expedire subinde
defectus incidere, animi demissionis aug
gratia, vtque tiro spiritualis ad Deum a
rem suum frequentius discat recurrere,
que cum eo reuerenter conuersari, &
rius ei adhærescere.

118. Tertia animaduersio est, materiam
etam huius examinis potissimum esse,
quæ quotidie admittuntur: vt nimirum
xius eorum fluxus ac relapsus præcidatur.
Peccatorũ diuisio pro examine particulari
vere peccatorum quædam grauiora, mi
lia. Grauiora sunt eorum qui recenter
salebris emergunt, assueti iuramentis, bl
mis sermonibus, ac scurrilibus, ne dicam
dicis. Cupiunt etiam ventri, prauis con
locisque periculosis adeundis modum p
inquirere deinde in sensus omnes: an ocu
fani minus pudici, an tempore sacrorum

ferantur ; an dissoluti mores; an caput in-
labari, huc illucque omni loco & tempore
etur. Leuiora sunt alia, quæ etiam PERFE-
IONIS amantibus effugere difficile est. ap
tio inanis gloriæ ac laudum humanarum, le-
ira, solatiorum emendicatio à creaturis, lin
incauta custodia, multaque id genus. Huc
alia diuisio. horum enim quædam non im-
prie capitalia vocantur, alia media. Capita-
unt, ad quæ, velut ad finem, cetera referun-
media vero iisdē subseruiunt. Capitale fuit
Davide amor nefarius Bethsabee : homici-
ma adiunctum ancillabatur capitali, sine quo
id numquam euenisset. Ambitio caput
ruinæ Absalom : primum blandiebatur
peculæ, solicitabat deinde populum ad defe
nem patentem impie persecutus est ac fu-
t, concubinas patris in publico tentorio ne
violauit: quæ omnia ambitioni & regnan-
cupiditati seruiebant. Idem in nobis vsu ve-
quidam enim propendent in libidinem:
lecti sunt intemperantiæ, vestium luxui,
nilitati, otio ; & quia largitiones facien-
subinde sunt, aut expensæ, auare aliena reti-
nt, aut etiam detrahunt; verbo oculisque libi-
nem aspirant. quis explicet cetera? quæ ruunt
mitus, si pudicitiam induas. Alij natura am-
tiosi : hi, si Deum non timeant, parum cu
t quam decenter loquantur de eo, modo i-
ornati habeantur : spuunt blasphemias ad
rba singula, &, vt ornate videantur lo-
, eructant iuramenta : sumptuosi sunt,
magno

2.
Vitia capitalia quæ, quæ media.
2. Reg. 12.

2. Reg. 15.

2. Reg. 16.

magno familię damno: vt honorem suum tue-
tur, vitam salutemque extremo armorum
scrimini exponunt. Denique complexio cu-
que vitiosa, cuique vel vnum vel etiam plura
pitalia suppeditat. A capitali incipiendum
eo enim præciso, velut radice, truncus co-
bore tota corruit. Id consilium est Cassi-
collatione Serapionis. *Ita nobis aduersus he-*
quit, *arripienda sunt prœlia, vt vnusquisque*
quo maxime infestatur, explorans, aduersus illu-
piat principale certamen, omnem curam menti
licitudinem erga illius impugnationem obser-
que defigens, aduersus illud quotidiana ieiunio
gens spicula, contra illud cunctis momentis cor
ria crebraque gemituum tela cõterquens, ad
lud vigiliarum labores ac meditationes sui co
pendens, indesinentes quoque orationum flam-
minum fundens, & impugnationis suæ extinc-
ab illo specialiter & iugiter poscens. Hæc Cas-
quæ longo capite admodum diserte
quitur.

Capitalia in primis præcidenda esse.
Coll. 5. c. 14

3. *Vitia externa & interna.*

119. Sunt denique vitia alia externa,
alia. Externis modus illico adhibendus e
id mali genus non modo delinquenti
sed alios quoque inquinat atque offend
hil tamen quisquam efficaciter conficie
internum hominem coerceat, & ad De
deat: magno odio peccatum suum perfe
ac detestetur: quo posito fundamento
let ne æstu consuetudinis vitiosa natura i
delicta rapiatur: & examen particulare pri
capitale, tũ in cetera eius adminicula col

ipsum est quod docet D. Thomas, ab exis nempe inchoandam esse scelerati ædifistructionem. Aliter porro ædificiorum cõctio; aliter vitiorum destructio procedit: illi qui ædificant, à fundamento incipiunt, & ctum vsque fabricam attollunt : quam si modum dissoluere cupiunt, à tecto, inuerso ne, ad fundamenta vsque vetustatem resolnon sic in demolienda vitiorum structura ur. Verba sunt B. Thomæ: *Homo ad hu-* *B. Th. 2. 2. q. 161. a. 6. ad 2.*
atem peruenit primo quidem & principaliter per ia donum: & quantum ad hoc, interiora præce- exteriora. Aliud autem est humanum studium, quod homo prius exteriora cohibet, & postmodum git ad extirpãdum interiorem radicem. Ex quiliquet, fundamentum extruendæ virtutis terioribus iaciendum, at in exterioribus iendam vitiosi ædificii demolitionem, orprorsus immutato. quæ consideratio vobus hoc particulare examen exercere non ætermittenda.

CAP. XXII.

Formula examinis particularis

QVarta consideratio formam huius examinis particularis complecti- *Examinis particularis tria tẽpora.*
quæ in tria tempora distribuitur: de quibus imus Rex Dauid: *Vespere,* (ait) *& mane, & die narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem* *Psal 54.*

meam. Narrabo ac confitebor peccata vesperi mane annuntiabo ac proponam quæ vitare cauere toto diei decursu statuam: meridie minus exaudiet vocem meam, dum & mali ti temporis veniam deprecabor, & co uandi propositi gratiam postulabo. Ad *dimet in pace animam meam ab his qui opp quant mihi, quoniam inter multos erant Exaudiet Deus, & humiliabit illos.* En temporum ita apposita distributio, vt examinis & auctor fuisse primus sancti ille Rex, & in grauissimis regni occupati tertio ad minimum sese recognescere c uisse videatur.

Tempus 1. Matutinũ Cant. 7.

121. Primum tempus est matutinum, quispiam statũ suum intuetur ac consid enim suadet Sponsa in Canticis: *Mane mus ad vineas, videamus si floruit vinea, si fl ctus parturiunt, si floruerunt mala punica.* V da enim mane vinea animi nostri, quæ e tum variis plantis conflata est. Eam flore Sponsus, & fructum ferre; sicut & mal ca, quæ donorum omnium spiritualium gationem ordinate continent. Qui di mibus edantur, si singularis ferus vinea catur, si tantum labruscæ consurgant? Vi eritan opus sit cultura ampliori, aut amp ne palmitum ac sarmentorum, fossione, in annos sequentes: si adminiculis, si ca religationibus ac coniugationibus, aut irri ne indigeat prospiciendum erit. hæc enim tualis consideratio amplam nobis materi

Psal. 79.

examinis particularis: an nimirũ virtutib. demus; an omnia succedant ordinate cum nobiscum, & cum proximis; an tẽtatio gra vrgeat vel ingruat; an tristitia animum de- atur; an meditatione, oratione, Sacramen- um frequentia, cõsolatione aut reprehensio digeamus; an inter nos fratresque nostros sio aliqua interceſſerit, vnde noua colliga- e opus sit. Est enim matutina oratio totius lis sequentis diei basis ac fundamentũ: quæ ter emittatur, ac perfunctorie fiat cetera vel nt vel flacceſcunt.

Orationis matutinæ vis.

Ita ergo statu cognito, vnum defectũ de- s corrigendũ. Propones deinde firmissime il , cum diuina ope, nusquam admittere; addi- iam tali protestatione, qualẽ in oratione su- cap. 18. præscripsimus. Est vero huiusmodi testatio adeo magni momenti, si ex animi ma resolutione profluat, vt id, quod alias pec letalis malitiam contineret, iam veniali rum, vel etiam nulla macula contaminetur; nimirum subreptitie aut inaduertenter ali- citius excidit, quam cogitare potuit.

Ex correctione vnius vitij cetera compescuntur.

Petes: Quid fiet de ceteris vitiis, quib. laboro, inque forte procliuius propendeo? Resp. Cas- mus: *Nec tamẽ putandũ, q̃ principaliter quis cõtra v micans vitiũ, & velut incautus aliorum tela p- ens, inopinato ictu facilius valeat sauciari: impossi- nãq; est, eum q̃ p̃ cordis sui emundatione solicitus impugnationem vitij cuiuslibet, intẽtionẽ suæ mẽ- armauerit, aduersus cetera quoq; vitia generalem ndam horrorẽ & custodiã similẽ non habere.* Hæc

Coll. 5. c. 14.

Cassianus. De his ergo fiet, quod disco
dyscolis solet accidere: cum enim contingat
Simile.1. terdum quinquaginta animaduersionem
ri, longumque negotium foret, ac difficil
gulos flagellare ; pessimum aliquem &
aliorum antesignanum magister corripi
gregie castigat. Horrent ceteri, & in se illu
gas persentiscere videntur; rati ad cutem
suam verber peruenturum, si vel minim
2. scant. Qua etiam de causa laudant celeb
lam Romanorum militum, vbi plures
sent, decimationem, vt ait Polybius de
tari συμφέρουσαν ἅμα καὶ καλαπληκτικὴν, com
Pro Cluentio. *pariter & terribilem.* quod istis verbis e
Cicero: *Statuerunt maiores nostri, vt, si a*
set flagitium rei militaris admissum, sor
quosdam animaduerteretur: vt metus videre
nes, pœna ad paucos perueniret. Ita vitia, qua
ne ac voluntate humana dependent, q
culpæ patratæ, vbi de vno supplicium
similes pœnas timent, ac silent saltem
pus. Sed si quotidie tertio hæc anima
3. fiat, sensus noster timore perculsus sibi c
corripiatur, ne plectatur pro meritis.
dum in viuario cibis inescantur ab aliqu
liariter, densissimi accurrunt: si tamen vn
tum hamo eleuetur ac recidat, fugiunt
cautiores, nec hamum deinceps audent co
gere, ne capiantur.

In hunc plane modum nobiscum agit
raque enim vitia ex fœda illa aqua oriuntur
tis inferioris, quando humana voluntas

pellicitur: nec potest dolor vni parti infli-
sese aliis non communicet; & dum cul-
vnam castigas, ceteræ verbera sentiunt, &
næ partem veniunt.
ingula quoque vitia, vt res omnes, conser-
sese quantum possunt: nec nisi pulsa vio-
e ex humana voluntate abeunt. Videt vero
isnoster & alteri prauæ affectioni eandem
ectionem imminere, posseque idem con-
ere; quod sane fieret, si petulantius insani-
Silet ergo, & quasi caput in aquis abderet,
se donec emergendi meliorem occasionē
niscatur.

Denique resolutio voluntatis magnam vim
et ad compescendos motus qui exurgunt:
s etsi omnino non possit opprimere, ac om-
parte impedire; cum Dei saltem auxilio
editne in actus fœdlus prosiliant, præser-
externos.

Quapropter, proposito facto, commen- *Pœna sibi imponenda defectu cognito per examen particulare.*
id Deo, sanctisque Angelis, ac Patronis tu-
ribus oportebit: quia sine illorum ope infir-
as nostra facile à resolutione resilit, & ad so-
s vanitates recurrit.

Operæpretium quoque fuerit, leges si-
quemque præscribere, ac pœnam quam in-
ret casu quo lapsus fuerit. Si peccata grauio-
sunt, pœnas addicat grauiores: si leuiora, le-
ores: vt, qui assueuit iuramenta dictis infere-
ex praua consuetudine, quoties errauerit, pe-
niæ partem aliquam attribuat pauperibus
tribuendam; si locuples, maiorem; si te-

Vota non esse emittenda sine directoris voluntate.

nuioris fortunæ, minorem. Non facile ver
quisquam iuramento aut voto se astringat, n
consulto directore: temeraria namque hæc v
laqueorum instar, sic subinde incautos in
uunt, vt oppressi iugo, emergere postme
vix & ne vix quidem valeant. Si leuiores c
ctus fuerint, leuis etiam pœna sit; ne tædio
citij huius affectus spiritualis tiro sarcinam

Pœnitentia ex iudicio directoris assumenda.

ciat. Licet tamen generali ex causa me
vitæ ineundæ, & ad vlciscendam iniuriam
tis delictis criminibusq; Deo irrogaram, p
tentias etiam graues assumere, ex direc
prudentis viri; cui se committere, eiusque
cium sequi, magna sapientia est.

Praxis notanda.

125. Inter alias leges hæc quoque repon
est: quod vbi continget quempiam in
gere, in defectum aliquem prolabi, illu
bi aduerterit, signo aliquo testetur id fi
plicere. Tale esse posset eleuatio oculor
cœlum, admota simul dextera pectori.
id coram aliis faciendum non est. satis
nimo ad Deum se conuertere, dicen
intimo corde: IESV bone, q
go? *Erraui, sicut ouis quæ perijt: quæ*

Psal. 118.

uum tuum, Domine; *quia mandata tua n*
oblitus.

Suspendunt nonnulli à collo interius
ex globis pendulis decadem; è quibus tun
demittunt, cum se propositum violasse sen
quod admodum laudabile est, & operæ
tium: sic enim opus non est tabellis ad
defectuum notas imprimendas: cumque
eran

minis alterum tempus venitur, nulla diffi-
as est numerum subducendi. Alias mora
ior est in discussione, & in tabulis (quas
quin paratas habere necesse est) visitandis,
meroque defectuum referendo opportuni-
vbique non est.

6. Alterum tempus, quo nimirum propo- *Tempus 2. Meridianũ*
ratio exquiritur, statui potest circa meridiẽ:
quo iuxta examinis generalis formulã quin-
que præscriptis partibus distinctam, in spatium
id, quo effluxit ab aurora, inquiritur, & no-
minatim circa peccatum particulare, quod vi-
tandum atque corrigendum constituimus; ini-
que numero erratorum, pœnam propositam
vobis infligimus, saltem prima opportuni-
te, adhibita detestatione peccati, & nouo pro-
posito.

7. Tertium tempus est vespertinum: vbi *Tempus. 3. Vespertinũ*
tudus, cum examine generali, meipsum discu-
io accuratius, forma & modo in vtroque exa-
mine seruatis.

Addo, conferendas esse notas antemeridia-
nas cum vespertinis, vt de correctione constet,
vel defectione. Sequenti die conferre quoque
oportebit notas vtriusque diei, & sequentium
deinceps. Sabbato vero recognitio generalis
inducenda, ad consolationem spiritualem fru-
ctumque colligendum: vt cum initio septima-
næ euntes iuerint ac fleuerint vtiles operarij *Psal. 125.*
mittentes semina sua, tandem venientes ve-
niant cum exultatione, portantes
manipulos suos.

Cap. XXIII.

De altero examine particulari, quo vitiosi habitus euelluntur, virtutes vero inseruntur: quod Negotiatio spiritualis appellatur.

4. Reg 13. 128. Eliseus ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est: descenditque ad eum Ioas Rex Israel, & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Et ait illi Eliseus: Affer arcum & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum & sagittas, dixit ad Regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus Regis, & ait: Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliseus: Iace sagittam. Et iecit. Et ait Eliseus: Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam. Et ait: Tolle sagittas. Qui cum accepisset, rursum dixit ei: Percute iaculo terram. Qui cum percussisset tribus vicibus, & sletisset, iratus est vir Dei contra eum, & ait: Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem: nunc autem tribus vicibus percuties eam. Eliseus, Dei salutem vel saluantem Deum significans, Iesvm Christum in cruce fixum, generis humani salutem operantem, designat. In eam enim cum ascendisset, non descendit viuus, nec voluit. Ioas, ignem Dominum signi-

nificans, alias diffidentem ac desperantem, signat PERFECTIONIS amantem, qui ce, quo optimus Seruator noster Christus in ce tostus fuit, accensus, de viribus suis diffi- us, Dominum suum sequi gestit; offerensque ipsius beneplacito, aliud non dicit, quam, *Pa- r mi, pater mi, currus Israel & auriga eius.* At onus Dominus, qui desideria nostra intuetur, dat amplius quam petimus, suadet quod ma- me nobis vtile est, quamuis labore non careat id illud? vt inimicitias immortales contra Sy am, prouinciam Deo rebellem, peccatum, in- uam eiusque fautores concipiamus, eique bel- m æternum indicamus: arma etiam præscri- t, nempe arcum & sagittas. In arcu tria sunt rema nempe cornua duo, & funis exten- . Illa facultates seu potentiæ humanæ sunt æ concurrere debent ad sagittæ contortio- em: intellectus nimirum & voluntas huma- ; quæ in vno vinculo gratiæ diuinæ colligatæ, gitas bonorum operum in aduersariorum rda intorquent. has acutas potentesq; esse te- tur Psalt. Regius. *sagittæ*, ait, *tuæ acutæ (populi sub* *Psal. 44.* *ti cadent) in corda inimicorum Regis.* Hæ *sagittæ sa- tis Domini, & sagittæ salutis contra Syriam.* mun- um vtique, eiusque alumnos. ad hoc enim stituitur examen generale, vt mundum, dia- olum, peccataque omnia conficiamus: fe- stram namque aperimus, dum conscien- am discutimus, illicque arma sumimus pœ- itentiæ per sanctum propositum ad transfo- enda corda inimicorum Regis, peccata om-

Examinis generalis figura.

omnia destruenda, peccatorumque occasiones conuellendas. & ne quis Ioas desperabundus abijciat animum, Eliseus in iaculationibus manus supponit manibus nostris. Ipse est qui bona opera nostra operatur, & certamen nostrum dat acre, vt vincat in nobis; *equum & ascensorem deiiciat in mare.* Hæc optime seruiunt exactæ generali.

Exod. 15.

Examinis particularis figura.

129. Sed quid est, quod mandat sumi sagittas nullo expresso numero; Ioas vero, contra tribus, tertio tantum terram percussit? Examinis id est particulare; seu trium temporum: primum namque terram, cum terrena omnia, imperfectiones nostras, defectus, ac peccata detestamur; sagittæque optimæ sunt detestationes peccatorum, inuocatio auxilii diuini, pœnitentiarum ac pœnarum vsurpatio. his quoque destruimus in nobis terrenos affectus, desiderium transeuntium honorum: carnem nostram quam è terra haurimus, pudicitiæ telo confodimus; iudicia propria, & opiniones, sæculi ius rationibus subnixas, sancto obedientiæ iaculo confodimus. Ter tantum percussit terram, & stetit. poterat sæpius, non fecit. Animus mens fuit vt sæpius percuteret, vsque sæpius quod est, sine certo numero: quod constat ex numero sagittarum, quarum numerum non desiderauit: & ex indignatione quam præ se tulit, quod Ioas cessauit à terræ percussione. Magnum hoc latet mysterium. Multa sese fecisse quidam admirantur, si tertio ad se redeant spatio viginti quatuor horarum, etsi valde effusi & confusi

in negotiis agendis; abunde satisfeciſſe ra-
ſi in peccata letalia non ceciderint, ſi quid
enius non admiſerint, ſi bellum aliquod vitiis
ixerint: ceterum, quod ſupereſt diei, ſumma
incuria traducunt, Dei ſuique pæne immé-
ores.

Verum dicet aliquis: Quid mirum? in exa-
mine illo trium temporum nihil aliud exigis,
ſi vt tertio ad me redeam: id ego præſto; cur
go reprehendor? Abſit vt reprehendam,
quem laudare debeam, tam ſalutaribus præce-
tis parentem: nihil enim initio conuerſionis
magis hominem iuuat, & à peccatorum ſalebris
efficacius extrahit, quam illa trium temporum
obſeruatio. Id à Spiritu ſancto eſt: & ideo ſu-
picio ac veneror & doctrinam, & auctorem;
quem extremis hiſce temporibus diuina proui-
dentia mortalibus pereuntibus iuuandis exci-
auit. Sed memor eſto, examen illud in limine
primumque incipientibus proponi; non PER-
FECTIONIS ſtudioſis, quibus ſolidos cibos reſer-
uat, & poſtmodum copioſiſſime porrigit. Non
ergo tam reprehendo, quam denuntio Eliſeum
tibi iraſci, quod ſagittas ſæpius non iacias: ideo-
que tibi eſſe ſtatuendum, ſicut examen genera-
le non complectebatur partes omnes quæ deſi-
derari poſſint, ita & in hoc aliquid requiri: & *In examine particulari aliqua deſiderari.*
quidem id vnum, quod ſæpius in aduerſarios
impetum non facias, Alterum quoque deeſt
huic examini, quod de virtutum acquiſitione
nulla fiat mentio, quæ tamen pars potiſſima eſt
IN PERFECTIONIS adeptione. Addo multos

1.

2.

eo

eo progressos in virtutum curriculo, vt exiguam materiam peccatorum inueniant; naturalesque ea defectus potius esse censeantur, quam quæ mereantur peccati nomen. Illi cum naturæ furca expelli nequaquam posse viderint, tædio affecti, deserunt examinis huius studium, vtq; generali, vt decet, vtuntur. Accedit, quod si quis
4. (verbi gratia) hac septimana statuat vanæ gloriæ telum retorquere, vix pretium quodpiam operæ sit, præsertim proposito constanti stabili; aut si occasio nulla occurrat: atque ita vix quicquam inexaminis particularis exercitationis incurret: spiritualisque tiro & vesperi selum destitutum inueniet, & susceptum exercitium
5. in posterum non resumet. Denique nihil totius diei decursum occupationis præscriptum quo Ioas igne Domini succensus virtutem augeat, supellectilem copiosam comparet, ornamenta cumulet, sanctamque auaritiam extinguat. Gaudet operarius vespere, cum mercedem
Similia. manibus tractat: exultat miles, cum hostem
1. fligato spolia diuidit; lætatur agricola, cum
2. getes in horreum inuehit: & Dei operarius
3. speri gaudet se fatigatum quidem, sed locupletatum esse cælestib. nummis: & strenuus Christi miles sibi gratulatur, infensos hostes superasse, & spolia reportasse: denique bonus Dominici cultor in sinu lætatur, dum manipulos multos in horreum Domini inuectos videt, & in animum suum virtutum semina cumulasse recepisse in centuplum.

130. Ideo ergo irascitur Eliseus, & exprobrat nobis

bis quod ter tantum iaciamus, cum nec de-
t sagittæ, nec ex parte Dei auxilium: nihilque
ilius sit, quam vt qui sagittam manu tenet,
rram percutiat: laraque sit illa, vt non desit lo-
is iaciēdi: (hostes nempe innumeri sunt, quos
m percusseris, timebunt & verebuntur te;
m quietos reliqueris, aut etiam aliquid in-
ulseris, crudelius persequentur te) vult nam-
que Eliseus noster, Syriam omnem, omnes eius
initates sternamus: non remaneat lapis scele-
atæ ac nefariæ prouinciæ super lapidem, qui
non destruatur: cadat vitæ superbia, ruat pecu-
niæ cupiditas: omnia vanitatis, voluptatis, cupe-
tiarum, epularumque delectamenta conculcē-
tur. Id profecto tribus ictibus non conse-
queris. Optime Claudiamus: *Lib. 2. in Eutropium init.*

Vlcera possessis alte suffusa medullis
Non leuiore manu ferro sanantur & igni,
Vt liceat reliquis securum viuere membris.

Quoties ergo vibrari telum, terramque percu- *Victoria perfecta de hostibus spiritualibus in quo consistat.* 1.
ter diem oportebit? Respondet Eliseus: *Si percussisses* (inquit) *quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consumptionem.* Euasis-
tes dominus tui, dominus mundi, regni dæmo-
num euersor: tibi, (quod magnum est) addo &
toti orbi imperasses. Quia vero tantum ter per-
cussisti, ter percuties Syriam, præmium repor-
tabis trium operum: quoties nempe illud exer-
citij genus subieris. qui enim formulam exami-
nis particularis seruat accurate, haud dubie finē
ium, quem intendit, assequitur aliquatenus:

nec

nec sine præmio Dominus liberalissimus quidquam fieri permittit ad honorem suum, quod profusissime non remuneret. Qui tamen Syriam tantum percutit ter, non euertit, non sternit, non tollit eius tyrannidem, non euellit: dicitus, victor de ea non triumphat.

In vita eius. 2. Aliter Beatus Antonius, de quo scribit S. Athanasius. Is enim in primis cum mundi fuga in solitudinem exclusisset à se, & rem familiarem pauperibus distribuisset; hisce solutus „ pedimentis, cæleste vitæ genus in terris co„ instituit: (magna sane victoriæ pars) sed „ in periculosum illud certamen descenderet „ fidei præsidium, quo erat armatus, adhi„ dum sibi putauit subsidium reliquarum vir„ tum; quarum tanto studio incensus fuit „ quemcumque videret aliqua virtutis laude „ cellentem, illum imitari studeret. Nihil „ tur eo continentius, nihil vigilantius erat „ tientia, mansuetudine, misericordia, humi„ te, labore ac studio diuinarum Scripturarum „ perabat omnes. Cum talis tantusque Dei „ euasisset Antonius, sanctissimum iuuenem „ stis humani generis variis tentationibus ag„ ditur: quas ille ieiunio & oratione vincebat „ quotidie ad Christianam PERFECTIONEM „ proficiens, dæmones (quorum tanto „ res erant impetus, quanto ad resistendum „ tior euadebat) ita contempsit, vt illis ex„ braret imbecillitatem: ac sæpe discipulos „ excitãs ad pugnam contra diabolum, docens „ quibus armis vincerctur, *Mihi credite*, dicebat

res : pertimescit satanas piorum vigilias, ora-
es, ieiunia, voluntariam paupertatem, misericor-
m, & humilitatem, maxime vero ardentem in
ristum Dominum caritatem, cuius vnico sanctissi-
crucis signo debilitatus aufugit. O generosum
thletam, cui non satis fuit vincere, sed ho-
es persecutus est, donec comprehenderet &
primeret, præclaro nobis proposito exem-
lo! En tela, en sagittæ, quibus terra percutitur,
ostis perimitur ac sternitur.

Idem fecerat Dauid, bellator insignis; ita e- 3.
im primum statuit: *Persequar inimicos meos, &* *Psal. 17.*
prehendam illos: & non conuertar, donec de-
iant. Confringam illos, nec poterunt stare: cadent
tus pedes meos. Comminuam eos vt puluerem an-
faciem venti, vt lutum platearum delebo eos Sed
id, Dauid? iacies sagittas, si Eliseus manus tuis
ò supponat? Nequam. *Præcinxisti me*, ait, *virtute*
bellum. Quod vero secutum est videamus
cœlium, ac victoriam. *Supplantasti*, ait, *in-*
gentes in me subtus me, & inimicos meos dedisti
is dorsum, & odientes me disperdidisti: Interea
ipies me de contradictionibus populi, constitues me
in caput gentium. Hic sagittas nullas iacere per-
timescit Dauid: nulli hostium pepercit; con-
ersus non est retrorsum, donec omnes cade-
ent, confractique nullatenus possent exurgere,
ranius nocituri.

t. Quid est enim quod te angit, molesteque persequitur, à quo maxime timere debeas? 4.
ò hoste nempe deuicto, quem non è medio
stuleris, quemq; nõ com minueris vt puluerẽ

ante

Iosue allegoria.

ante faciem venti. Mandauerat Dominus Iosue, vt populos omnes terræ promissionis deleret funditus: quibus si parceret, eosdem fore ipsis Iudæis in laqueum, in scandalum, in ruinam. Pepercerunt tamen multis. Heu crudelis benignitas, cum parcis alteri qui tibi iugulum petat, qui perpetuo insidietur, qui in caput tuum iurauit! Ideo miseri Iudæi vix immunes à bello remanserunt: iidemque, quibus vitam donarant, interitum attulerunt: auerterunt enim corda ipsorum à vero Deo, & ad sua idola traxerunt: ideoque perdidit ingratos Dominus fueruntque capientes qui eos ceperant: quos deleuissent, hanc plagam adeo immanem passi sissent.

Expugnaturos cælorum regnum, eiusque tria, ac virtutis palatium, monet, hortatur, detestatur Deus, si pace frui velimus, hostes omnes funditus deleamus. At quis valeat? hi magni sunt, magni, & potentes. Quid tum? Deus adest, suppeditat: is certat pro nobis. *Non in gladio*

Psal. 43. *stro* præsumimus *possidere terram, & brachium strum non saluabit nos: sed dextera tua,* Domine *brachium tuum, & illuminatio vultus tui. Non cu nostro speramus, & gladius noster non saluabit Tu es ipse Rex noster, & Deus noster, qui mandas tes Iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu*

Num. 13. *in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.* Stago imbellis populus, & fugax, qui audito solo gigantum nomine despondebat animum, adeo vastam prouinciam subiugauit: si ad eos diuina nempe virtute pugnantium, vocem tubæ

us ciuitatum muri corruerunt; quid ni virtus
ristI Iesu, Domini nostri, qui mortem, mun-
, peccatum, & satanam deuicit, confringet
ersarios nostros, subtus nos corruentes, si
s nos præbeamus?

Pugnandum igitur est, iaciendæ sagittæ,
dendi aduersarii; at quot ictibus, vt commi-
ntur? Certe multi sunt, vt dixi, & duri: at-
vbi tot dæmones, tot praui affectus, tot in-
abitus pernicioſi, sæpius tundendum est.
pertinax, & ni pellatur vi, iussus abibit
mquam. Opus ergo est alio examine, quod
uiatiis pellendis & euellendis. Sed ne confu-
me tot examinum (quod nomen nonnullis o-
ilum est, ac tetricum) obruamur, rationem
c ornandi ditandique internum hominem
gotiationem spiritualem vocabimus: cuius
nm pars est examen hoc tertium, de quo po-
dicturi sumus.

CAP. XXIV.

De causis Negotiationis spiritualis, & primum quidem de materia eius subiecta.

MIrum forte cuipiam videbitur, si quisquem dixerit, nobis mandam esse à Deo Negotiationem spiritualem: verm in hisce dubiis ad sacrarum litterarum præidium velut ad sacram ancoram confugiendum est:

Negotiatio spiritualis ex sacris litteris probatur.

Luc.19. est: satisque id ex verbis Seruatoris præscriptum
Ephes.4. esse, & quidem magno rigore, B. Lucas testa-
reliquisse videtur. *Negotiamini*, (ait Domin-
quibus distribuebat *vnicuique secundum mo-*
donationis suæ, vel mnam vnam, vel talenta
sa) *negotiamini* (inquam) *dum venio*. quibu-
bis summus Negotiator nos omnes suos
tores constituit: communicat enim vnic-
nostrum certum gratiæ munus, quem-
Ephes.4. dum illi placet, vt auctor est D. Paulus.
que autem nostrum, ait, *data est gratia secund-*
suram donationis Christi.

Hæc gratia non sic nobis attribuitur, v-
possimus: sed institoribus datur à Dom-
rem eius faciamus, donec redeat, & rat-
rei datæ & acceptæ à nobis exigat. Libe-
quidem remunerat: sed rigide, austere,
reque lucrum exigit: quid enim seuerius,
quod seruo, qui mnam repositam in sud-
seruarat, socordiam, velut enorme scelus,
bissime exprobrat, multis præsentibus, n-
eius confusione? quid, quod inde tollere, v-
posuit: metere, vbi non seminauit: vsura-
pere velit, vbi non est negotiatus? quod m-
seruum negligentem spoliet? quod denic-
inutilem mandet *eiici in tenebras exteriores,*
Matth.25. *rit fletus & stridor dentium*? Hæc sane grauia
& tamen in reditu suo, cum in decessu ex-
ta ad rationes euocabimur, eam à nobis
scet rationem. Sed cur tam seuere? Incu-
nimuero magna est, iuxta & ingratitudo:
nempe tanti Domini, quæque tot laborib-

stitit, parui pendere ac negligere: & cum
negotiatores simus, non pluris Dñi nostri
nas, vtilitatem, honorẽ, ac præcepta æsti-
re: imo amplius dico, nos ipsos nõ pluris fa-
lucrum proprium, profectum, ac promo-
nẽ, quam nihilominus & ipse Dñs intendit.
Turpe est, institores dies noctesque summis *Allegoria.*
oribus in lucrum dominorum suorum in-
mbere, vt perituras diuitias acquirãt: nos au-
stertere atq; otiari. Ecquid sunt opes illæ
mparatione cælestium? Dicat Salomon: *Me-* *Prou. 3.*
r, ait, est acquisitio sapientiæ negotiatione argenti:
ani primi & purissimi fructus eius. Pretiosior est
cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non va-
nt comparari. Ideo mulier sapiens *facta est quasi* *De naui*
nauis institoris, de longe portans panem. Ex filis ete- *institoris.*
m pannum aut telas conficit, quas vendit & *Prou. 31.*
mmutat cum frumento, quod exteris lateq;
motis regionibus adfertur.

Institorum prima dignitas est, habere bonũ
locupletem dominum: at noster & optimus,
locupletissimus, & liberalissimus est. Opti-
negotiamur, cum omni studio, qua agendo,
patiendo, virtutum opera deducimus, eaq;
rteximus, multaque paramus, quæ vsui sint
exemplo non modo domesticis & vicinis,
d & longe lateque remotis, dum præclara ge-
ad exteras nationes deferuntur. Fama ac
ædicatio, quæ circumfertur, nauis est instar,
a hominum præclara facinora deuehuntur.
Quid vero mercedis sancta anima per mulierẽ
gnificata recipiet? Panis, quo mentem nutriat,

petitur non è terra sed è cœlo, regione remo-
tissima; de quo Dominus dixit: *Ego sum pa-*
Ioan. 6. *nis viuus, qui de cœlo descendi.* Nec exilis pa
redditur, sed is, cuius pretium nutriat, v
gat, ornet, omnia denique ad vitam neces
contineat. Gustemus ergo, & experiamur
deamus quoniam bona est Negotiatio hæc;
permittamus nos à mortalibus, qui summ
dore, intolerabili labore & fatigatione f
ac fallaces opes sequuntur, studio, cura,
gentia, industria superari.

Negotiationis spiritualis vtilitas.

134. Sine hac Negotiatione numquam P
FECTIONEM assequemur. Hæc est,
egestatem & indigentiam à nobis expellit
uitias auget, virtutes conquirit ac cumula
nique omnis sanctitatis veriq; honoris ac
FECTIONIS fastigium attingit.
enim de examine speciali loquimur, in eo
gnum quidem momentum collocamus,
eo tamquam censoria quadam dignitate
scientia nostra vtatur, ad rei gestę statum e
dum, & Negotiationis summam repe
dam; quasi dati & accepti rationes à nob
postulet exhiberi: verum vbi Negotiatio
est, nullæ rationes remanent exigendæ.
ci simili examine vtuntur, quod eorum
Negotiatio. Examen vero ad hoc seruit
inquiratur an fiat Negotiatio, an vigeat; q
ligentia, qua industria; quid prætermis
quid actum; quo successu, quo fructu. Negot
tio vero ipsa acquirit, meritoque assequen
PERFECTIONIS primum instrumentum p

appellari : vtitur enim virtutibus omnibus quam pecuniis, imo res omnes naturales in suos & lucrum adsciscit. quare, si hæc duo nue gerantur, occasiones ingentium opum iscemur, & breuissimo spatio, cum ingenti ritualium opum cumulo, ad PERFE-TIONIS culmen perueniemus. Vnum o sine altero parum proderit: nam discussio sine studio proficiendi inanis est, quæsitio vero estium diuitiarum sine discussione flaccescit.

Examinis seu Negotiationis huius obie- duo sunt : quorum primum ex eo corpore cati conficitur, de quo D. Paulus, *Quis liberabit de corpore mortis huius ?* iis adiunctis bitibus, quos longo vsu ac consuetudine pec- di contraximus ; de quo corpore loquitur ssianus in collatione Cheremonis Abba- *Hoc itaque*, ait, *peccati corpus multis vitio- membris probatur extructum ; & ad eius attine- portionem, quidquid vel facto, vel dicto, vel cogita- peccatur : cuius membra rectissime super terram iacuntur. Huius corporis Apostolus membra scribens, Mortificate, ait, membra vestra, quæ sunt super terram : fornicationem, immunditiam, libidi- nem, concupiscentiam malam, auaritiam.* Hæc ssianus. Vocatur autem corpus, quod ex ultis membris conflatum, (vt ibidem anno- Cassianus) quodque compaginatum ac co- natum sit, vt partes omnes firmissime co- reant, vixque modus sit vnam ab altera auel- di, ni totum corpus dissoluatur. Quemad- dum enim pro corpore brachia se periculo

Negotiationis spiritualis obiecta duo.

I.

Persequitur peccata.

Rom. 7.

Collat. 12. ca. 2.

Col. 3.

Corpus peccati quid.

Similia.

I.

2. obiiciunt, sicut ceteræ partes pro capitis tuitione: ita pertinaciter vitia omnia sese mutuo iunctis viribus propugnant. Id quoque videamus in rudente, seu fune nautico, quem difficulter vel abrumpes, vel scindes, ni dissuas, & in prima fila redigas. Inquirendum ergo in corpus hoc nefarium: alioquin dissolutio hæc admodum difficilis est; & partes ipsæ sic permixtæ, vt quodammodo inuisibiles ac insensibiles reputentur. *Delicta quis intelligit?* non enim omnitenentes nos prouocant, aut capita sua foras exerunt. *Psal. 18. Nota a.*

3. Latitant serpentes in cauernis; nec semper mordent, nisi forte in occulto; quia non omnibus & tempore datur occasio. Scintillæ diuinæ in cauernis conseruantur sine luce, sine fumo. Si cineres amoueris, lucent illæ, & vicinas statim flammas accendunt, magnumque sæpe ignem concitant. Hanc nobiscum agitur: serpentes gemmei in cauernis animorum nostrorum, & subpœnitentiæ cineribus ignis haud raro delitescit. vbi nox tentationis aduenerit, egrediuntur serpentes & dracones ex antris, mordent; pungunt; cruentant, dilaniant eos, in quos impetum faciunt; & remotis pœnitentiæ cineribus, si nobis plus æquo confidimus, nec stipulas attrahimus, miramur nos primum hoc igne tangi, deinde accendi, ac denique, qui spiritu ceperamus, carnem absumi, & in fauillam spirituale ædificium redigi.

4. *Interni defectus non facile cognoscuntur.*

Tironibus familiare est, dum in primo conuersionis feruore versantur, propter impetuosum feruidi spiritus, qui omnia facilia reddit, opinan-

1. *Atironib.*

cioſius de ſe; nullam vmquam in vlla re fore
eſtiam; prauos habitus nullos, nullos ſer-
es, dracones, viperas, & ſcorpios in ſe ſu-
ſſe reliquos; ignem concupiſcentiæ pla-
extinctum, quod à cineribus contegatur. Di-
e tamen de iis licet illud Lyrici Poetæ: *In-
s per ignes Suppoſitos cineri doloſo.* Tranſit dies
ſolationis, venit nox, occaſiones peccandi,
gnæ actentationes; & mirantur in ſe adhuc
n modo deliteſcere, ſed & viuere, quos mor-
os extinctoſque arbitrabantur.

2. *A ſolitarijs.*

Idem vſu venire ſolet ſolitariis hominibus, ſine ſuperiore vel directore aut extra com-
unitatem degunt, & in arenã numquam aut
o prodeunt: magnis pœnis corpora ſua af-
gunt. Ii magis aduerſarios coercent, vinciunt,
concludunt, quam opprimunt; impediunt
mpe ne erumpant; (quod ſatis facile fit, dum
lla eis erumpendi occurrit occaſio) occulti
men latitant, imo contingit interdum vt bo-
is operibus iis ſerpentes alantur, vt in ſuper-
i imprudenti zelo videre eſt. At vbi cine-
s excutiuntur, nec in lingua frenum eſt, nec
laudis appetitu modus, nec in ciborum de-
ctu moderatio, nec in ira habenæ, nec in ſen-
ibus vllis cura; produnt ſe qui latuerant, & in-
uo homine veterem & viuere & vigere mira-
ur.

3. *A ſubditis.*

Coercentur etiam ſubditi diſciplinæ ſeueri-
te, ac ſuperiorum oculo, tamquam clauſtris
ſtiſſimis, ac cinerib. circumfuſis. Si ad digni-
es poſtmodũ aut officia euehantur; honores

Apparent in iis qui aliis præficiũtur. Simile.

non tam murant, quam produnt mores: & magistratus non facit, sed ostendit virum, quemadmodum medicorum experientia obseruatum est: si quis ex humili loco in excelsum mon... transferatur, ibi morbus non tam de nouo gnitur, quam, qui latebat, proditur. Quam ... sunt quotidiana! & quis idipsum in se non ... seruat? Si euectus ad dignitates in te non ob... uas defectus tuos, nec agnoscis: alij plus ... cognoscent & obseruabunt, & te tuis veri... pingent coloribus. Hi serpentes latere non ... sunt, nec ignis non lucere. Id vero nesci... quem vel experientia non docuerit, vel vi... studium & cura, ac vitiorum persecutio ... berauerit. Ergo in antrum conscientiæ ... penetrandum est: & venari eos oportet ... scos, qui, quia priores nos vident, incauto... cant; & lupos latentes, qui nobis loque... clamandi potestatem adimunt. Et licet mi... appareant, suspicari, imo & credere debe... in cauerna concupiscentiæ monstrorum g... omne contegi. Promittit nobis Isaias (si ... ex Deo nati mamillæ cælesti affueuerimus ... voluptatum huius mundi vbere auulsi) om... securitatem & immunitatem à venenato ... lu. *Delectabitur*, inquit, *infans ab vbere super fo... ne aspidis: & in cauerna reguli, qui ablactatus fu... manum suam mittet. Non nocebunt & non occi... in vniuerso monte sancto meo: quia repleta ... ra scientia Domini, sicut aquæ maris operie... tes.*

Isaiæ 11.

2. Obiectũ.

Alterum obiectum Negotiationis spiritu...

ſtaugmentum virtutum: infundũtur nam- *Negotiationis Studium virtutes acquirendi.*
e omnes virtutes ſupernaturales in prima
minis iuſtificatione; ſed eo, quo eas accepi-
s, manent ſtatu & gradu, niſi ſtudio, diligen-
ac operibus augeantur. Itaque Negotiatio
ſtra primum conatur nomina ſeu debita ſol-
re, inopiam pellere; quæ Negotiationis tineę
anguiſugæ ſunt: tum tota incumbit vt ſupel-
augeatur, ornetur domus, theſaurus coacer-
ur, denique mercator egregie ditetur ac no-
litetur.

CAP. XXV.

e cauſa finali Negotiationis ſpiritualis, mpe ſpirituali lucro: deque cauſa eiuſdem efficiente: additis aliquot præceptis, quibus feruor & conatus noſter excitetur.

QVis ſit finis Negotiationis huius, fa- *Finis ſeu excellentia ac pretium Negotiationis ſpiritualis deſcribitur.*
cile cognoſcitur ex iis quæ diximus:
quærit enim mercator lucrum; & ſane, ſi lu-
crum non ſperaret, labores non ſuſciperet. ſed
lucrum temporale ſectatur, nos vero ſpirituale
& æternum: at hoc quantum illo pretioſius!
ſtudiamus pretium, illudque concupiſcamus.
Hac Negotiatione ſapientiam acquirimus, the-
ſaurum profecto incomparabilem. at cuius
pretij eſt ſapientiæ acquiſitio? *Neſcit homo pre-* *Iob 28.*
tium eius, ait Iob, *nec inuenitur in terra ſuauiter*

viuentium. Non *dabitur aurum obryzum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus. nec lapidi ſardonycho pretioſiſſimo, vel ſaphiro.* Non *adæquabitur ei aurum & vel vitrum, nec commutabuntur pro eo vaſa auri: excelſa & eminentia non memorabuntur comparatione eius. Nō adæquabitur ei topazius de Æthiopia nec tinctura æmundiſſimæ componetur.* Quid hoc lentius dici poteſt? quid mortalium excitet ad ram cupiditatem, ſi hæc non excitent? rum eſt homines oculos habere, hæc autem videre nec intelligere; diuitias immortales nere, perſequi fluxas ac fallaces.

Verum ſi ſedibus, ſceptris, purpura cap hæc Negotiatio his maiora aſſequitur. Au-
Sap. 7. mus idipſum ab eo qui expertus eſt. *Præpoſui* Sapiens. *illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil duxi in comparatione illius, Nec comparaui illi lapi pretioſum: quoniam omne aurum in comparatione lius arena eſt exigua, & tamquam lutum æſtimab argentum in conſpectu illius. Venerunt autem mihi nia bona pariter cum illa.*

Excellentiam lucri huius paulo poſt idē ſequitur prolixius, quidam enim prætereā tiis & virtutibus delectantur: has Negoti noſtra cumulate arquirit, & longe præſtanti-
Sap. 8. addit ergo Sapiens: *Hanc amaui & exquiſ iuuentute mea, & quæſiui ſponſam mihi eam aſſum & amator factus ſum formæ illius. Generoſitatem lius glorificat contubernium habens Dei. Sed & ni nium Dominus dilexit illam: doctrix enim eſt diſcipli Dei, & electrix operum illius. Et ſi diuitia appetuntur*

ia, quid sapientia locupletius, quæ operatur ? Si autem sensus operatur, quis horum quæ magis quam illa, est artifex? Et si iustitiam quis di labores huius magnas habent virtutes: sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutibus vtilius nihil est in vita hominibus. Et si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris æstimat. & post pauca: *Habebo propter hanc gratiam ad turbas, & honorem apud seniores iuuenum, & acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentum admirabilis ero, & facies Principum mirabuntur me, tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo imponent. Præterea habebo per hanc immortalitatem: & memoriam æternam his qui post me futuri sunt, relinquam.* Hæc sapiens.

Deus bone quis hominum auarus est, & non mercatur sancta cupiditate? quis ambitiosus, & non decora non æmulatur? *Filij hominum, vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Plura de hac re dicerem, nisi magnam partem prioris libri in hoc argumento consequendo consumpsissem. Magnum enim lucrum est, euadere in dominum sui, mundique & dæmonibus omnibus imperare, tot diuitiis tantoque thesauro locupletari, quem nobis istæ sacræ pollicentur; vt insanum esse oporteat aut insensibilem eum, qui hisce promissis non moueatur. Hic finis, hoc pretium est Negotiationis. *Psal. 4.*

Negotiationis spiritualis causa efficiens.

17. Deinceps causa efficiens tractanda est. Iam opinantur nonnulli Deum esse: non male: si

si tamen arbitrentur nobis esse expectandum, donec Angelus è cœlo veniat, qui suauiter dor-
3. Reg. 19. mientes, velut alterum Eliam, excitet, vt comedamus, bibamus, & magnis itineribus comedamus in montem Dei Horeb, grauiter fallu-
Act. 2. tur. non omnibus promiscue id contingit. Solis Apostolis & paucis aliis missus est Spiritus Sanctus in igne & linguis, visibili specie: solis Ma-
Matth. 2. stella, quæ solis rotam vincebat decore ac lu-
Exod. 13. ne, dux ad Bethlehem sequentib. apparuit: Iudæos nubes lucida per diem, & colum-
gnis per noctem, terram promissionis adeun perduxit. Fateor quidem; nemo est qui manus vinciat, vt non possit quamplurima lia aut etiam maiora conferre: non est tam via consueta. Præsidia sunt Ecclesiæ ad tum ad vitam animæ consequendam, tum eam fouendam, augendam, & perficiend
An gratia efficax efficiens causa sit Negotiationis. 1. Quapropter, etsi superiori libro Deum Pa-ctionis auctorem ac reparationis parentem scripserimus, nolim ego eum habere disci-lum, quem cum ad negotiandum spiritua-inuitarim, is mihi respondeat mandari impo-bile: passionibus ad grauissima quæque pec-nos deturbantibus imperari non posse: q Deus nulli gratiam tribuat, nisi eam quam cacem vocant; eam vero non omnibus dari iis solum qui secundum propositum vocati sancti, præter eam nullum auxilium nosse p-uium, quo à præcipitio & lapsu retineamur, aut ad bene agendum inuitemur. Quid enim, si nullum efficacem è cœlo motum sentias; flec-

noctes & dies? libros pios non leges? Sacra-
nta non frequentabis? verbum Dei non au-
? carnem rebellem non coercebis? occasio-
peccandi non fugies? manebis in peccato,
congruam illam gratiam non habes? Non
n quoque libenter habebo discipulum, quē
eccati arguam, is mihi respondeat se non
uisse gratiam efficacem; se immerito plecti
reprehendi, cum tentationi resistere non pos
ine gratia Dei congrua, quæ ad bene agen-
m prædeterminet; aliam vero non dari: si
eatur de præsentia Dei monita mea amplecti
amen quotidie instituere particulare; si om-
sua ad Deum referre, sensibus frenum inii-
e, patefacere ac confiteri interiores atque
litas cogitationes & tentationes; Religio-
suæ leges, sui superioris mandata, ordinem
nique seruare domesticum; ad singula respon
at gratiam sibi congruam deesse, nec aliam da
; hanc vero habere, in sua non esse potestate.
Quidquid sit de ea opinione, illa profecto insti-
to nostro parum conuenit: imo cum olim
ter varios periculose serperet, occasio fuit
ato. Augustino scribendi librum De gratia &
bero arbitrio ad Valentinum & cum illo Mo-
achos. Quam vero hæc sit viris Religiosis
& PERFECTIONIS amatoribus impor-
na opinio, fuse docet toto libro De correptio-
e & gratia ad eosdem; de quo sic in Retracta-
onibus: *Rursus ad eosdem scripsi alterum librum,* Lib. 2. c. 67.
*nem De correptione & gratia prænotaui: cum mi-
nuntiatum esset dixisse ibi quendam, neminem cor-*

ripien-

ripiendum, si Dei præcepta non facit; sed pro illo, vt f
ciat, tantummodo orandum. Quæ vox nata erat e
ista de gratiæ efficacitate sententia. Quid
nim proficio in tradendis præceptis PERF
CTIONIS, in hortando homines ad fer
rem, ad diligentiam impellendo, si non p
quis excitari sine gratia efficaci; nec ea habe
si ab æterno Deus eidem præparauerit ac
determinauerit immittendam certis mo
tis & occasionibus; & quidem sic, vt nume
opus illud facturus sit, nisi gratia illa volu
eius ita præueniat & præmoueat ac prædi
miner? Quod si non fiat, certo mihi consta
nullam omnino habuisse gratiam: alioqui, si
buisset, illa fuisset efficax, opusque ipsum e
set.

Quid etiam talem hortor, cum ne hor
quidem possim sine periculo erroris, quem
Augustinus Pelagio merito attribuit? Si etc
nihilominus incitem ad PERFECTI
NIS studium, nec possit illud assequi, qu
gratia desit congrua: si (inquam) hortando
mam, si vrgeam, vt viribus saltem naturæ
FECTIONIS culmen petat ac consec
respondebit me esse Pelagianum, cum ce
sit, non modo nullum PERFECTIONIS
ne vel vnũ salutis opus sine Christi gratia
modo confici posse.

Tomo 6. & 7. variis libris.

138. Hæc quin commemorarem, prætere
tere non potui: cum enim quadam occa
ne quempiam non meæ togæ perbenigne à
tio deterrerẽ: mihi is succensuit, existimans
nitri

onem meam reprehensionem esse; quam
ren pati tenebatur, & merito, quia repre-
sibilis erat, & id ex officio meo mihi incum-
bat. Is erat vir pius, nec indoctus: ratus tamē
sibi iniuriam irrogari, quod quasi reprehen-
retur, vbi nulla reprehensionis causa sibi ad-
videretur; quandoquidem Deus omnibus
im gratiam non largiatur adeo congrue, vt
ccata vitari possint; nec deesse qui idipsum
ceant ac constanter tueantur. Obstupui, fa-
or, & ex animo indolui, grauissimis nefandis-
é peccatoribus videri sentētias nostras scho-
licas patrocinari; eoque ventum esse, vt nec
sphemi, nec ii qui à S. Paulo capite primo ad
manos depinguntur, homicidæ item, & præ-
nes profligati, in vtroque foro reprehendi
sint, quin patrocinium impietatis scelerūq;
rum ex Theologiæ petant fundamentis.

9. Qui ergo aliquid volunt proficere, sen-
ant benignius, nihil non facile à nobis propo-
gratiam omnibus dari sufficientem, vt quo-
de orare valeant, & dicere, *Pater noster qui es in* *Matth. 6.*
is, *dimitte nobis debita nostra, ne nos inducas in*
tationem: hanc vero gratiam, parituram effi-
acem, vt Dei voluntatem faciamus, in tenta-
onem non inducamur. Et quamuis ad oran-
m, ad credēdum, ipsi impares nos sentiamus;
on impares tamē sumus per eam gratiam, quæ
nibus datur, ad dicendum: *Credo Domine, ora*
mine: sed adiuua incredulitatem & infirmitatem
eam. quod si non possit, omnino non video
ibus præceptis quispiam astringi debeat, siue

diui-

diuinis, siue humanis; video autem posse quem libet respondere: Nihil possum sine gratia efficaci; eam vero non habeo; parere ergo non mearum virium. *Philip. 4.* Verum *omnia possum in eo me confortat.* Facienti quod in se est, benignissimus Dominus non denegat gratiam: pulsat *Apoc. 3.* fores nostras, vt ingrediatur, cœnetque cum eo, & nos cum eo. Cum hac ergo gratia sufficienti, ad inchoandum feruor noster excitandus est; præsidiaque arripienda, quæ Deus nobis Ecclesiæque suæ reliquit.

Cant. 7. 140. Quidam vero à recenti conuersionis primo ardore feruntur, vt ascendant in palmam, & apprehendant fructus eius: alij à feruore primæ conuersionis in tepiditatem degenerant. Videndum denique, quid sit feruor, vix vmquam sufficienter perti. Primorum condicio admodum fauorabilis est, & profectui opportuna, si modo eiectorem admittant, & procedant prudenter. Tepidorum negligentia suscitanda est, excitandi frigidorum, iisdem pæne præceptis, quorum aliquot hic tradenda sunt.

Præcepta quædam ad feruorẽ excitandũ.

In primis magni faciant PERFECTIONIS decus & dignitatem: perpendant diligenter, quæ ex Salomone præcedenti capite & in superiori

1. libro de excellentia, splendore, ac insignibus veritatis fusissime disputauimus; ex hoc namque fundamento cetera pendent.

2. Alterum præceptum est acquirendo feruori idoneum, vt in animo excitetur ingens amor PERFECTIONIS, tamquam summi boni quod in hoc mundo haberi possit: in quod tot ex cellen-

ntiæ, pulchritudo, bonitas, diuitiæ & opes, ę ac quies confluunt, vt præ illo lutum ce- debeant æstimari. 3.

ertium ex duobus hisce promanat, vt totis bus, conatu, industria, cura, ac diligentia ad inum virtutis capessendum, quod admo- pretiosum reputamus, indefesse fera- *Vis amoris prosequendo bono cupito.* Hoc facit amor, vt bonum, quod dili- possidere cupiat: si præsens non sit, desiderio ur: & tanto quidem, quantus amor ipse sit. oringens ingentem parit conatum ac desi- um, vt eleganter Augustinus. *Sicut amor* *In Psal. 121 in proœmio* *it, immundus inflammat animam, & ad terrena apsienda & peritura sectanda vocat, & in ima pitat, atque in profunda demergit: sic amor san- ad superna eleuat, & ad æterna inflammat, & ad e non transeunt, neque moriuntur, excitat a- m, & de profundo inferni leuat ad cœlum. Ha- amen omnis amor vim suam, nec potest vacare a- in anima amantis: necesse est vt ducat. Sed vis qualis amor sit? vide quo ducat. Non enim mone- m nil ametis, sed monemus ne mundum ametis: vt qui fecit mundum, libere ametis. Obligata e- anima amore terreno, quasi viscum habet in pen- olare non potest: mundata vero affectibus sordidis- seculi, tamquam extensis pennis, & duabus alis utus ab omni impedimento, id est, duobus præceptis ctionis Dei & proximi, volat. quo, nisi ad Deum as- lens volando, quia ascendit amando? Hæc Augu- us.* *Hom. 25. in Euang. post initium.*

Ex desiderio ergo metiris verum constantē- æ amorem: qui si illico bono cupito non

In Psal 118. ad vers. Defecit in salutare.

fruatur, affligit animam, auctore Gregorio: *Sancta desideria*, ait, *dilatione crescunt: si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt.* In eandem sententiam Ambrosius: *Quo diutius absens desideratur, eo expectantis desideria maiori quadam vi amoris ignescunt.* Caro deficit, *sed cupiditas crescit & augetur.* Constans ergo amor constanti desiderio fertur.

Perfectionis studiũ atque amor terminum non habet.

Quid si desiderium quidpiam assequitur hoc genere, acquiescet ne propterea? Nequam. aliquid obtinuit quidem; sed vastum immensumque est, quod amor iste protentur: duplex enim bravium ab amore quaeritur in hoc mundo alterum, alterum in futuro seculo. Illud quod altero sæculo possidebitur: *non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit*: cogitari potest, desiderioque attingi: vero, teneri, comprehendi, & pro magnitudine æstimari à mortalibus non potest. Tanta tem est PERFECTIONIS vitæ huius plitudo ac sublimitas, vt, quocumque tu conatus pertingat, culmen extremum nam assequatur: quin etiam eo se minus cepisputabit, quo plus adeptus fuerit; desiderii angustias boni adipiscendi intensitas ob irritat magis, & ad persequendum prouoc

1. Cor. 2. Isaiæ. 64.

Quo ardore quærendа sit Perfectio. Prou 2.

141. Verum quanto [illegible], quo ardore tum bonum quæri debeat. *Si quæsieris eam* (sententiam nempe) ait Salomon, *quasi pecuniam* rum hoc est, vtriusque obiecti bonitate comratio: sed satis sit, si quis PERFECTIONEM quærat, sicut mortales ad pecuniam anhe-

Quæ

madmodum hi, qui per insaniam mente
llati sunt, non iam res ipsas, sed passiones *Simile.*
phantasiæ vident: ita etiam mens auari, se-
vinculis cupiditatis astricta, semper se au-
, semper argentum credit videre, semper
tus computat; aurum libentius quam so-
intuetur; ipsa eius oratio & supplicatio ad
minum, aurum quærit. Ita ergo insanias ad
quirendas opes spirituales, vt quidquid ege-
, videris, audieris, pulchritudinem virtutis
earis intueri, illam optare, illam comple-

Ex omnibus lucrum aliquod quærito, siue
nduces, siue bibas, siue ludas, siue domum
as sapientis, siue fatui ac dementis, suisque
iuuis ineptientis: ex omnibus fructum ali-
m colligas ac reportes: in vno virtutis venu-
em comprobando, vitij turpitudinem dete-
ndo in altero; imitando probos, iuuando in-
miore; tibi de beneficio vocationis gratulã-
Deo denique in omnibus agendo pro virib.
gratias, qui te è luto sæculi huius nequam in ad-
mirabile lumen suum familiamque transtu-
li.

42. Hoc quoque, pro quarto præcepto, à *Præceptũ. 4. Mercari in reb. pretiosis.*
mercatorib. feruoris mutuari oportebit, quod
superiori libro exposuimus, in multis, magnis,
& pretiosis rebus mercari: lucrum enim & ma-
gis est, & genus Negotiationis nobilius atq;
fecundius. Venditio magna est, omnia sua di-
strahere, ac pauperib. Christi amore, distribue-
re, contractus excellens corpus suum in perpe-

tuam castitatem æterno Sponso tradere: nobi
merces sunt, potentias animæ, imo & anim
ipsam in obsequium diuinę Maiestatis tr
re; vitam omniaque mundi solatia, ama
Domini Iesu Christi causa profundere; a
mi præparatione, aut re ipsa: omnia studia,
ctus, ac desideria in vnum Deum,
quam fidissimum amicum redigere, in
perpetuo amoris nexu concludere. Ha
gotiatio, vt rerum magnarum multaru
fructum parit incomparabilem: ei ver
dimus, qui luculenter pretium perso
differt ad horam; magisque lucro nostro
profectu suo, quia nulla re indiget, de
tur.

Præceptum 5. In omnibus rebus esse merendum ac quærendam Perfectionem.

143. Locupletes quoque mercatores (
mum præceptum subiiciamus) plures
diuersis locis tenent per institores. E
negotiemur non modo per nos, sed pe
cumque alios, vbique locorum, quibus De
sequium promouere possumus: siue co
siue auctoritate, siue subsidiis temporalibu
tera quæ ad feruorem augendum spectan
tenda erunt ex tribus superioris libri capi
finalibus, & ex iis quæ in posterum dic
mus. qui enim feruorem amiserunt, quic
adepti nondum fuerunt, hi sine labore ac
rent numquam: nam etsi Deus peccata no
mittat, quibus feruor ipse extinctus est: recu
rationem tamen illius, labori ac diligentiæ
stræ relinquit. Sine labore terra ante pecca
Adamo flores fructusque pariebat eximios:

ic, perdita Dei amicitia. Rosas teste Basi- *In Hexam. homil 5. sub med.*
ne spinis non inuenies, vt ante primi homi
ipsum: nec proferet suos terra sine sudore
os: imo *spinas & tribulos germinabit tibi*, quos *Gen. 3.*
as euellere: terram deinde arare ac fatigare
sum est: oportet serere, occare, metere: de-
e *in sudore vultus tui vesceris pane* tuo. Si no- *Ibidem.*
magitur: virtutes nullæ nunc afflulgent si-
inis vitiorũ pungentibus. Euelli eas prius
s est, & aratro mortificationis cordis nostri
m proscindi, semẽ virtutum spargi, & surcu-
iferi fructuosos: quos cum auxeris, fa-
atem indues & feruorem. Et hæc qui-
n de causa efficiente nostræ Negotiatio-

CAP. XXVI.

Negotiationis spiritualis causa formalis exponitur: cum industria prima quæ est reliqua intentio, & ab alius intentionib. duabus distinguitur.

AD formam Negotiationis multa referun- *Ars Negotiationu necessaria, ab exemplo mercatorũ.*
tur, quæ in ipsa arte concluduntur: sua e-
cuiusque disciplinæ ars est, vitæ autem ac
gotiationis spiritualis nobilissima. Ars ve-
onga experientia collecta, certis præceptis
ue obseruationibus continetur: quas dum
uitur mercator, rem magnam præstat:
m perdit is, qui sine arte temere progre-

ditur: variaque tentat incautus media, quæ nu-
næ potius quam lucri auxilia æstimanda sint.
Certe minus vtiliter mercatur, qui hic aurum,
argentum, margaritas, aromata sibi comparat,
quæ deuehat in Indias lucri gratia: hic enim ha-
rum inopia, illic magna copia est. rideret
mercator, qui id faceret. Ridendi sunt & ne-
gotiatores, qui opes terrenas, voluptates,
nores que congerunt, quæ in cœlis diuen-
vilescunt enim illic, & contemptui sunt:
quia stulte mercantur, tum quia meliori-
cœlis abundant beati.

Industria 1.

Artis est caute vtiliterque mercari: quam-
pter obseruationes aliquot, tamquam ne-
strias, constituemus; quibus cognitis, omnis
istius formæ partes distinctius cognoscan-
Harum prima in intentione consistit; quæ
negotiatori desit, nihil efficiet. Mirandum
illud in primis, quod intentio vendendi
menti parum adferat emolumenti, nec
ces ideo pretiumue nobilitet: in nostra
Negotiatione forma ac nobilitas mercis
pendet, quemadmodum & pretii dignitas.

Bona intentio actui formam ac dignitatem confert.

si enim prava intentione operemur, deteri-
merces nostræ bonæ esse; fœdæ sunt, & pe-
pes: si vero intentionem adhibemus pro-
bilem, euadunt statim & merces prænobiles,
aureæ, summique pretij. Et hoc nouit lon-
tissimus mercator emptorque noster; quan-
tam rem ipsam considerat, quam intentionem.
vnde quod dicitur; *Et genus formam Regina pe-*
cunia donat; id de intentione statuendum est.

cendum, *Et genus & formam Regina intentio*

is.

Monet D. Gregorius, & docet, qua ra- *Lib. 1. Mor. c. 20 in c. 1. Iob, ad illa verba: Ne forte peccauerint filii mei. Intentio bona sit initio, in progressu, in fine.*
ne mercari debeamus: cum enim intentio
na necessaria sit tum ad bonitatem actuum,
n maxime ad eorum excellentiam & valo-
m augendum: vigilandum suadet, ne aut pri-
is initiis, aut in progressione, aut denique in
ne degeneremus: ita enim ait: *Bona nostra tribus modis antiquus hostis insequitur: vt videlicet hoc, quod rectum coram hominibus agitur, in interni iudicis conspectu vitietur. Aliquando namque in bono opere intentionem polluit, vt omne quod in actione sequitur, eo puro mundumque non exeat, quo hoc ab origine perturbat. Cum enim facilia ad decipiendum corda hominum conspicit, eorum desideriis auram transitorij fauoris opponit: vt in his, quæ recta faciunt, ad appetendæ vanæ tortitudine intentionis inclinentur. vnde recte sub Babylonis specie de vnaquaque anima miseræ intentionis laqueo capta per Prophetam dicitur: Facti sunt hostes in capite. Cum vero hi hostes intentionem vitiare non prævalent, in via positos laqueos tegunt: vt in eo, quod bene agitur, cor exaltans se, ex latere ad vitium derivetur. vnde Psalmista: In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. & Ieremias de quibusdam: Cum venissent (inquit) ad medium ciuitatis, interfecit eos. Cum vero antiquus hostis nec in exordio intentionis ferit, neque in ipsa mere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit: quos Propheta conspexerat, cum dixit: Ipsi calcaneum meum obseruabunt.* Hæc Gregorius.

Thren. 1. *Psal. 141.* *& Ierem. 41.* *Psal. 55.*

Danda ergo opera est ne decipiamur; ini-

tio maxime, quia corruptis initiis cetera vitiantur.

Li. cont. mendac. c. 7. tomo. 4.

Mala bono fine ac intentione non fiunt bona.

Illud quoque verum est, quod monet Augustinus. *Interest*, ait, *plurimum, qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat: sed ea quæ consuetudine peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nulla velut bona intentione facienda sunt. Ea quippe opera hominum, sicut causas habuerint bonas aut malas, nunc sunt bona, nunc mala, quæ non sunt seipsa peccata.* & infra: *Cum vero iam opera ipsa mala peccata sunt, sicut furta, stupra, blasphemiæ, vel cetera talia; quis est qui dicat causis bonis esse facienda, ut ea peccata non sint, vel (quod est absurdius) iusta peccata sint?* Hæc Augustinus, & bene: multi enim præclara intentione, si quid gerunt, turpitudinem sublatam arbitrantur à delicto, sanctique propositi veste se contegunt.

Sine prudentia nullus actus bonus est.

Nulla item intentio honestari potest, ut actio caret prudentia: nullusque actus, hoc nomine destitutus, idoneus est, qui virtutis indui venustatem. Nec excusaberis, si dicas te putasse ita agendum esse: respondebitur enim vicissim sapientis non esse dicere, Putabam: & Divus Paulus te arguet, dicens te zelum quidem habere, *sed non secundum scientiam.*

Rom. 10.

Intentio triplex.

146. De mala seu deprauata intentione nunc est hic dicendi locus: sufficiet triplicis generis intentiones explicare. Quidam enim nihil mala intentione agunt, imo nulla: quia nihil ex prouidentia seu animi designatione intendunt, nisi quod temere occurrit. Alii generali quadam intentione contenti, omnia sua ad eam refe-

1.

2.

erunt: in ceteris haud raro nituntur natura,
endentes quod eiden bonum videtur: nihil
nen diuinum reuera considerant, etiansi illis
rasse ita videatur. Alii denique vnice Deum 3.
ruentur, & in ipsum omnes cogitationes fa-
a, dicta, studia dirigunt.

In hisce tribus speciebus multa latent, quæ
erurentur, mortales damna sua sentirent, *Intentia*
bique aliter prospicerent. Quis nescit homi- *temeraria.*
um plurimos rarissime ad finem aliquem ho- *Simile.*
estum facta sua dirigere? iis prorsus similes,
qui mane proficiscuntur, egressi ex aliqua ciui-
atis porta, antequam decreuerint aut etiam
ogitauerint quonam sibi sit eundem; quare
eiperi à domo se abesse animaduertentes, si cō-
ulto agere velint, reuertātur necesse est. Hi er-
go semper eunt ab ingressu in hanc vitam: de fi-
e suo non magis cogitant, quam si nullus esset
prorsus. Alii dicunt se cœlum petere, & beatos
esse velle, & tamen viam ignorant. Ii quoque
egressi aberrant grauiter; quod non feciissent, si
deporta qua egredi, quaque via debuissent in-
cedere, fuissent sciscitati. Sed quam multi sunt
qui etiam viam norunt, proficisci tamen re-
nuunt, in eodem semper statu permanentes; &
incedere videantur nihilominus in circuitu
profecto ambulant, ad eum locum, vnde egres-
si semper redeuntes! Hi omnes deplorandi ve-
niunt; sed magis viri nōnulli, qui spirituales ha-
beri volunt, quibus cum duces, impulsores, ca-
stigatores non desint, virtutumq; exempla præ-
clara assidue obuersentur, res tamen suas sic

agunt, vt raro quid agant, quo eant; cuius causa, quo fine, rariſſime cogitent.

Incommoda intentionis temerariæ.

Quid inde damni, quæſo, oritur? Illud in primis, quod veſperi, dum quiſpiam redit ad ſe, cuias manus reperit: non eſt melior quam mane.

1. nullum è prauis habitibus non dico deleuit, ſed ne attigit quidem; nullam virtutem acquiſiuit, merita nulla collegit. quid ergo emerſit lucri?

Aggæi. 1. omnibus operibus quæ fecit? nihil. Quia domum ſuum (vt hortatur Dominus) non poſuit in viis ſuas, curam nullam habuit internæ domus Dei ædificandæ, crucem ſuam non tulit, ad cuius montes animum non tranſmiſit: ideoque quidquid fecerit, nihil profuit. Audiamus Dominum per Aggæum Prophetam hortantem ac corripientem: *Ponite* (ait) *corda veſtra ſuper vias veſtras. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum comediſtis, & non eſtis ſatiati; bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, & non eſtis calefacti: & qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum.* Hæc dicit Dominus exercituum: *Ponite corda veſtra per vias veſtras: aſcendite in montem, portate ligna, ædificate domum. Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus. quam ob cauſam? dicit Dominus exercituũ. quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis unuſquiſque in domum ſuam.*

Ibidem.

2. Accedit, quod deterior euaſerit: nulla enim bona fecit, quæ tamen facere debuerat: ſi quæ vero fecerit, multis erroribus ac vitiis fuerint aſperſa. Meditatus ſum, ais. ita eſt, ſed ſine fructu: ergo ſcopæ diſſolutæ; ergo ſine ſenſu, ſine fructu. Sacrum quoque audiſti, oraſti; at ſine

e intentione : ergo diſperſo animo,& forte
cumfuſis ſenſibus, ſine præparatione.Multa
mque agimus perperam; quia ſine fine debi-
que intentione,quæ ſpiritum reuocet,ſenſus
ontrahat,animum excitet.Eorum pleraque na
uralia omnino ſunt, ideoque meriti nihil ha-
ent.

3. At quot occurrunt animo vanitates ! quam multa ex ore euolant verba inania!quam profuſus adiocos animus!ad cachinnos,detractiones irriſiones , ſcommata ,ſarcaſmos!quam auidus ad ludum recreationeſque corporis ! quam in iis aſſiduus ! quam effuſus in cibos ! quam vorax! quam appetens deliciarum ! Nulli ſenſuum clauſi,patet animus omnibus: irrepunt,imo influunt cogitationum riui integri ; etiam ſubinde ex lacunis impudicitiæ, qui diutius ſtagnantes,putidam in mente fœtores inducunt & per os terrimam mephitim exhalant. Vbi enim Deus non eſt, illuc inuolat Aſmodæus; vbi caſtæ cogitationes locum deſerunt, irrumpunt obſcenæ:& hæc omnia quia nullum rebus noſtris finem præſtituimus,qui extrema mediis copulet.

Intentio generalis.

147. Alij prouidentiores ſunt, & generalem quendam finem rebus omnibus præſcribunt. Is eſt,quem in baptiſmo conſtituimus;mundo nimirum ac omnibus pompis eius abrenuntiantes,cum propoſito ſequendi parendique ſupremo ac vero rerum omnium Domino : quod quidem confirmauimus vſu rationis præditi. Alij arctius ſeſe aſtringunt , dum per vinculum

culum professionis religiosæ semel constituunt se totos Deo consecrare: cuius professionis virtute omnia ætatis degendæ opera finem & scopum accepisse, eoque informata esse, arbitrantur. Alij propositum renouant frequentius, vt annis singulis. Alij denique mane quotidie sese omniaque sua Deo offerunt, sed reliquo diei spatio in matutina destinatione plane conquiescunt. Hæc sane laudanda sunt, nec suo caret emolumento spirituali: multa tamen fiunt diei decursu, quæ ex vi illius oblationis non promanent, vt in illa concludi ac comprehendi tamquam in causa censeantur.

Nihil hic dico de actionibus supernaturalibus: illę enim sua etiam honestate contentę perficiuntur, etiamsi finem caritatis non attingant, minus tamen meritoriæ sunt, quam si ab eo honestate informarentur. actus vero naturales meritorij non sunt, nisi præcedens intentio causa sit productionis eorum; quod fit, si actus referantur in finem alicuius virtutis; vel certe antecedens relatio causa sit illius actionis. ita enim

2. Sent. dist. 41. art. 1. q. 3.

D. Bonauentura prudenter monet, non sufficere vt opus virtutę referri dicatur in Deum, si quis ad initium anni, vel mensis, vel etiam diei generali quadam intentione referat omnia sua futura opera in Deum; sed necesse esse vt illo ipsum opus particulare referatur in Deũ, quod postea faciendum est. tunc enim dicuntur opera virtute in Deum referri, cum intentio præcedens est vera causa operum quæ postea fiunt: vt si quis apud se certo cõstituat aliquam nummorum

Intentio virtualis quæ sit.

orum summam propter Deum pauperib. e- «
gare; si postea summam illam oblata occasio- «
eroget, is dicetur virtute opus suum referre «
Deum, etiamsi, dum pecunias erogat, nihil de «
eo cogitet. ita & de ceteris operibus ex obie- «
to indifferentibus. «

At quam multa agimus per dierum decur- «
lum, de quibus minime cogitauimus: quæ si ad
trutinam discuterentur, non modo non me-
ritoria, sed ne bona quidem, imo multis nævis
respersa censerentur! quæ tamen si in Deum a-
stu referrentur, nouis vestita circumstantiis
fructum incomparabilem nobis parerent, &
consolationem inexplicabilem. interea sola il-
li generali intentione contentis natura, quæ
in nos magnum habet imperium, frequenter
illudit.

Intentio fraudulenta naturæ.

148. Hic etenim naturæ doli ac fraudes dete-
gendæ sunt. *Trahit sua quemque voluptas*, & cuius-
que complexio ad sua quæque oblectamenta
propendet. Fines suos abditos ac reconditos
natura, altera Dalila, pellex, subdola, callida,
subtilis, peracuta, sollers, ac malitiosa constituit
qui quia peccati speciem subinde minime præ
se ferunt, nec grat[illegible] omnino repugnare viden-
tur, in eos fertur pertinacius, tantumq; tractus
ille animi importunus valet apud nos gratia &
persuadendi efficacia, vt non tantum abduci
nos ipsi permittamus, sed etiam cæci in fædos
scopulos allidamur.

Et sane pauci sunt, etiam inter sapientes,
quos aliqua insaniæ portiuncula non aspergat:

in

in qua tamen (quod mirum est) sapientiæ nostræ summam interdum collocamus: quam dementiam etsi non videamus ipsi, imo eam, vtpote mia & vrsus informem catulum, complectamur emicat tamen adeo, vt non modo videri, palpari possit, meritoque credi, vnicum Deum & quos singulari priuilegio ipse donauerit, labe carere : suos enim quisque patitur mar

Rom. 12. De hac culpa loquitur Apostolus, cum hortatur nos *non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem* : de Philosophis vero, hujus mundi sapientibus, sic loquitur aperte, vtpote tantum aliquo insaniæ telo tacti videantur, sed

Rom. 1. etiam stultitiæ fulmine afflati. *Euanuerunt, inquit, in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens eorum : dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.*

Remedium huic malo præsentissimum obedientia est: qua non tantum iussa facimus, sed ea vera ac bona esse credimus, quæ alioquin aliter sese habere sentiremus. Qui Superiorem non habent, & liberum in rebus agendis sensum iudicium, hac labe sæpe inficiuntur. Idcirco subinde suspecta habeant iudicia; nec à digito te sua alienum putent, si conscientiæ suæ arbitrum deligant inconfusibilem, qui sibi vere reque veritatem denuntiet.

Intentioni aduncta malitia seu calliditas affectata.

149. Huic deterrimæ plagæ sæpe sese adiungit alia pernicioſior, quæ calliditas affectata nominari potest: aut (si velis) malitia, simplicitati Christianæ plane oppositæ. Cum enim ad varia natura propendeat, statuunt sibi nonnulli fines

quos

nos persequantur; nec desistunt, donec conse-
quãtur. Ad hæc artificiis nectũt artificia: vias du-
ces & triplices sectantur occulte: & cũ alioquin
caperti sint, in hoc negotio secretissimi sunt
omnique se manifestant: cumque ingenium,
vires, gratia naturalis, & facultas, dicendique co
adiuuent: sic disponunt omnia, vt paxil-
lus sponte semper in foramen suum decidat. Si
id quidem ad Dei gloriam, transeat: sed si
Deus horum finis non est, sed cupiditas, va-
nitas, & libertas; callidiras est, & carnis sapientia
quæ deteriori nomine ab Apostolo *Dei inimica* *Rom. 8.*
appellatur. non enim Deum spectat, sed seipsam
quærit natura etiam vitiis inordinatis ac distortis
fraus & dolus interuenit non raro, deceptio alio
rum fere semper.

30. Accedit, quod nonnumquam aliud ani- *Calliditatis ingeniũ apta Ethopœia describitur.*
mo foueant, aliud labiis enuntient. Loquuntur
vt spirituales: rogati de fine mediisque rerum
agendarum, communem sensum sequuntur: si
quis vero exiis quærat quid velint, quid statuant
agere, quid magis optent: respondebunt vt pu-
tant velle eum qui interrogat, etsi animo aliter
sentiãt. Ne tamen à conscientia arguantur men-
dacij, concipiunt generatim euasionem quandã
qua ad omnia sine mendacio, vt illis videtur,
contraria menti loqui licear. Rogati an ali-
quid iussi egerint, aiunt aut negant, ser-
uato sensu aliquo vero: vt, siquis rogetur vtrum
communicauerit si communicasse velit qui in-
terrogat, respondebit omnino se communicas-
se, mente tamen intelliget spiritualiter, id est, num

cuipiat

cupiat solatiolum aliquod fouendo corpori ac sanitati conseruandæ necessarium; si quem scopum animo gerat, quem impediet huiusmodi indulgentia oblata, respondebit, Nequaquam etsi mente aliter sentiat. subticet tamen aliquid quod expressum responsionem veluti contumem reddit.

Quæ quidem ratio cum in palatinis, Principum ac Reipublicæ negotia regunt, decore non careat, & sæpe habeat iniustitiæ cum hac via munera dignitatesque extorquentur: tum in viris spiritualibus (ne quid dicam grauius) admodum est reprehendenda: fœdum est enim agere hypocritam, mendaciis scatere, decipere amicos, animo duplicem esse, tollere leges amicitiæ humanæque societatis, Deo apertissimum bellum indicere, polluere cum esse, & ad instar labari fluitare, volui ac reuolui.

Ne fallantur hi: mendacium est hac ratione homines decipere: maxime parentes, & alios qui auctoritate in illos, siue sæculari, siue spirituali, pollent. Artificia ista peccata sunt, mendacia, fraudes, & dolus non bonus. hæc eadem Principum curias eneruant, Respublicas corrumpunt, societates dissoluunt, ruinæ sunt omnis amicitiæ, Religionum pestes, vitæ spiritualis interitus: quæ etsi plurimis noceant, longe tamen amplius fingenti quam decepto præiudicant: & tamen de iis illi, qui vtuntur, confiteri non solent. Cur ita? Quia vel persuadere sibi nolunt se delinquere, vel non esse mortalia arbitran-

tur, vel certe nolunt resipiscere. Media quę bus his seruiunt persequendis, quia plus tari præ se ferunt, Sacerdoti ad aurem dete- tur, interdum conscientia stimulante: num- tamen dicent se artificiis vti, cuniculis pere, vias simplicitati repugnantes sectari, cedientiam supplantare, maiores suos deci- re. Nihilominus sub hoc secreto velamine ærsæpe delitescit ambitio, aut alicuius mune- exercendi desiderium, quo ad officium desi- natum tacite tenditur: interceſſores silentio terponuntur, qui, aliud agentes, fortiter in- cunt eos, quorum interest prouidere. Si ve- iidem expectatione sua frustrentur, & ad a- d officium destinentur, quam quod votis ceperint: illud recusant ac deprecantur mul- , adferuntque causas non causas, conscendē- pontem asinorum, è quo præcipites demer- untur non ij qui decipiunt opinione veri, sed ui decipiunt. Latent & interdum sub eodem allio vindictæ cuniculi, qui ad dies annosque ures diducti, magno intus igne succeſo enor- iter erumpunt atque prosiliunt. hinc euen- s varii, cædes, seditiones inopinatæ, contra Rempublicam aut Principes secreta consilia ac onspirationes: quæ, quia abditis terræ viscerī- us concluſæ detegi non possunt, facile opti- um quemque opprimunt incautum, inco- nito interea aut certe incerto sceleris au- ore.

vi. Verum ordinarie fit, vt, vbi maxime pru- entes esse volunt, ibi maxime imprudentes,

aut etiam impudentes sint, & sapientes hi de mentissime sua molimina deducant. Necinte rea putant se videri, cum confusione plenissimi esse deberent, qua, qui vident, suffundantur. Sed excæcat cor eorum malitia, vt clare dentis & ipsi confundantur, & in sua astutia capiantur.

Prou 1. *Luc. 12.* *2. Cor. 2.* *1. Cor. 6.* *Psal. 9.* *Fruſtra* enim *iacitur rete ante oculos pennatorum. hil opertum eſt, quod non reueletur: neque abſcon quod non ſciatur Spiritualis iudicat omnia, & nemine iudicatur.* Quid? etiam Angelos nos caturos Apoſtolus denuntiat, quanto magi cularia! Perſæpe *in laqueo, quem abſconderunt prehenditur pes eorum.*

Quidquid ſit de ſæcularibus, turpe eſt Re ſum artificio conſilia ſua tegere, Prælatos pere, ſapientes eſſe in in oculis ſuis: ſed deteſ bile, ac fere blaſphemum, iiſdem mentiri ſupplantare, Spiritui ſancto obſiſtere. *Act. 5.* *Non tiuntur homini, ſed Deo.* Initio Eccleſiæ, cum bat Domini Spiritus, & ſanguis Chriſti le uebat in animis fidelium, Apoſtoli huiuſ ingenia ac infidelitatem non ferebant: vnde *Ibidem.* ueriſſime Petrus animaduertit in Ananian Saphiram; in eorumque fictionem ita deco vt etiam fulminis telo eos confoderet. *Cur tauit*, ait, *Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſa Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum mini?*

Praua intentionis damna. 1, 2. Quare inconſulte agunt, quid aliud quæru quam Deum: primum enim produnt ſe, qua ſint: virtutemque ſuam minus probantes, diffi dentiam in animis Prælatorum ſuorum ingene rant.

it. Deinde, qui se quærunt, sese inueniunt, in Deum: imo ipsum perdunt: perdunt & seipsos: &, præter virtutis simulacrum, aliud assequuntur nihil. Huc facit illud Diui Iacobi: *Vir* 3. *duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.* Iac. 1. Modo enim insinuat se aliquid optare, quod postmodum debeat retractare. quare eosdem arguit idem Apostolus. *Purificate*, inquit, *corda, duplices animo.* Iac. 4. Ecclesiasticus quoque improbat hãc agendi rationẽm. *Cor*, inquit, *ingrediens duas vias non habebit successus, & prauus corde in illis scandalizabitur*, id est illaqueabitur & offendet: fit enim plerumque, vt, qui duos sectatur lepores, neutrum capiat; & dum per sepes & dumos eosdem temere persequitur, in spinas sentesq; se inducit, & pedicas feris capiendis extensas incurrit, è quibus euolui atque extricari non potest: merces enim duplicis cordis ac praui est, scandalizari, offendi, atque illaqueari. Eccle. 3. 4. 5. Denique impediunt Spiritus sancti directionem, cuius prouidentia eos per Superiores gubernat: Sed dum eis sapientiores esse volumus, & comminisci nitimur rationes meliores, tandem in fine errorem nostrum decepti agnoscimus, magno sæpe nostro dolore, sed sępius maiore salutis ac PERFECTIONIS, nostræ detrimento.

152. Præclara virtus est Christiana simplicitas quæ recte & sapienter graditur. Profecto *qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter*: id est, non vacillat, non titubat, rectissime incedit. quod in Canticis laudat admodum Sponsus in *Laus simplicitatis.* Prou. 7.

Sponsa sua. *Statura*, ait, *tua assimilata est palmæ*, qua similitudine intentionis rectitudinem ac
Cant. 7. firmitudinem appositissime designat, quæ constans & recta tendit in cœlum; quod palmæ proprium est, quæ proceritate & rectitudine inter omnes arbores eminet. Sed quid vicissim Sponsa ad Sponsum? *Omnia*, inquit, *poma, nova & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.* quasi dicat: Te vni
Ibidem. aspicio, tibi vni placere gestio: & quæcumque siue in me, siue extra me sunt, tibi offero: mentis meæ oculos, ad terrena omnia claudo, in te semper defixos atque intentos habeo. Operum meorum fructum vt à te oriri, sic ad te referri, ac pro te asseruari cupio: nihil sine te facturæ, reseruaturæ cuncta ad honorem & exultationem que tuam.

En ergo secundum genus eorum, quibus in intentione aliquid desideratur: vel quia generales nimium sunt ac superficiales: vel quia multa miscent occulta, quæ nec à Deo oriuntur nec in Deum tendunt.

Intentio qua recta & specialis dicitur. Serm. 2. in Psal. 36. in principio. tomo. 8.

153. Qui vero palmæ velint assimilari, recte que & in sublime consurgere, opus est vt omnia rectam intentionem habeant: sic enim distinguit Augustinus iustorum & iniustorum studia: *Duo genera* (inquit) *hominum iustorum & iniquorum in hac terra, & in hac vita commixta sunt. Habent singula ista genera proprias intentiones cordis sui. Genus iustorum constatur in sublimia per humilitatem: genus iniquorum præponderat ad inferiora per elationem: hoc enim se deprimit, vt surgat: illud se extollit, vt cadat.* Hæc ille.

Hoc

Hoc ergo PERFECTIONIS ſtudioſo randum omnino eſt, vt nihil vmquam in pris praua intentione faciat. Praua autem aut ſiſtra intentione aliquid agunt, qui vel aliud ærunt quam Deum, vel quod ad Deum non ducat: vt qui finem aliquem aut vitioſum, aut num, aut ſeipſum quærit, & in ſeipſo quieſcit quo quietem non eſt quod expectet, *quia fiſti nos Domine, ad te*, ait Auguſtinus, *& quietaum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.* Hinc moemur frequenter quærere Dominum in toto orde noſtro; inueniri Deum ab his qui quæint eum. *Quærite Dominum*, ait Vates Regius, confirmamini: *quærite faciem eius ſemper. Lætetur cor quærentium Dominum. Quærite Deum, & viuat anima veſtra.* Sed ſatis eſſe nō videtur, ſemel, ecum, aut, tertio in die eius eſſe memorem: cū enim perpetuo memor ſit noſtri; non dormit, non dormitat, non edit; non ſic occupatur, vt à nobis auertat amicos oculos; bonum noſtrum indeſinenter quærit, infinito amore nos diligit: qui d magnum reputamus, ſi in omnibus eum quæramus? Numquam ſiniſtre minuſque ſincere aliquid agamus: imo actu nouo ante ſingula opera ipſi placere optemus: ſiue cum ſingula agere incipimus, quod longe vtiliſſimum eſt: dum de rebus agendis diſponentes, eaſdem Domino commendamus.

Li. 1. Conf. ca 1.

Pſal. 104. ibidem. Pſal. 68.

Deum de nobis perpetuo cogitare.

134. Fructus huius exercitii eximius eſt: primum enim, vt modo diximus, vitia quamplurima, quæ admitteremus, effugimus: vanitatem deinde, quæ omnibus pæne in rebus ſeſe inſi-

Intentionis particularis fruct. 1.

nuat, hoc vnice Deo placendi desiderio propel-
limus.

3. Discimus quoque homines agere, & lumini rationis operationes nostras conformare: quæ alioquin belluarum instar, quas natura ad pa-stum pronas effinxit, à sola phantasiæ vel affectionis alicuius impulsu elicerentur.

4. Accedit, modum hunc operandi omni hominum generi esse admodum bonæ ædificationi: emicat enim decorum & nescio quid nustatis in exteriori homine: quam qui viderint, rapi se sentiant, exterioremque hanc rum conformationem & mirari, & sæpe ad ipsos reuocari: imo conuerti nonnumq impios, Deumque laudare. Id insinuat D. Pe dum hortatur fideles: *Conuersationem (inq vestram inter gentes habentes bonam: vt in eo quo trectant de vobis tamquam de malefactoribus, ex nis operibus vos considerantes, glorificent Deum visitationis.* 1. Pet. 2.

5. Addo, omnium verborum, actionumq anium reddendam esse rationem in die iudi quibus sane scatebimus, si habenas laxem gendi libertati, nihilque adhibeamus q fluxam illam vagamque naturæ licentiam c tineat.

6. Denique iactura lucri spiritualis, quod singulis operib. licet coaceruare in immens si modo nonnullam adhibeamus diligentia maior est quam putemus, eamque facile de gemus, si quæ capite vltimo superioris libri discussimus, attente considerabimus. Et quamvis vi-

rualis intentio ſufficiat, renouatio tamen a-
im nouum producit, qui præcedenti auctior
nobilior eſt. Sic Sponſa poma noua & vetera
ponſo ſuo ſeruat. Sed de his plura inferius.

CAP. XXVII.

Induſtria ſecunda: prauos habitus duplici ratione deſtrui, virtutes multiplicatis actibus augeri.

Habitus ex actibus enaſci atque augeri.

155. TRadunt Philoſophi, longo vſu ac conſuetudine prauos habitus in hominũ animis enaſci, ſenſimque repetitis actibus roborari; quos, vbi radices altiores egerint, difficile ſit euellere atque eruere, quod de virtutib. acquiſitis etiam ſtatuunt: diſponi namque principio potentias agendo, ac paulatim habitum gigni; qui multo vſu ac frequentatione confirmatus, potentiam ipſam ac facultatem iuuat ad virtutis illius actus facilius perfectiuſque eliciendos. Ex quo ſequitur, eos deteriores eſſe, & ad malũ procliuiores, qui diutius in aliquo ſcelere inhæſerunt, gradus addentes gradibus, quam qui remotioribus tantum diſpoſitionib. vitio alicui obligati ſunt. Quare, vt hortatur D. Auguſtinus, quando naſcitur cupiditas, antequam robur faciat aduerſum te mala conſuetudo, elide illam: ſed ſi times ne eliſa non moriatur, ad petram elide: *petra autem erat Chriſtus.*

Impotentia conſuetudinis.

Lib. 6. Muſica, ca. 7. tom. 1.

1. Cor. 10.

Ceterum consuetudo aut habitus formatus eodem auctore, quasi secunda & affabricata natura dicitur. Lupus pilum mutat, non mentem: nec vmquam efficies vt recti ingrediatur cancri: denique, vbi vitium inoleuit, instar naturæ contra rationis motus contumaciter obsistit, quod D. Gregorius eleganter depingit. *Hom. 31. in Euangel. post mediũ.* *Vsitata culpa*, ait, *obligat mentem, vt nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur, & labitur, quia vbi sponte diu perstitit, ibi & cum noluerit recta cadit.* Hanc depressionem obligationemque vitiorum in Manasse captiuo Rege viderat est: qui exire cupiens è carcere, ac faciem cœlum tollere, non poterat, catenis constrictus. *Incuruatus sum*, inquit, *multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi.* Hoc facit peccatis tus; incuruat hominem in terram, ne cœlum aspiciat; comprimit vinculis: nam affectiones pæ internæ magna vincula sunt; compressio vero tanta est, vt ne spirationes quidem clausus incluſus fœtor admittat. *In oratione Manasse.*

Audiamus vinctum aliquem, qui in se expertus malum, illud ipsum depingat, & nobis viuum exprimat. *Ligatus eram*, inquit, Augustinus, *non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. le meum tenebat inimicus; & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. quippe ex voluntate peruersa facta est libido; & dum seruitur libidini, fit consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: quibus, quasi anulis quibusdam inter se innexis, (vnde catenam appellaui) tenebat me obstrictum dura seruitus. Voluntas autem noua, quæ* *Li. 8. Conf. cap. 5.*

ri esse cœperat, vt te gratis colerem, fruique te vel-
e, Deus, sola certa iucunditas, non erat idonea ad
randam priorem vetustate corroboratam. Ita
voluntates meæ, vna vetus, alia noua: illa carna-
, hæc spiritualis; confligebant inter se, atque discor-
ndo dissipabant animam meam. & infra: *Sed ta-*
m consuetudo aduersus me pugnatior ex me facta e-
at: quoniam volens, quo nollem, perueneram. Hæc
ugustinus: ex quo apparet, quanta difficultas
it, prauos habitus, vbi inualuerint, extirpare
dicitus.

6. Horum fontes tres potissimum reperio; quos cum exhauserimus, de PERFECTIONE aliquid sperare poterimus: sed hoc opus, hic labor est. Primus à natura ipsa ducitur, & vocatur concupiscentia: quam nemo mortalium sine priuilegio singulari potest euadere. Nobiscum eam nasci, nobiscum concipi, testatur Regius Propheta; qui de ea conquerens, *Ecce enim, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* & D. Paulus: *Video, inquit, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* Reatus quidem ac vita peccati illius per baptismū tollitur; affectus tamen permolestus remanet, ad pugnam & exercitium.

Prauorum habituum tres radices seu fontes.

1. *Concupiscentia. Psal 50. Rom. 7.*

Hæc vero concupiscentia non vnius vitii habitus est, sed omnium vitiorum radix, fomentum, ac seges. hinc superbia omnibus innata hinc pullulat libido, & abdominis cura; hinc pecuniæ cupiditas; hinc odij fraterni ac inuidētiæ acerbitas, cæcitatis atque ignorantiæ origo;

Concupiscentiæ effectus atq; incōmoda.

amor rerum omnium quę sensibus exteriùs seruiunt, alienatio rerum æternarum, Dei denique ac salutis obliuio. Quare, etsi per consuetudinem ac vsum tyrannis nulla noua accesserit, concupiscentia ex se rudens ille est, de quo antè diximus, ac corpus condensatum peccatorum omnium: arbor vitiorum, ramos longè lateque effundens: sicut enim caritas ramos virtutum omnium producit; ita & concupiscentia peccatorum omnium habitus, radices, ac fibras innumeras continet, ex quibus brachia & membra prolixè sparguntur, & genera & species malorum infinitas effundit nobis, quæ ad agonem iusto Dei iudicio relinquuntur. Heu quis enim hanc delere valeat: cui si caput vnum abscideris, centum alia pullulabunt? Idcirco exclamat Paulus: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* *Rom 7.*

157. Illud quidem est verum, gratiam Domini nostri Iesv Christi magno præsidio esse ad concupiscentiæ tyrannidem subiugandam; sed quid, si naturalis præterea complexio aduersetur? hæc enim ad virtutem apta, multum detrahit de pertinacia ac impotentia concupiscentiæ. Verum secreto Dei iudicio, etsi boni nonnulli condicionem concupiscentiæ deteriorem sentiunt: quod illa à complexione deterrima, & á virtute abhorrente, vitiorumque seminibus scatente, & nonnumquam ex omni genere prauorum habituum colluuie conflata, irritetur & accendatur. Multi namque tyrannidem hanc carnificinam experiuntur admodum infestam, eamque

Radix 2. Complexio praua iuncta cõcupiscentiæ nocet plurimum.

nque continuam : qua ad vindictam exci-
tur, qua ab obscenas voluptates, qua ad bla-
emos conceptus, ad veritatis odium, virtu-
n fugam; vt bestiarum instar, omnium diui-
um humanarumque legum obliti, in scele-
nsentinam dent sese præcipites. Immanes
stiæ hæ sunt concupiscentia, & complexio
ra, & in peccatum procliuis. Neminem ta-
en clementissimum Dominum perdere vel-
prolixe ostendimus altero libro, in quo de
argumento egimus latissime.

8. Quid si hisce duabus caudis titionum in- *Radix. 3. Consuetudo.*
malium fumigantium accedat consuetudinis
sacimprobitas, fons tertius prauorum habi-
um? quis modus tam horrida & immania mō-
a superandi? difficile sane est. Zacharias Pro-
ta talento plumbi peccatum comparat, *Zach. 5.*
opter grauitatem. Quod si longo tempore
ccatis quis assueuit, quot talentis plumbi se
onerauit! quomodo assurget? qua ratione ad
eos euolabit alæ gratiæ non modo decurta-
æ, sed penitus euulsæ sunt. Sed esto, adsit gra-
tia quam communiter omnibus attribuit Do-
minus; quomodo concupiscentiæ, naturæ
corruptæ, consuetudinis pondere oppressus *Li. 26. Moral. cap 31.*
exurget? quare D. Gregorius : *Quædam* (ait)
quasi conclusionis angustia est, ab opprimente mala consuetudine exurgere velle, nec posse: iam quidem desiderio ad superna tendere, sed adhuc actu in infimis remanere: præire corde, nec tamen sequi opere, atque contradictorem perpeti semetipsum. Hæc Grego-
rius. Hæc eadem cum gemitu D. Augustinus com-

Lib. 7. Conf. c. 17. commemorat. *Rapiebar*, inquit, *ad te decore tui moxque diripiebar abs te pondere meo, & ruebam in ista cum gemitu : & pondus hoc consuetudo carnalis.*

Hæc vulnera omnia sanat Christi Domini nostri IESV gratia; illa nos liberat à corpore mortis huius, datque animos & vires ad ea generandam in primis sarcinam vinculorum grauium ferro & plumbo, per exomologesim: & constãtiã ac fortitudinem sustinendi agones nec suis athletis deest, vt viriliter pugnent, hostesque & externos & internos profligent & exterminent.

Nemo tamen fallatur: non abeunt tales hospites, nisi trudantur, vrgeant virtutes ingressum: ideo opus est vt quis alte clamet, & dicat, *Vmbra migrate coloni.* nihilominus obsurdescunt, & pertinacius resistunt : tantum iuris obtestantur se habere extrudi possessione tot annorum non debeant; non diutius vixisse hominem, quam cum eodem vixerint; denique, hi pellantur, se non egressuros; *meliorem esse possidentis conditionem.*

Duplici modo prauos habitus propelli.

159. Duplici vero ratione praui habitus propelluntur: altera, cessatione ab opere: altera, bus contrariis. Examen particulare, quod proloco exposuimus, modum habebit abstinentiæ lapsu : dissuetudo namque habitum sensim tollit, qui vsu & exercitatione alioquin nascitur conseruatur. hinc qui instrumenta musica pure didicerunt, si longiori tempore intermittant facilitatẽ perdunt; imo & artẽ ipsam plane de-

Modus 1. Cessatione ac dissuetudine habitus minui.

1.

2.

scunt

nt Sic qui linguis, quas aliquando nouerunt, quam vtuntur, earum copiam vsumq; diſſue- fine amittunt. Idem vlu venit iis, qui peccatis 3.
nfeſſione deletis ſic abſtinent, vt deinceps nō abātur: fit enim vt initio oderint, ab iis poſt- odum grauius alienentur, denique eorum a- ores impetus iam quaſi victores non ferant, o tandem vix ſentiant.

Attamen longum opus illud eſt; præſertim vitiis illis, ad quæ cuiuſque natura pronior eſt um examen contra huiuſmodi inſtituitur, & uodammodo virgam vigilantem ſenſualitas erberque eleuatum ad flagellandum exhorret met, ſubticet, moleſtias non faceſſit: at vbi con aliquem ex his affectibus ſtudium perſequē- intermittimus, ad alium intenti; ni vigilemus ſidue, redit aſinus ad ingenium : & velut ra- us arboris depreſſus, quam diu eum deprimis *Simile ap-* inclinatur ; at ſi manum amoueas, ad locum *poſitum.* ſuperiorem illico reſilit, illicque eodem ſtatu quo prodiit, remanet : tales & nos ſumus: mane proponimus, & quaſi violenter affe- ctionum noſtrarum ramos rigidiores deprimi- mus : vbi memoriam contentionis huius re- ueramus, naturali quodam curſu ad priorem ſta- tum reuertimur imprudentes, miramurque veſperi nos eoſdem eſſe qui mane fueramus. Similiter ad tempus in næuum aliquem inue- nimur : quem vbi quaſi victores, ad alium tranſeuntes, intermittimus, eum, quem mortuum putabamus, adhuc viuere experi- mur.

160.

Modus.2. Cant.2. Actibus contrarijs destrui prauos habitus. Simile.

160. Alius ergo modus adhibendus rigidior; securis ad radicem defigenda *tempus putaminis aduenit*; venenatis dentibus horum serpentum insidiantium minime indulgendum. At quæ ratio illa? Eodem nempe modo, quo praui habitus excitantur, etiam destruuntur: actibus nempe contrarijs contrariæ affectiones euelluntur. Clauus clauo truditur, sed pulsu concussione opus; non vna tantum, sed tam tundẽdum, donec prosiliat. Herbæ aut arbor quæ radices egerunt, quantumcumque quotidie tondeas ac præcidas, ni radicitus eu lantur, non moriuntur: sed opus est ferro, qu ipsis radicibus subijciatur. Parcendum e nullo modo est, quia hostes non habet hom peruicaciores.

Allegoria Sisaræ. Iudicii. 4.

Cum filij Israel addidissent facere ma l'um conspectu Domini, & afflicti oppressique issent annis viginti à Iabin Rege Chanaan, » mauerunt ad Dominum. Debbora Prophet » Barac ducem constituit. contra Iabin Rege » Chanaan. Dei ergo exercitui castra metanti » monte Thabor, occurrit Sisara Princeps exe » citus Regius Chanaan, habens præterea secu » ingentes currus falcatos. Terruit Domin » Sisaram, & exercitus eius, ce ciderunt que m » regladii. Fugientem vero Sisaram Iahel, vx » Haber, obuia excepit, domumque induxit s » focillatumque hausto lacte operuit. Cum » tem securus dormiret, *tulit Iahel, vxor Hab* » *clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum ingressa abscondite & eum silentio posuit supra*

capitis eius clauum, percussumque malleo defixit in cerebrum vsque ad terram: qui soporem morti consocians defecit, & mortuus est. Humiliauit ergo Deus in illo Iabin Regem Chanaan coram filiis Israel: qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin regem Chanaan, donec delerent eum.

Hac præclara figura interni hominis status nostris coloribus depingitur. Cum enim malum fecimus in conspectu Dei, eiusque legem & amicitiam delerimus, alieni nobis imperant: & quidem non tantum regna, ciuitates, & domos, sed etiam abditissimum animi nostri domicilium inuadunt; nominatim concupiscentia, cum vitiorum omnium cohorte: cui præest dux Sisara, id est, videns hirundinem; quo designatur primum peccatum ceteris in nobis prædominans, cuius aspectus non in Deum, sed in hirundines, opiniones, inquã, dictaque hominum, instar hirundinum loquacium, fertur. Heu! quotannis sæpe hic infensus hostis nos opprimit. Clamat Dominus quotidie alta voce ad aures nostras: *Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errant corde: ipsi vero non cognouerunt vias meas: quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Auersis igitur a Deo, nihil, præter oppressionem huius Sisaræ, expectandum est: at vbi ad Deum ex animo conuersi gratiam obtinuerimus, simul excitabit Dominus Debboram, quæ apem significat. Hæc est voluntas Spiritu Dei roborata, studiosa mellis colligendi ac fauos quasi virtutum, stillantesque loculos internorum habituum con-

Psal. 94.

Virtutes quæ concurrunt ad destructionem praauorum habituum.

I. *Voluntas gratia Dei roborata.*

2. conficiendi: quæ ex viribus, facultatibus, virtu-
Ardor caritatis. tibusque exercitum conscribit: & Barac, (quod
fulgur significat) caritatis, inquam, ardorem i
3. reconciliatione, tamquam defensorem accep
Puritas cordis. copiarum spiritualium ducem fulminantem
constituit: locum vero deligit montem Th
bor, qui puritatem significat: ex quo tam am
no opportunoque ad irruptionem faciend
loco, duce ardenter in peccatorum exercit
impetum faciente, Dominus timorem in
aduersarijs, ne caritatis fulmen sustinere va
sed cadant superbi: auari liberalitatem indu
vanitatisque ornamenta in Ecclesiarum cul
transeant: sobrij sint, qui temulenti; castiga
recundi, qui alias impudentes atque obst
habebantur.

161. Sed quid? victoria non omnino pu
censenda est, quam diu Principes militiæ sup
sunt, qui sparsos fusosque colligant, & exer
tum redintegrent. Quis ergo nobis Sisaram
4. terficiet, vt belli reliquias deleat? Iahel (quæ
Zelus honoris diuini. interpretamur, destruens) ille est zelus Dom
ni, quam primam condicionem Negotiatio
posuimus, qui Sisaræ capiti clauum defig
Certe similis ei non est. Zelus Domini Sabao
faciet hæc. In quo genere sui sæpe fecit pecu
lum. Iudæum cum Moabitide impie fornica
tem interfecit: *stetit* enim *Phinees, & placauit*
Psal. 105. *reputatum est ei in iustitiam in generationem & p*
nerationem, vsque in sempiternum. Idem inflamm
1. Mach. 2. uit Mathathiam, vt in ciuitate Modin superst
tari sacrilego immolantem Israelitem occid

Scriptum est: *Zelus domus tuæ comedit me.* De Christo hoc prædictum fuerat : hic ergo egit ac fugauit negotiatores è templo Salomonis. *Psal. 68. Ioan. 2.*

Sed ad nos redeamus. Delendæ ex animis vestris reliquiæ Moabitidis : quis id faciet? trucidandi scelerati cultores Deorum, quos mendacem gerimus : quis ad hoc idoneus ? fugandi ac propellendi falsi negotiatores, quibus cum carne & mundo negotium: quis id exequetur? Zelus Domini exercituum. Iahel faciet hæc. Sed huc opus malleo. Merito pœnitentiæ virtutem malleum appellarim. Malleo contunduntur ac frangantur boues, petræ scinduntur ac cauantur: denique malleo clauus intruditur. Hoc facit pœnitentia : sternit enim vno ictu ferociſſimos tauros, immania crimina delet : illo corda duriora saxis franguntur, cauantur consuetudinum prauorumque habituum rupes, virtutes suis sedibus postliminio restituuntur atque insigniuntur. Ideo Christus dicit regnum cœlorum vim pati, & compellendos homines intrare in conuiuij triclinium. Et quamuis malleus clauum inducat, multaque tundendo alio instrumento conficiat : malleo tamen solo lapides etiam poliuntur ac penetrantur: pœnitentia enim per se expellit internos obices; & clauo alterius virtutis vtitur, vt fortius feriat : ieiunat enim pœnitens, orat, Sacramenta frequentat, largitur egenis, vt illatæ Dei iniuriæ satisfaciat. Vires quoque vi ceteræ virtutes vtuntur, vt hostem suum expellant : læsa namque caritas ad

5. *Pœnitentia malleo comparatur.*

Matth. 11. Luc. 14.

pœnitentię remediũ confugit: malleum accipit, tundit pectus, internum ciet dolorem, à se exigit pœnas, vt amico reconcilietur. adeo pœnitentia communis virtutibus omnibus ad vitium prauumque affectum deturbandum opportunus malleus est.

6. *Virtutis actus oppositum vitiũ destruit.*

162. Supereſt clauus Iahelis noſtræ quiete put Siſaræ defigitur. Eſt ipſe virtutis actus tium contrarium oppugnans: vt exercitio ralitatis auaritia, ſobrietatis gaſtrimargia, patientia, ſedulitatis contentione ignauia litatur. Quod ſi virtutes ſingulæ ad eruen prauum habitum adhibeant ſimul pœnit vim; cuius eſt deteſtari actus præteritos, q praua illa affectio praue defixa eſt: eo Vult quiſpiam è mente faſtum profligare, mo demiſſo id à Deo poſtulat, deteſtatur atque execratur internam illam perniciem quam Domini Dei iuratum hoſtem, & percutit pectus, corpus flagellat. Potenti ſane hæc ratio eſt habitum vitioſum con di: fiat hoc ſerio, conſtanter, ac frequenter, cile loco cedet ſuperbia, ceteraque vitia. mur Iahelem, vt percutiamus in tempore netremus cerebrum, defigamus vſque in ram. Actibus maxime internis pulſandum Tectus eſt Siſara, ac coopertus. Mala ab interno homine prodeunt; viſcera ipſa ri petique neceſſe eſt, & ad terram vſque ipſe figendus: ex multis enim internis actib ſenſim ipſa pars inferior afficitur, & quaſi h tu ſeu affectione imbuitur, vt in virtutis ſenſ

am cum voluptate conspiret ac propendeat; od facit vsus ac consuetudo. *Quo* enim *semel imbuta recens seruabit odorem Testa diu*: & ramus flexus, si diu erigatur, statum rectum retinet: imalia denique homines in gestibus quibus im imitari, , & quasi industriam discunt æ- ulari. sic & pars hominis inferior clauis hisce pius confixa, & quasi nouo odore imbuta, cō- ptum seruat odorem, erecta stat, & superio- m denique hominis partem æmulatur; vs- ue adeo, vt plus subinde voluptatis experiatur erpetiendo dolores in virtutum exercitatione uam ante iucunditatis hauserat commodis tiorum perfruendo. Quis credat iuuencu- s subinde cineres vel carbones habere in de- ciis, iisque vti tamquam gulæ irritamentis? ita t, dum in Deum mens tota defigitur: pul- nempe mundi ac carnis affectu, cineribus & œnitentiis delectatur. Ita S. Rex: *Quia* (inquit) *cinerem tamquam panem manducabam, & potū meū cum fletu miscebam.* Similia. Psal. 101.

165. His igitur exercitationib. humiliat Dominus Deus Iabin Regē Chanaan, vniuersā in- quam, concupiscentiæ phalangem, vetere em- que hominem, coram Israel, seu homine spiri- tuali: crescitque quotidie, & forti manu op- primit eundem Iabin, qui eum deprimebat, do- nec deleat eum. Certum enim est, efficacio- em modum non esse opprimendi omnes affe- tus inordinatos è natura & complexione ortos omitem quoque ac concupiscentiam pro con- dicione status viatorum eneruandi; quam

continua hac concussione, mortificatione, actibus repetitis fortiter & constanter impadias. Sic hostis eiusque regnum æquantur solo, delentur reliquiæ, victrixque animus de hostibus glorioſe triumphat. Magna hæc industria est, si tamen par ei respondeat diligentia: quæ vero actibus vtilius fieri contingat, interni an externis, nondum dictum est.

Cap. XXVIII.

Industria tertia: actus internos ad Negotionem spiritualem promouendam exercere præstare: hos tamen internis subinde plurimum vsui ac subsidio esse.

Conscientia nostra domus & officina quadam.

164. INdustria tertia magni momenti & planeque necessaria, si spiritualem limus euadere: suadet enim nobis vtimur persæpe versemur, ibi domicilium memoramus, tamquam officinam quandam actissimam, in qua omnia opera nostra elaboramus. Illic conscientia nostra, illic mens, voluntas & memoria, passionesque naturæ singulæ, multa continent & bona & mala: tiorum sedes illic est, & virtutum: vitia quæ plurima fortasse, virtutes aut nullas, aut adhuc dum remissas, inueniemus. quod si verum quantum operis & occupationis nobis est eruendis ac euellendis tot peccatorum rudi-

bus

s, tot vitiorum fibris ! at non minus operæ
tium erit, virtutes comparare, illas inuehe-
ac locis suis, quę vitia occuparunt, reponere.
Hanc officinam describit eleganter D. Gre- *Iob. 3.*
rius in illa verba Iob, *Qui ædificant sibi solitu-* *Li. 4. Mo-*
nes. Sancti viri, ait, *qui nihil huius mundi appetunt,* *rat. c. 34. in*
illa procul dubio in corde tumultibus premuntur: *initio.*
nes quippe inordinatos desideriorum motus à cu-
is cordis manu sanctæ considerationis eiiciunt : &
ia transitoria cuncta despiciunt , ex his nascentes
gitationum insolentias non patiuntur : solam nam-
que æternam patriam appetunt : & quia nulla huius
undi diligunt, magna mentis tranquillitate perfru-
untur. vnde & recte dicitur, Qui ædificant sibi solitu-
nes. Solitudines quippe ædificare, est à secreto cordis
sideriorum terrenorum tumultus expellere, & vnæ
mentione æternæ patriæ in amorem intimæ quietis
accelare. An non cunctos à se cogitationum tumultus
expulerat, qui dicebat : Vnam petii à Domino, hanc *Psal. 26.*
requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus die-
bus vitæ meæ ? à frequentia quippe terrenorum desi-
derium fugerat, & ad magnam videlicet solitudi-
nem semetipsum contulerat: vbi eo tutius nihil extra-
neum conspiceret, quo incompetens nihil amaret. A tu-
multu rerum corporalium magnum quendam secessus petierat, quietam mentem : in qua tanto purius
Deum cerneret, quanto hunc cum se solo solum cerne-
ret. Hæc Gregorius: vbi excellentem officinam
bonorum operum, quietisque incredibilis, æ-
dificat; suadens eius inhabitationem, si pacem
habere, si mentem cultam & ornatam, si hostes
curatos expulsos, si virtutes acquirere, si Deum

hospitem habere velimus. Nec tantum pax illa præsens est, quando tumultus illi ac motus rebelles absunt, planeque oppressi sunt; sed & ea

Simile. pulsio ipsa hostium sua voluptate ac quiete non caret. vt enim victor eximia voluptate afficitur persequendo fugientem hostem, spolia detrahendo, extrema denique belli delendo: sic qui victoriæ nonnullam partem in se obtinuit dum fortunam persequitur, non modo lætitiæ di ansam nactus est, sed & summa voluptate ac gaudio perfruitur. D. Bernardus, ad prima illa de se victoria, memor consolationum quas pœnitentiæ tempore expertus fuerat præteritos pœnitentiæ transactæ dies recolens, eosdem rursus optabat: existimans illam voluptatem cum ea, quam in pugna cum vitijs experimur, esse comparandam.

Internæ voluptas præstantissima.

165. Sed ideo vera solidaque voluptas illa est quia in proprio domicilio percipitur, vbi voluptatis omnis regnat auctor. Hic nos commorari conuenit: *ecce enim regnum Dei intra vos* dicit Dominus non extra: & *omnis gloria filiæ regis ab intus. Animalia quatuor*, de quibus loquitur nes in Apocalypsi, (qui sunt quatuor Euangelistæ *intus plena erant oculis*: quibus plena cognitio scientiaque rerum diuinarum, prudentia agendarum ac prospiciendarum, designatur. Eosdem oculos, & multo maiora, nobis optat D. Paulus in interiori homine. *Vt det, inquit, vobis, secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum eius, in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris*, in caritate

Luc. 17. *Psal. 44.* *Apoc. 4.* *Ezech. 1.* *Ephes. 3.*

dit ergo sanctus Apostolus nos corroborari in 2. Cor 4.
ius: quia *is, qui foris est, noster homo* facile *corrum-*
itur: is autem, ait, *qui intus est*, *renouatur de die in*
em; quod fit, dum sanctis operationibus inte-
us virtutes augemus, pellimus socordiam, &,
uidquid per calorem noxiũ tentationum fer-
oris spiritualis detrahitur, reparamns.

Hominem internum externo præstare.

166 Ex quibus colligo, nobiliorem internum
uam externum esse hominem: externus enim
micum corpus regit, internus totum hominẽ
oderatur: internus natura constat & gratia,
xternus natura terminatur: externi facultates
corporeę sunt maxime, interni plane spirituales
& diuinæ. Quantum ergo animus præstat cor-
pori, tantum & facultates animæ corporeis
acultatibus antecellunt. Quod si rerum no-
ilitatem ex ipsarum ortu metimur, nobiliores
quoque erunt animæ functiones functionibus
corporis: quod illæ à nobilissima anima produ-
cantur; hæ vero à potentiis oriantur corporeis,
quæ facile & corrumpuntur & falluntur. & quã-
uis ab humo homo appelletur, à mente tamen
& actionibus cœlestibus, potius quam à cor-
pore terrenisque affectibus, hominis nomen
meretur: non enim quia edit, ambulat, mouetur
(quod brutis quoque commune est) hominem
esse decernimus; sed quia intelligit, bonum
honestum appetit, æterna desiderat, discur-
rit mente & cogitatione, atq; in iis rebus, quas
beatæ mentes perpetuo versant, conquies-
cit.

167. Operationũ enim hominis alię à solo ho-

Varia hominum operationes.

1. *Animales.*

2. *Rationales.*

3. *Mixtæ.*

4. *Supernaturales.*

5. *Plane naturales.*

6. *Irrationales.*

Actio externa ab interna depẽdet.

mine externo seu vita animali prodeunt: quales sunt nutritio, somnus, sensuum vsus, ambulatio, quæ à mente non pendent: aliæ sunt omnino internæ: quæ etsi phantasmatibus à rerum corporalium speciebus acceptis formantur, nullo tamen corporis sensu perficiuntur, vt est intellectio, cogitatio rerum futurarum, præteritarum memoria. Quædam miscentur vtriusque partis officiis: vt dum sensate loquimur, dum scribimus, artificiose pingimus. Hæc autem omnia naturæ vires non superant. Sunt naturalia quædam, cum gratiæ diuinæ auxilio subinde operamur: quæ cum corporeis functionibus efficiuntur, externa vocantur: interna vero, cum exterius non prodeunt. Illud etiam verum est: quæ exterius fiunt, si ab animo sapiente ac prudente non proficiscuntur, non tam humana quam naturalia, aut animalis magis munia, esse censenda: vt si amens eloquium rideat infantulus, dormiens scalas conscendat, quod libertas absit, bonitatis nihil in iis electo test. Sæpe fit etiam vt in homine prudentes actiones à sola phantasia profluãt: & licet vicinus possit is quid dicat, quid agat: id tamen non considerat, habenis nempe ad agendum imaginationi suæ remissis. Familiaria hæc sunt quamplurimis, qui, cum graue ac laboriosum aliquid sibi semper esse præsentes, remittunt interdum animos, & vix vllum superioris animi conatum adhibent.

168. Exploratum vero est, actionem bonam nullam esse posse, quæ à ratione non oriatur

est enim libertatis fundamentum: sine qua raliter bonum nihil possit æstimari. Interna lio, vt constat nullo exteriori sensu aut faculte indiger, sed per totam suam PERFE-TIONEM assequitur: non ita externa quo plura à ratione interniſque præsidiis ruatur, eo in suo genere perfectior est. vnde o maior libertas, intẽsior animi conatus, amlor gratia, lumen maius, finis melior, eo etiam tio externa præstantior est.

Quare male sibi consulunt, qui, toti diffusi externa, ab interno homine parum admoam accipiunt. si quod illud sit forte, naturam on excedit: opus igitur erit naturale: &, si boum est, bonitatem sortietur naturalem, non am: quia tota bonitas exterioris operis à bonitate voluntatis dependet: id enim solum laude dignum est, atque eatenus commendationem meretur, quatenus à bona, recta, & honesta voluntate proficiscitur: ipsa namque est formaveluti actionis: quodque in se, dum actum entiitur, continet, actui suo tamquam proli cõmunicat: & sicut filius matris naturam speciemque sortitur, sic & actus exterior naturam speciemque agentis voluntatis, internique actus, à quo exterior promanat, induit: à se vero exterior nullam formalem bonitatem habet, quæ virtutis nomen mereatur, sed eam omnino ab interno desumit: & ex ea parte, siue actus externus adiungatur, siue non, nulla bonitatis prætera fiet accessio. vnde sancti Patres tantum meriti bonę volũtati tribuũt, quando aliud nõ licet

Omnis bonitas actus exterioris desumitur à bonitate interna voluntatis.

1.

2.

Simile.

3.

quantum si opus exterius præstaretur. hinc D. Bernardus : *Quid* (inquit) *plenius, quam quod voluntas pro facto reputatur, vbi factum excludit necessitas?* Idem confirmat Marcus Eremita. Dum ait, *actiones secundum propositum æstimat : Tribuat enim, inquit, tibi Dominus secundum cor tuum.* Idem probat Augustinus de peruersa voluntate sine actu externo. *Vt intelligas,* ait, *libidinem in adulterio malum esse, sicut etiam non contenta facultas concumbendi cum coniuge aliena ; placeat tamen aliquo modo sit id eum cupere, & si posset, ipso facto deprehenderetur. facturum esse: non minus reus est, quam si ipso facto deprehenderetur.* Philo etiam Iudæus statuit par esse maleficium, patrasse cædem, & concupiuisse. cui accinit Satyricus:

Epist. 77. post medium.

Lib. de lege Spirit. c, 184. tomo. 5. Biblioth. Patrum.

Psal. 19.

Li. 1. de li. bero arbit. c. 3.

Li. de confus. linguarum.

Has patitur pœnas peccandi sola voluntas;
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet. ——

Iuuenalis Satyra. 13.

Hæc à Patribus, hæc à profanis etiam mutuo repetita fundamento optimo nituntur: nonnim actus exterior bonitatem formalem habet distinctam ab interna, à qua, quidquid boni continet, haurit.

4. Est deinde actus exterior effectus necessario consequens ex voluntate interiore, sine qua intentione seu progressu in bonum honestum: quid ergo meriti aut bonitatis adderet interiori actioni? meritum enim ac bonitas moralis in illo progressu seu tendentia in bonum honestum consistit.

5. Denique actus exterior sæpe non est in nostra potestate; virtus autem & omnis moralis boni-

litas libertati nostræ subest, neque nobis ritis auferri potest, aut impediri.

6. *Opera externa ab interno meritum suũ petere.*

Quod si de merito, vel gratiæ augmen- sit quæstio; illud euidens est, corpus ipsum ax esse non posse gratiæ supernaturalis; cu- sedem esse diximus animæ rationalis essen- m, diffundique in potentias velut in riuulos, quibus actiones meritoriæ profluunt. Petat go ab anima ratione prædita bonitatem om- m necesse est, sine qua membra nostra à bru- rum membris parum discrepant. Ex quo cõ- citur, omnem honestatem moralem, meriti- ue rationem, ab animi internis motibus esse quirendam.

An ab externis, an ab internis actib. stu- dium Perfectionis inchoan- dum.

o. Illud magni momenti est, nosse vtrum actibus internis, an vero externis, sit incho- dum PERFECTIONIS studium; & v- actionum alteri præstet. In quo in primis in- firmitatis cuiusque habenda ratio est: qui enim primum ad Deum conuertuntur, sequuntur impulsum spiritus; quem cum ratione discer- nere nequeant, quod sensu magis quam iudicio nitantur, summa vi in opera exteriora ferun- ur, quales sunt orationes vocales, peregri- ationes, ieiunia; sensimque longo vsu ac expe- ientia in sese redeunt, magnisq; luminib. illu- trati inspirituales atq; excellentes viros euadũt.

Hæc v a naturæ plane conueniens est, quæ ab imperfecto ad perfectum procedit. quod in triplici mundi statu perspicue elucet: primus enim legi naturæ initio homines subiecit, sine alia lege scripta: quam si ducem secuti fuissent, illis

illis gratia ad salutem promouendam non defuisset. Secundo mundi statu Legem scribi placuit, & Synagogam instituit, in qua Lex populis reddita legeretur. vtraque ad sui PERFECTIONEM aspirabat; quam verus legislator Christus Dominus addita gratia constituit.

1. Cor. 15. Ibidem. Ioan. 20.

D. Paulus: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis.* & : *Prius quod animale, deinde quod spirituale.* Cucurrerunt Apostoli duo ad monumentum, Petrus & Ioannes. hic alterum præuertit, non tamen introiuit prior; sed Petrus qui auctore Gregorio Synagogam designat, vt B. Ioannes gratiæ statum. Exuendus ergo primum vetus homo: induendus postmodum nouus, quo spirituales euadamus: vnde mirum non est, si initio non statim intremus in nos, sed exterioribus actibus occupemur.

Interna hominis conuersatio, seruoris externi causa est.

171. Nemo fallatur tamen, ratus opera illa externa sic externa esse, quasi ab interna radice non prodeant: ab intimis medullis, ab vbere animæ profusa gratia manant, & animo maxime inhærent. Iisque qui recenter ad Deum traducuntur, ait Sap. 7. dicit quod Salomon de sapientia prædicat, *omnibus mobilibus mobilior est sapientia.* illa enim rationem suum dum mouet, conditiones ignis sibi attribuit: vt animo ac corpore omnia, ad quæ impellitur, summo ardore ac celeritate conficiat.

Non sic qui occupationes quærunt externas, ne interni vacent; & in illis ita occupantur, vt nihil ab interno depromatur. de quibus ait Gregorius: *Dulce est esse in reb. humanis: sed ei qui alibi de-*

Super Ezech. hom. 10.

lestibus gaudia nulla gustauit : quia quanto mi-
aterna intelligit, tanto delectabilius in tempora-
s quiescit. Hæc Gregorius. Hi admodum *Qui toti exteriori et sunt, parũ proficiunt.*
um proficiunt, passiones suas numquam
mant, opera illa sic facta vix quidquam de-
una vitiorum inclinatione detrahunt; quia in
terno homine, à quo omnis ratio destruendi
nos habitus profluit, in aduersum vitium
lla vis impingitur. Quare, etsi nonnulli soli-
dinem ingrediantur, terram fodiant, corpus
acerent, addant flagra ac ieiunia; si ab animo
denti non procedant, hæc ipsa laterem lauãt,
rofecto Æthiopem non dealbabunt.

Itaque male sibi consulunt, suoque Ordini, *Carimonia Religionis sine spiritu parum prosunt.*
superiores Religionum, qui cum nouitios ad
robationem admiserint, de spiritu non sunt
olliciti, modo cantum & cærimonias bene ad-
iscant, certasque consuetudines obseruent.
Non est mirum, si grandiores facti, & ad pro-
fessionem admissi, eosdem Superiores contẽ-
nunt; vanitati amplius studeant, quam profe-
tui spirituali; corporis ventrisque cultum di-
uino obsequio præferant : quia non à spiritu,
sed à littera cœperunt, in carnem degenerant. *Li. de salut. docum. ca. 34. tom. 4.*
Quare optime monet Augustinus à corde cul-
turam nostram esse inchoandam. *Abscindamus,*
ait, virgulta spinarum de agro cordis nostri, ne desi-
gant in nobis altas radices : scimus enim quod cor no-
strum ager est Domini nostri IESV *Christi : excola-*
mus eum cœlestibus disciplinis, & non sinamus in agro *Cant. 2.*
tanti Imperatoris seminari Zizania, sed cunctis flo-
ribus virtutum decoremus : quia in his delectatur om-
nipo-

Cant. 2. *nipotens Deus, ſicut & in Canticis Canticorum legi-tur: Ego flos campi & lilium conuallium. id eſt: Ego de-cus mundi, & virginitas humilium.*

172. Vbi ergo ſtudioſus PERFECTIONIS aſſe-git, & aliquid de interna domo, de pra-uis habi-tibus, de paſſionibus, & obfirmata conſuetudi-ne, de concupiſcentiæ rebellione poteſt cogno-ſcere: ſibi tum demum perſuadeat internas o-perationes externis eſſe efficaciores, ad pel-das ex animis noſtris vitioſas inclinatio-

Internas actiones efficaciores eſſe ad e-uellenda ex animis vitia, quã externas.

Corporalis exercitatio, ait Apoſtolus, *ad mo-dum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt.* cui ſiqui-peram ſedulo dederint, iiſdem victoriam de-ternis hoſtibus Dominus pollicetur, per Pro-phetã Iſaiam dicens: *Quæres eos, & non inue-nies viros rebelles tuos: erunt quaſi non ſint: & velut re-ſumptis homines bellantes aduerſum te.* item per Ezechielem Prophetam: *Et ſcient quia ego Dominus cum contriuero catenas iugi eorum, & eruo eos de manu imperantium ſibi.*

1. Tim. 4.
Iſaiæ 41.
Ezech. 34.

173. Vis enim tanta eſt internarum actio-num, cum ad paſſiones animi vitiorum que radices euellendas, tum ad virtutes vicissim ſtituendas, quanta nulla eſſe poteſt externa-rum actuum, vbi præſertim animi contentio negligitur. Rationibus id euadet manifeſtius.

Rationibus probatur.

1. Qui enim in ſeipſo commorans internis actio-bus vitium aliquod cupit euellere, primum ſæpius illud obiicit, deque eo cogitat, eius tu-pitudinem videt, odit deinde & execratur: quo fit, vt non facile illud admittat: ex quo in vtilitatis conſequitur, vt ceſſatione vis omnis illius

is peccati eneruetur, & paulatim conci-

Accedit, sentes & tribulos hosce in iisdem 2.
ultatibus radicem fixisse, in quibus virtutes
e collocantur; vt pertinacia in intellectu, cu-
litas gloriæ in voluntate. Quemadmodum
go libere in easdem facultates admissæ sunt;
eadem libertate pelluntur, & quidem pro-
me: nihil enim æque vicinum est vitio, quam
us domicilium. Canem è domo qua ratione *Apta simi-*
gabis, si in domo non fueris? Strepitus fieri *litudo.*
oest exterius, ad timorem incutiendum; iaci
apides vel glandes; sed non tanges, si se conti-
eat, abdatque intra penates. Canis est concu-
iscentia, & perpetuo latrat; nec quietem nobis
e noctuq; tribuit; non expelles foras, etsi cor-
us tuum sæpe quatias, pectus tundas; timet in
ernum fustem illius domini, apud quem ho-
pitatur. Quare frequenti iudicij submissione,
detestatione pertinaciæ, aut vanæ gloriæ, pel-
untur canes isti, cum se domi male tractari a-
nimaduertunt.

Adde facultates externas remotius vitia tan- 3.
gere, imo nullo modo, nisi ratione internę ope-
rationis, à qua vim omnem accipiunt: nec ex se
in vitij destructionem tendunt, nisi ratione in-
ternæ directionis ac relationis.

Diuus Paulus fortissimum in hanc rem pro- 4.
fert argumentum: vult enim spiritu omnem *Gal. 5.*
profectum nostrum contineri. *Si spiritu*, in-
quit, *viuimus, spiritu & ambulemus.* quibus ver-
bis statim subiecit: *Non efficiamur inanis gloriæ*
cupidi

cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Ita-
nuans quod vbi spiritu ambulare desinimus, &
hostem domesticum durius tractare, vanitas &
Rom. 8. æmulatio statim caput exerunt. Item. *Si spiritu*
cta carnis mortificaueritis, viuetis. spiritus enim
Simile. qui carnis regnum destruit, & maculas abs
git. vt enim oculi maculam oculus ipse purg
non valet, aut excludere, sed aliena manu
est: sic nec animus suas maculas: gratia diuin
res addit, vt seipsum iuuet, rodentemque v
culum expellat.

" Christianissimus Galliæ Rex Henricus
" visitaret cænobium quoddam Carthusien
" quæsiuit ex probo Religioso eiusdem Mon
" rij, quænam esset differentia inter ipsos, &
" cietatis JESV Patres, in ratione quæ
" PERFECTIONIS. cui ille respondit, se sun
" per carnem spiritum, Societatis Patres s
" carnem, Deo rationique subiicere. quo
" so innuit, vtramque viam vtilem & salu
" posteriorem tamen esse compendiosio
" deo Christus Dominus adoratores suos
" Deum adorare *in spiritu & veritate.* &, *Spir*
Ioan. 4. inquit, *qui viuificat, caro non prodest quidquā*
Ioan. 6. *occidit*, dicit Apostolus. *spiritus autē viuificat.*
2. Cor 3. que: *Spiritu ambulate, & desideria carnis non per*
Gal. 5. *tis.* Atqui spiritus hic in internis hominis po
tiis potissimum residet, non in corpore: imo
ro ac spiritus, vt hostes infensissimi, perpe
Ibidem. confligunt: *caro enim concupiscit aduersus spiritu*
spiritus autem aduersus carnem, vt nō quæcumque
tis, illa faciatis: quis ergo dubitat interius imp
fortiss

-ſſime, non tantum facultate naturali, ſed
rius efficacia, ipſam animam imbuentis: cu-
eſt, cor lapideum frangere ac emollire, ru-
findere, monumenta aperire, è quib. mor- *Pſal. 50.*
corpora euolent: *cor mundum creare, & ſpiri-*
rectum innouare in viſceribus noſtris?

illud quoque momentum habet non par- 5.
m: quod externa opera non omni loco ac
mpore occaſioneque exercere vel liceat, vel
ediat; vt in lecto, in foro, in menſa, in cõcio-
tempore infirmitatis, aut grauioris occupa-
nis. Ligari etiam nobis poſſunt brachia, lin-
a amputari, vinciri pedes; quibus omnibus
mporibus mens non debet eſſe otioſa, aut à
rendi occaſione arceri. & quam multa præ-
e poſſumus, quantas acceſſiones facere, o-
iones iaculatorias iacere, ardentiaque deſi-
ria, etſi momentanea; quæ ſi dependerent ab
terno opere, numquam fierent!

Deus præterea quam ſæpiſſime cœlitus no- 6.
is ſpirat; ſubmittit auxilia, beneuolentiæ ſuæ
gumenta, quibus excitat ſocordiam noſtram
bene agendum, ad paſſiones domandas ac
opulſandas: quæ dum ſuggeruntur, re- *Ad vitiũ euellendũ, aut virtutem inſerendam, tria maxime valere.*
pi debent, ne effluat occaſio: hæc enim
a fortiſſime agunt in vtramque partem, vel
pellatur vitium, vel vt virtus includatur;
ultas nempe humana, habitus ſupernatu-
is virtutis infulus, & aſpirans diuini Spiritus
itia: quæ quidem tria ſi fortiter conſtanter-
e contendant, nulla vitiorum tanta eſt perti-
cia, quæ huic virtuti reſiſtere audeat, quæque

tanto pondere tandem aliquando non conti-
nuatur.

Cap. XXIX.

Industria quarta: actus exteriores Negotioni spirituali non modo vtiles esse, sed etiam necessarios.

Actus interiores per exteriores fieri meliores.

174. Fit interdum actus interior (quæ ta est industria) longe melior & e-
lentior, si eidem exterior adiungatur. Co-
git enim actus interiores & intendi & mu-
cari, crebroque excitari, quando spes af-
operis externi perficiendi; à quibus qui
omnino desisteret, si facultas non ade-

1. peris. quod videre est in eo qui Religion
gressum meditatur: si enim desiderium a
gnum sit, & spes admissionis affulgeat, ani
rime ea de re cogitatur, augenturque desi
quæ vt finem assequantur, multa alia opera
hibentur.

Deinde contingit actum internum co-

2. nuari ac produci ratione externi operis; qu
lico succisus fuisset, si opus externum non
set secutum: quod facile perspicitur in so
nioribus Ecclesiæ cærimoniis, processio
sacrificijs, quibus fidelium pietas foue
retinetur.

3. Denique contingit sæpe interiorem af
vehementiorem fieri accendique in exteri
per

is progressu : & quidem id vel ob voluptatem quam quispiam percipit in eo opere, vel quia impedimenta perrumpat; vti superiori libro declarauimus, in eo, qui peccatis omnibus, quibus seruiebat, euasit superior, & incredibiliter delectatur pœnitentijs & afflictionibus, delendisque peccatorum reliquijs. de quo ex sanctus ita ait: *Lætabor ego super eloquia tua, ut qui inuenit spolia multa.* Certe nullus satiatur spoliis diripiendis atque asportandis: & si multa sint, facile quis sibi noctis quietem subtrahat, vt cupiditati satisfaciat. sic & hi qui eloquijs Dei delectantur, numquam satiantur imitandis aliorum exemplis, præceptis diuinis Superiorum explendis, laudibus Dei celebrandis; maioremque in hisce voluptatis fructum capiunt, quam si spoliis colligendis occuparentur. *Psal. 118.*

Addo & aliud non vulgare: quod opus externum per seipsum plurimum commodi adferat, quod opus solum internum non adferat: ex multorum enim operum multiplicatione habiles reddimur ad bene agendum. Horrent nonnulli ieiunium, exomologesin, manifestationem suarum infirmitatum, submissionem aliis faciendam, linguæ continentiam, solitudinem; qui post nonnullam experientiam magnam deinde facilitatem consequuntur: hæc tamque non tantum à voluntate pendent, sed etiam à sensu; qui, cum animalis sit, non tam meditatione & consideratione quam Praxi fle-ctitur. *Commoda operis externi iuncti cum interno, & quæ sint huiusmodi opera.* 1.

2. In voluntatis promptitudine summa subi
de rerum ac difficultatis cardo versatur; sed
quidem vbi illa plenum habet imperium, n
habet vero in omnia: primorum enim motu
domina non est : non absolute etiam timo
lætitiæ, spei desideriorum, ac tristitiæ vehem
tioribus motibus imperat, qui tamen exer
tione subijciuntur; non modo internis, sed
xime externis actibus repetitis.

3. Deinde dissidentes reconciliandi sunt;
inter principes, aut etiam priuatos, com
nenda. hæc solis animi motibus non fiunt
quis in peccatum labatur; si quis excomm
cationem aut censuram incurrat; vt abs
tur, signis externis opus est. Si quis martyr
ream velit reportare, aut ea sacra, quæ ex
re operato gratiam conferunt, administra
recipere, indulgentias promereri; si quis
dominorum imperiis; non sola mente pa
satisfaciet, sed hos omnes subire illa nec
quæ cuiusque rei condicio ac natura
rit.

Actus præterea externi conferunt per
4. satisfactionem pro peccatis; quæ non modo
interno dolore & merito, sed etiam in re
corporis pœna consistit, quam actus pari
rior.

5. Denique inter ea quæ coercenda veniun
reformanda, non vltimum obtinent loc
sensus exteriores: qui sola contemplatione
clauduntur, sed magno conatu & vsu. vn
Psaltes Regius, cum de his loquitur, vult

rectes admoueri, propter difficultates; sicut ni frenum ac clauos quod clare designatur non ita omnino subesse rationis imperio, vt e loris regi possint. Quid de lingua dicam? m grauia, quam stupenda D. Iacobus de illa quitur! *Si quis* (ait) *in verbo non offendit, hic per-us est vir; potest etiam freno circumducere totum pus. Si autem equis frena in ora mittimus, ad con-riendum nobis; & omne corpus illorum circumfe-rimus. Ecce & naues cum magnæ sint, & à ventis va-is minentur, circumferuntur à modico gubernacu-li impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua mo-cum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce antus ignis quam magnam siluam incendit! Et lin-a ignis est, vniuersitas iniquitatis. Omnis enim na-a bestiarum, & volucrum, & serpentium, & ce-orum domantur, & domita sunt à natura huma-; linguam autem nullus hominum domare potest: quietum malum, plena veneno mortifero.* Non ergo quis cogitatione sola fit nauarchus, sicvt valeat tempestatum tempore nauim modera-ri. Nemo primo ascensu equum domare fero-cem, nemo vna aquę situla immane siluę incen-dium extinguere, nemo prima die bestias, vo-lucres, serpentes, ceteraque grandia cicurare potest. Quis ergo sola meditatione linguæ bar-bariem poterit coercere? At lingua minima pæ-ne pars totius hominis est: quid erit de singulis febris; de tota carne, insanoque corpore; quæ perpetuo oblatrant spiritui, & sæpe mordent, & cruento rictu à pugna non dicam recedunt, sed in nobis delitescunt ac commorantur?

Linguæ ac sensuum coercendorum difficultas. Iac. 3.

Catalogus operum externorum.

176. Vbi ergo quis assueuerit Domino Deo in interiori homine; vbi, exacta infantia, loqui cœperit lingua Spiritus sancti; dabit operam ut

1. *Sermones debent esse sensati. Similia.*

Spiritum illum etiam corpori suo modo communicet, corporalem linguam eodem igne formet, vt omnes actiones externæ inde informatæ prodeant: & sicut á Rege Reipublicæ gubernatio, à patre-familias ordo rerum omnium quæ domi fiunt, à bestiarum anima membrorum, ita ab anima spirituali, quæ operum nostrorum est, motus corporis omnes oriantur: rum enim sermo tale conditus sale tusque reputabitur. Ceteræ functiones non nebunt id quod decorum appellamus, & vi stas quædam diuina in membris omnibus ceb t.

2. *Orationes vocales.*

Quapropter expedit orationes iaculatorias cum soli sumus etiam voce pronuntiare: nim attentio maior est, & animus dispersus negotiorum mole obtusior acuitur, & significatorum vocum significatione retinetur.

3. *Pœnitentia.*

Adhibendæ quoque sunt corporales afflictiones; quia asinus noster non mouetur nisi mœrationibus, sed scutica. Quidquid sit de istis, quos semper benigne habere, multaque condescedere, caritatis est; in nosipsos tamen esse seueriores, adhibita directoris censura.

4. *Psalmodia & cantus.*

Laudes quoque Deo libenter dicendæ audiendæ. hinc sancti Patres psalmodiam instituerunt, vt pleræque Religiones chorum habeant, totumque tempus in Officii cantu nocteſque consumant: quæ si ab interno hom

ne

proficiscantur, magno fructu & consolatione spirituali fiunt, vitaque illa non tam humana quam cælestis appellanda est; cui tamen si spiritus desit condimentum, non caret magno fastidio ac mœrore.

5. *Virtutes omnes exteriori actu exercenda.*

Virtutes quoq; omnes, quando occasio postulat, exteriori actu par est frequentare: vt (verbi gratia) ad humilitatem acquirendam de se loqui demisse, honorifice de aliis: in colloquio familiari iudicium suum posthabere alieno; primas aliis libenter deferre ex animo, non emendicandæ gloriæ causa: officia humiliora quærere & exercere. Liberales animi ipso facto benignitatem suam probare debent; qui casti sunt, omnes occasiones impuritatis fugere, sobrie viuere, sensus continere: si enim intra nos feruor noster concludatur, similes erimus apibus, quæ in aluearibus remanentes non excurrunt, non insident, non immerguntur floribus. quid tum? Via quoque fauos non ædificant, ceram non faciunt & mel non fundunt. D. Augustinus pulchra similitudine ostendit interna per exteriorem culturam iuuari. *Sicut*, inquit, *in arbore id agit agricultura forinsecus, vt illud proficiat quod geritur intrinsecus: sic in homine secundum corpus ei, quod intrinsecus agit natura, seruit extrinsecus medicina: itemque secundum animam, vt natura beatificetur intrinsecus, doctrina ministratur extrinsecus. Quod autem ad arborem colendi negligentia, hoc ad corpus medendi incuria, hoc ad animam discendi segnitia: & quod ad arborem humor inutilis, hoc ad corpus victus exitiabilis, hoc ad animam persuasio iniquitatis.*

Similes.

Lib. 8. in Gen. ca. 9. tom. 3. Simile 2.

Cap. 10. Gen. 3. *tatis.*& infra: *Denique quoniam similitudinem a culti paradisi in seipso custodire subditus nolu lem sibi agrũ damnatus accepit. Spinas, inquit, bulos pariet tibi.* Hæc Augustinus.

6. *Virtutis, in qua exercemur, actus externi exercendi.*

177. Illius virtutis, in qua nos interne exer mus, aut qua in vitium destruendum incum mus, probatio præ ceteris externis faciend vt, siquis superbiam extinguere mane pro nat, non sufficiet internis actibus illam con lere, sed omni occasione demittet se, ac id ad id opera conquiret, oblataque complect ne multa animo concipere, reipsa nihil vell ficere videatur: quod merito iudicabitur, si opportunitate, aut etiam non quæsita, spec tione sua contentus sit.

7. *Cultus diuinus promouendus exterior.*

Hoc quoque in negotiatione spirituali cu curæ esse oportet: vt, cum de honore Dei p mouendo agitur, externus apparatus non p termittatur; qualis est Ecclesiarum ornam ac sollemnitates.

Nec est quod vox illa exitialis, *Quid dicu mines?* tanti apud nos sit, vt aliquid de offic stri dignitate atque obligatione prætermit mus.

8. *Correctio inferiorum & fraterna.*

Qui tenentur corrigere, videant ne cau sint muti; sed arguant, increpent, obsecrent omni patientia & doctrina. Quos zelo ma gno alios incitare caritas iubet, etsi cum aliqu suo incommodo, sibi non parcant, vt Deo obs quium præstent.

9. *Contemnẽ-*

Quid si vanæ gloriæ stimulus inani timore publicis actibus, quib. diuina Maiestas honor

, nos reuocet? constanter agendum est: non im ea moti cœpimus; haud dubie nec ideo s desistere conuenit. Sicui titillatio illa mole- or est, conuersa ad Deum mente is eam exe- tur; tum pergat alacriter. *da vanæ gloriæ in æ- ctibus ex- ternis.*

Constantia quoque opus est interdum, dum a nostra in discrimen vocatur ad tuendam ei iustitiæque causam. Maius beneficium omini obtingere non potest, non maior glo- , quam si Dei causa vitã profundat, aut (quod proximum) multa patiatur. qui si tam subli- honore digni non sumus, in re aliqua pro odulo nostro nominis diuini decus ac hono- em amplificemus. Gratissimum id æter- o Numini obsequij genus est, & (cum priuatis tibus conferamus) Christiano nomine longe gnissimum. Vult enim Deus agnosci, ac pub- co cultu honorari; illudque honoris genus e- am infidelibus innotescere, vt & ipsi videant Dcos suos esse impares Deo vero, *qui facit mira* *Psal. 135.* *lia magna solus*; quique sanctissimus cũ sit, om- nq; careat turpitudine, alumnos quoque suos sanctos efficere velit, ac miranda eosdem pro eius nomine suscipere ac perficere. 10. *Constanter fides nomẽ- que Dei profitendũ.*

Quapropter pergratum Deo est studium di- tinarum literarum, eminensque eruditio, qua ora Ecclesia aut certe eius aliqua pars illustre- tur. 11. *Studium sa crarum lit- terarum, ac insignis eruditio.*

Qui impendunt se etiam hominibus ad suum creatorem vel adiungendis, vel reducendis, nõ exiguam mercedem sunt recepturi, auctore Beato Iacobo. *Si quis ex vobis*, ait, *errauerit, à* 12. *Zelus ani- marum cõ-*

uertendarum. *veritate, & conuerterit quis eum: scire debet, quoniã*
Iacob. 5. *qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, sal-*
uabit animam eius à morte, & operiet multitudinem
peccatorum. Cerera externorum operum ge-
nera breuitatis causa prætermitto; satis sit, a-
liqua exempli gratia, eaque præcipua, po-
fuisse.

Cur actibus tam externis quã externis operandum.

178. Mixta hæc opera, interna atque exter-
hominem incredibiliter ornant atque pe-
ciunt, qui ad sui compositionem anima & c-
pore partibus essentialibus constat. Vtriu-
Deus auctor est, vtroque ergo ipse honora-
Vtraque denique pars beatitudine donabi-
Ceterum mixtio perelegans corporis ani-
que, cum in vno Deo colendo conspirant a-
consentiunt. Tertia vnitur cœlo, terrena
anima cœlestibus adiungitur: & quid mira-
corpus quodammodo in spiritum comm-
tur: nihil enim terrenum sapit amplius, cal-
spernit calcatque omnia, vt tamquam spiritu-
spiritualia opera cum voluptate exerceat. Qua-
tum decus in moribus: quis splendor in fa-
quanta venustas in oculis! quæ oris modes-
diuinum odorem sermo spirare, vultus ra-
fundere, frons, totaque facies depicta v-
tutum singulatum lineamenta continere
deantur. Hoc opus omnium, quæ exter-
prodeunt, nobilissimum est, & ad permouen-
animos atque ad pietatem excitandos pot-
tissimum. Talis erat Domini facies, cuius a-
ctu, teste Hieronymo, Matthæus pæne p-
captus, quam vocatus: quare, relictis omnib-
illi-

Lib. 1. cõm. in Matth.

ico Dominum secutus est. Moyses mitissi- c. 9.
us hominum ex conuersatione cœlesti An- Luc. 5.
licam nactus est faciem ; nec in eam, cum è 2. Cor. 3.
onte descendisset, populus oculos poterat in
ndere.

In eius vita lib. 1. ca. 13.

Narrat Cardinalis à Vitriaco de Maria O-
gniacensi rem miram. Dominus Guido, Can-
or Ecclesiæ Cameracensis, vir pius, iter faciens
eflexit nonnihil vt eam inuiseret; socio, itine-
ris comite: ægre ferente acirridente, addito e-
iam hoc scõmate: Domine Cantor, num mus-
cas & papiliones, puerorum instar, vis persequi
ac comprehendere ? Cum autẽ Guido sermo-
nes cum illa miscere et spirituales; socius multa i-
maniter cum effutiuisset, tedio denique affectus
ob diuturniorem expectationem, accessit Can-
orem, moniturus vt finem faceret: & ecce, dũ
forte in ancillæ Christi vultum oculos defigit,
subito mirabiliter mutatus animo, tantam pro-
fudit lacrymarum vim , vt etiam post longum
temporis interuallum ab eo loco & eius præsẽ-
tia ægre posset auelli. Tum Cantor (licet ille
præ verecundia latere vellet) animaduertens
quid ei accidisset, exhilaratus animo, eumque
vicissim irridens, Eamus inquit; quid hic subsi-
stimus; fortasse papiliones abigere vis. At ille v-
bi post multa suspiria & lacrymas vix inde auul-
sus esset, ita ait: Ignosce mihi; nesciui enim antea
quid dicerem, at modo in hac femina omni-
potentis Dei virtutem experientia
cognoui.

CAP.

Cap. XXX.

Industria quinta: quinque virtutum generibus potissimum prauos habitus ac passiones exterminari: sed maxime vnius ex illis, caritatis, actibus.

Allegoria Dauidis & Goliath 1. Reg. 17.

179. PVgnaturus cum Goliath Philisth reiectis armis à Saule oblatis, D adolescens, *tulit baculum suum, quem sempe bebat in manibus, & elegit sibi quinque limpidi lapides de torrente, & misit eos in peram pastor quam habebat secum, & fundam manu tulit, & cessit aduersus Philisthæum. Cum ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret contra Da festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex a Philisthæi: & misit manum suam in peram, vnum lapidem, & funda iecit, & circumdu cussit Philisthæum in fronte, & infixus est lapi te eius, & cecidit in faciem suam super terram: que gladium non haberet in manu Dauid, cucurr stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, p ditque caput eius.* & hæc quidem in pugna Hic vero gladius ad perpetuam rei memor

1. *Reg.* 21. repositus est in sanctuario post ephod. Po modum fugiens Dauid iram Saulis, cum ven set in Nobe armis destitutus, petiit ab Achim lech Sacerdote num haberet illic hastam gladium. Cui Sacerdos, *Ecce hic*, ait, *gladius Goli*

Philisthæi, quem percussisti in Valle terebinthi, est in-
uolutus pallio post ephod: si istum vis tollere, tolle: neque
enim hic est alius absque eo. Et ait Dauid: Non est huic
par similis: da mihi eum.

Virtutes generales quibus vitia impugnantur.

10. Dum de actibus agimus quibus vitia exterminantur, virtutes inseruntur; hæc industria prætermittenda non est, virtutes esse quasdam generales, quibus omnia vitiorum genera impugnantur. hæ vero sunt pœnitentia, obedientia, caritas, iustitia: quibus addenda est virtus specialis, vitio, quod persequimur, opposita. hic enim quinque lapidibus deturbatur immanis illa feroxque bellua, quæ toti Dei populo terrorem incutit. Nec quisquam miretur, si vel vnicam passionem giganti comparem: cum longe difficilius sit eam, quam truculentum aliquem gigantem, superare. Quid? vnico iactu fundæ Dauid Goliath prostrauit: heu, quanta moles Dauidi, Bethsabee amores vel declinare, vel derelinquere! Illum gigantem inermis profligauit: hos vero, etiam à virtutibus instructissimus, non modo non declinauit, sed ipsemet prostratus, & quatriduano mortuo similis, perseuerauit in peccato; eidemque crimini crimen nouum homicidii adiecit. *Fortior* sane *est qui se, quam qui fortissima vincit Mœnia: & melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* *Prou. 16.*

Crucis symbolum, Dauid baculus.

181. Principio Dauid tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus. Crucis symbolum baculus hic est. Quicumque ergo Goliath aggredi nititur, non accedat, quin prius cru-

crucẽ accipiat, Christum ducem crucem bajulantem sequatur, & sub vexillo Domini militem conscribi curet. Qui stipendia facere sub mundi vexillo prætendunt, idonei non sunt qui pugnent aut vincant. ijs Dominus denuntiat: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Quam pulchra res, mollem hominem ac delicatum, bellũ inpassiones suas aut vitia dicere! Quis speret alterum Samsonem, in Dalilæ sinu dormientem, victoriam contra Philisthæos reportaturum? Tria à nobis exigit minus. Primum est, vt abnegemus nos; id est non magis indulgeamus aut parcamus nobis quam summis aduersariis. Alterum, vt ferant crucem nostram, & difficultates obuenientes tamquam regni spiritualis sceptrum complectamur. Tertium est, vt Dominum sequamur eius virtutibus ac vestigiis insistendo; etiamsi se sit sequi per sentes & vepres, per ignem & aquam, in mediis gladiis & flammis: vt (quemadmodum ait Paulus) magnificetur Dominus in corpore nostro, siue per vitam, siue per mortem.

Luc. 9. Abnegotio sui.

Philip. 1.

182. Crux ista generaliter aduersatur toti exercitui diaboli ac mundi: sed ad manus veniendum, & singulare certamen; non cum exercitu, sed cum vno particulari (vt diximus) congrediendum. Idcirco quinque lapides de torrente sumendi sunt. Torrens iste est, de quo Dominus noster Iesus bibit, teste Dauide: *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.* Torrentem dolorum hausit copiosè: ideoque ele-

Adiuncta allegoria explicantur.

Psal. 109.

bat: *Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt* Psal. 68.
ue vsque ad animam meam: infixus sum in limo pro Psal 87.
di & non est substantia. &: *In me transierunt iræ* Quinque Christi Domini vulnera, quinque lapidibus Dauidis comparantur.
& terrores tui conturbauerunt me. Ex hoc amaſſimo hauſtu quinque noui torrentes pullulant, èquibus non tam aqua quam ſanguis prorumpit; viſique in corpore Dominí ſeu lapides quinq;, ſeu vulnera, quibus ſuperbum Goliath aduerſariosque omnes expugnauit. Expugnemus & nos: ex his enim omnis fortitudo noſtra promitur; & quicumque vincit, in iactu horum lapidum vincit. *Fortitudo mea*, ait ille qui hæc præuiderat, *& laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Hoc enim lapide vti voluerunt Iudæi; nos eo capita inimicorũ Regis perfringimus. Psal. 117.

183. Sed hi in pera noſtra reponẽdi ſunt: quis enim vincetur, ſi non habeat? Senſus paſſionum Domini mentes noſtras afficiat, & ſentiamus in nobis quod & in Chriſto IESV, virtutesque, quibus par eſt vti in hoc certamine ſingulari, reconditæ eſſe debent in animis noſtris: eas habeamus ad manum, & funda iaciamus, & in aduerſarij frontem infigamus. Quinque iam nominauimus, eaſque pæne generales omnes: vel quia omnia peccatorum genera perſequuntur, vel quia virtutum omnium honeſtatem complectuntur. Pœnitentia vitia oppugnat omnis generis; nullumq; eſt, quod acuto hoc lapide iuſtitię vindicatiuæ non conterat ac comminuat. Obedientia vt legum omniũ ac præ Philip. 2.

cepto-

ceptorum obseruantissima est; ita, quidquid aduersatur iisdem, odit ac detestatur. Caritas finis est omnis legis, virtutum omnium mater, vitiorum omnium fortissima profligatrix: nullius sceleris consortium admittit; pugnat tam quam pro aris & focis pro Dei gloria conseruanda. Iustitia vero cum iniquitate pugnat: non modo vbi inæqualitas rei alicuius adest, sed vel Deo, vel homini, vel sibi infertur iniuria. Vltima virtutum particularis est: vitiumque illud oppugnat, cui ex diametro opponitur; vt superbiam animi demissio, libidinem continentia, sobrietas intemperantiam.

184. Quinque lapides hi limpidissimi, de torrente, quem bibit Dominus, sunt desumpti, quo vim omnem suam ac puritatem hauserunt. Sed quamuis Dauid habuerit quinque, vnus tantum vsus est, & sufficit. Nos quoque aduersarium hisce quinque vtipossimus, & habere necesse est: sed vnica caritas sufficit ad omnia vitiorum genera destruenda, & quidem ictu maiori, quam si quaque virtus contentio contraria quispiam vteretur. Hoc lapide fortis est Magdalena, ideoque dictum est: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Istud argumentum, quia pluribus prosecuti sumus libro superiori libro, producere supersedeo. hoc tantum addam: virtutes illas, quas commemorauimus vel in caritate contineri, vel cum ea commercium habere plurimum. nam pœnitentia, quæ reconciliationem cum Deo quærit, caritas est, & animæ citiæ adipiscendę studium: obedientia vero, qua amici

Vnus lapis vel vnica virtus nempe caritas, sufficit ad vincendas omnes tentationes. Luc 7.

Virtutes generales fere easdem esse cum caritate.

cl voluntatem exequitur, caritatis pars est cipua, quæ non tantum beneuolentia dur, sed & amico mandanti prõptissime obsequi parata est: ideo à Doctoribus caritas obedialis nominatur: iustitia denique virtus vnialis ea est, qua iusti dicimur: at vero sine caenemo iustus ẽ. Quia nihilominus caritas gulis forma distinguitur: si quid in aliis sit, d ad vitia destruenda valeat, illud ipsum erfit, & tamquam telum aut clauum, quo ius ferat, vsurpat. Ferit vero fortissime, vt mo ictu vitam non modo vni vitio, sed & i corpori concupiscentiæ viuenti tollat, & si magnam molem carneam euertat. quod denter accidit in hominis iustificatione: quæ fide, spe, timore, ac pœnitentia paretur, acritur tamen caritate, quæ vltimam quasi mam importat. *Caritas obedientialis qua.*

Quod si tanta vis est vnius iactus, vt immanem gigantem viuentem, armatum, fastuom, & victoriis quasi insolentem prosternat: id putamus futurum, si cẽties eundem mortuum, reliquias, inquam, eiusdem vitii, conteat victrix reginaque caritas? Secundo profecto ictu profligaret deleretque omnia, nisi uina iustitia ad exercitationem luctam hanc obis relinquere decreuisset. Sed pugnemus udacter: omnes Philisthæi casu huius portenti gigantis perterriti aufugiunt: tantũ, ne malam in victoria gloriaque nostra relinquamus

86. Expedit ergo caritatis gladio hunc ho- *iungendi*

virtutum actus cum caritate.

ſtẽ truncari, aut ſolo, aut certe virtutum al'ar
coniuncta acie. Exemplo res fiet clarior. Auar
tiæ ac cupiditat's radicem oppugnaturus, mane
propono tota die in idipſum incumbere, & co
ram Deo id ſtatuo: omnia item diei illius op
Deo dedico ac conſecro, eo maxime fine, vt

Ratio euellendi praua habitus.

placeam: & quia in me ſentio quidpiam, qu
arctam cum Deo amicitiam impedit, nem
auri cupiditatem, ſiue orta illa ſit à prauitate
turæ, ſiue à concupiſcentia, ſiue inducta ſit
ſuetudine, illam deteſtor, doleoque ex a
me hanc tyrannidem mea culpa incurriſſe
beralitatis captus pulchritudine, totis v
in eam feror, Deum per ſacra omnia roga
que obteſtãs vt mei miſereatur g aniſſim
catoris: pecca'a ætatis præteritæ, & prau
lam cupiditatis propenſionem, quam vt pe
execror & abominor, funditus delere ac
tus exſtirpare, eique liberalitatis virtutem
ſtituere dig netur, per merita Domini noſtri
sv Chriſti. Formulam huius generale pone
mus inferius.

A capitali peccato exercitium expulſionis vitiorum inchoandum.

187. Meminiſſe vero illius oportebit, qu
ante monuimus: vt à capitali ſeu principali
cato, à quo nempe potiſſimum ceteri ade
dent, exercitium inſtituamus: id enim eſt
dam in caput g gantis infige e: quo quaſſ
immane corpus ruit; quo proſtrato, totus
liſthinorum exercitus funditur fugaturque.

Nec eſt quod quiſpiam arbitretur abun
bi proſp exiſſe, ſi quinque habeat lapides in
ra animæ ſuæ, ſi manum non mittat in pe

operi manum nō admoueat, si non iaciat fundamenta. Stabit profecto Goliath, & te mole opprimet sua. Magna industria est, hostem præuertere celeritate vincere, percutere citius, ne te percutiat; illi occupationem dare, ne te tentatione involuat, vel etiam opprimat. Hæc sane ratio est grauissimas tentationes euadendi: dum enim arma paras, & hostem quæris, non est quod tibi scelus aliquod inopinato obtrudat: sed ei satis est, si conatus tuos impediat, auocet denique ab oratione, à suscepto proposito, ab exercitio hoc, quo videat vires suas debilitari, existimans se nullum facturum operæ pretium, quam diu in hoc pugnæ genere virtutis studiosis operam ponit. *Ratio grauiores tentationes euadendi.*

Multo minus nos aggreditur, dum, superatis prauis habitibus, virtutibus augendis diligentem operam nauamus. vt enim is, qui forti exercitu alienam patriam inuadit, hosti occupationem dat, qua impediatur oppugnantis prouinciam impetere; nec vallis fossisque arx munitior hosti potest vlla obiici, quam infestus exercitus, patriam eius deuastans: sic qui acquirendæ PERFECTIONI, destruendis prauis habitibus, virtutum præsidiis acquirendis incumbit, alienam prouinciam inuadit, diaboli regionem exagitat, hoc præsidio interea munit suam satisque est dæmoni, ne hoc feruore non tantum sibi, sed & multis aliis prosit, impedire, & à paruis quibusdam officiis auocare, quæ etsi prętermittantur, nihil adhuc militi Christi periculi imminet. *Apta similitudo.*

In hist. Religiosa, seu SS. Patrũ. Et hoc est, quod aliquando docuit Eusebius vir ille sanctissimus, de quo scribit Theodoretus. Hic enim cum semel in agricolas aranteș curiosius oculos defixisset; in seipsum ita animo aduertit, vt ferreo collari ceruicibus iniecto, tenaque ad renes alligata, caput semper terrae depressum cogeretur: in quo supplicio quadraginta totis annis durauit; quibus numquam erexit, numquam cœlum vidit. Cum ab eo quæsitum esset ab eo cur ita faceret, & quae eo vtilitatem quæreret; hanc respondit, satanam hostem à magnis præliis, vt de libris aut superbia, ad illa parua traduceret: in quibus etiamsi vinceretur, non magnum esset damnum: sin vinceret, eo maius fore satanae malum, qui ne in paruis quidem posset esse superior. Præclarum dictum, & spirituali sanctoque homine dignum: quod idem in eo, quod nunc agimus, valere debet: vt ostendatur, ideo Perfectionis amantes longe abesse à praeceptis Dei violandis, grauioribusque tentationibus, quoniam maiora quæque sponte sua, vbi minor est obligatio, ad Dei obsequium tanto studio obeunt.

188. Quæ autem de caritatis iactu diximus, etsi vera sunt, vt sunt verissima: nihil obest tamen propria quaque virtute internum hostem aggredi atque impugnare: nec id sine fructu futurum confido: nam singularum virtutum actus meritorij sunt, & contrariam propensionem minuunt, eandemque virtutem augent.

Caritas Nihilominus perfectiores sunt caritatis actus quos

od à nobilissima Deoque præ ceteris gratis- *præ ceteris*
a virtute procedant: magisque meritorij, et- *valet ad*
si sine coniunctione alterius virtutis eliciã- *interitum*
: si vero ex imperio caritatis virtutes ceteræ *vitiorum.*
perentur: eo maior vis erit, tamquam ab ha-
amentata, ad destructionem vitij illius, cuius
olimur interitum.

CAP. XXXI.

dustria sexta & septima: primum inter a-
Negotiationis spiritualis officia locum te-
nere studium diuinæ gloriæ quærendæ: cui
plurimum opitulatur diuinissimæ Eu-
charistiæ vsus frequen-
tior.

89. ETsi vtilissimum sit (vti modo diximus) statim primis initiis proprositum ordinem sequi; hoc est, incipere ab alicuius prauæ inclinationis euulsione, antequam acquisitioni virtutum animum adiiciamus: quia tamen, qui recenter interno huic exercitio se dedunt, imbuti adhuc sunt spiritu huius sæculi, planeque frigidi: è re ipsorum erit, (quæ sexta industria est) primum omnium diuinum spiritum colligere, ac feruorem aliquem acquirere, hoc studio ac conatu, vt in omnibus soli Deo placere intendant: suaque omnia, antequam opus aliquod aggrediantur, breuiter illud quidem, sed suauissime, ac quam fieri potest piissime, actu *Studium diuinæ gloriæ in omni*

bus actionibus adhibendum. Probatur rationibus.

Deo offerant : iuxta formulam quam suo loco subiiciemus.

Rationes huius optimæ sunt. hostis enim nomine non singuli milites tantum censentur, sed & totus exercitus : & quamuis temerarium videretur, vnum hominem vniuersum exercitum aggredi; vti inconsulte faceret, qui primo quoque tempore singula vitia vellet extirpare, nihil vetat tamen, initio, ad hauriendum spiritum nouum, & concipiendum peccatorum odium, muniendumque sese, in id incumbere, spiritum mundi, qui mentem imbuit, affectus exuamus. etsi enim statuerimus Deo seruire, peccatis abstinere, quærere PERFECTIONEM, remanent tamen nescio quæ opiniones humanarum, diuitiarum, amicitiarum sæculi huius, media item plena vanitatis, propensiones ad iocos, irrisiones : &, quod caput est, hi homines suos fines numquam sibi proposuerunt vimmo imo semper res inanes spectauerunt : earum num optima quæque detorquent ad cupiditates: denique tota eorum intentio, propriæ scientiæ ac voluntatis, passionum ac desiderio constitutione nititur: quare foret admodum vtile, si huic tanti mali radici securis admoueretur : imprudentes enim in his frequenter peccamus, defectu animaduersionis. Proditores facile in vrbem ingrediuntur, & quidem multi & varij, si ad portas aut vigiles non sint, aut certe poculis aut lusui intenti non obseruent. Multa quoque cogitationum affectionumque genera in mentem, in voluntatem per-

1.

Simile.

dunt,

int, quæ non videntur: quia nullus obſeruat, od quiſque proprio amore trahatur atq; oc-petur.

2a 2o. Accedit, ſancto hoc puræ intentionis ainæque gloriæ ſtudio animam ſenſim pur-ri & diſponi, vt capacior ſit nouarum gratia-m atque virtutum: nihil enim ſic Deum alli-t ad gratiam ſuam communicandam, vt renū-atio omnis ſiniſtri amoris, & cura beneuolen-æ eiuſdem conciliandæ.

3a 3. Adde, id ipſis initiis eſſe facillimum tironi mperito, & hoc vnico faciliq; præcepto ipſum ine multo diſcurſu leuari: nihil enim facilius ſt, quam vt eum ames, eius memor ſis ſubinde ui te infinito amore complectitur, tuique *Pſal. 33.* amquam deponit memoriam: *cuius oculi ſuper ſos, & aures eius in preces eorum.*

4a 4. Summi præterea meriti eſt hæc exercitatio, vtpote quæ ab excellentiſſima virtutum proce-dit, qua Deus proxime ac nobiliſſime attingi-tur. Non deeſt interea benigniſſimus Dominus animæ pure ac ſincere quærenti ſe: & præuenit gratia, benedictione, ac conſolationibus, qui-bus tamquam calcaribus incitata, pergat & currat viam conſiliorum Domini, & apprehen-dat, ſicut & ipſa à IESV Chriſto apprehen-ſa eſt.

5a 5. Huc maxime facit, quod in ſtudio PERFE-CTIONIS ſummo præſidio ſit, magno ſpiritu *Rom. 8.* duci. *Si quis enim Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.* eum namq; Chriſtus Dominus dedit

suis Apostolis post resurrectionem suam, cum insufflauit in eos, dicens, *Accipite Spiritum sanctum*: & vnice ante discessum promisit, in die vero Pentecostes copiosissime contulit: qui vno beneficio omnia complexus est, cetera omnia cumulauit; imo nulla merito putanda forent, quæ Dominus Iesvs fecerat, si Spiritu sancto destitutos reliquisset. Alterum duobus reperiri in nobis necesse est, aut Spiritum Dei, aut spiritum mundi: non enim hi duo Spiritus se patiuntur simul esse, eademque anima commorari. nam vt vas aliquod prius vnguento pleniſſimum, aerem excludit; ita vero vnguento, illico irrepit ac succedit aer: vsu venit in animis nostris; aut enim in iis diuinus Spiritus ineſt, aut vanus; si diuinum ejeceris, succedit illico ipsi mundanus. Quod fieri sint gratia Dei præditi, qui reliquias spiritus mundani foueant, illi vel breui in grauia lapsi ruent, vel certe numquam ad eminentiam perfectionis assurgent.

Ioan. 20.

Simile.

De hoc argumento multa diximus superiori libro, capite de vita spirituali: quo ostendimus omnia spiritualia mala ex defectu spiritus prouenire. Atqui hac exercitatione quærendæ diuinæ gloriæ omnibus in rebus, hauritur spiritus, imbuitur animus, & accenditur: fieri enim non potest, vt tot aspirationibus ardentissimis emissis spiritus non attrahatur; cum Deus non minus sit liberalis in sufficiendis animæ nostræ rebus spiritualibus, quam largiendis corpori necessariis. Aspiranti vero animali Deus aerem

Cap. 26.

rem non subtrahit, sed quodque animal om-
loco & tempore aerem paratum inuenit. Si
is ergo ad Deum aspiret, si Deum inuocet,
niet profecto in eum spiritus sapientiæ : qui
fores, ad portas ciuitatum ad compita, imo
ni loco & tempore spirat, tantumque expe-
at donec obstaculum auferatur, vt peruadere
ossit, animosque replere. Nemo dicat se non
osse esse feruentem, ni velit redargui. Fac ha-
eas spiritum, quo ferueas : si velis, ille spiritus
abit, & fluent aquæ. spiritum non habes, quē
amen habere potes, si respirare volueris; suf-
ocaris, quia os non aperis : in corde enim tuo
tet calor, qui tua viscera depascitur: & non re-
piras?

6. *Apta similitudo.*

91. Vltima ratio desumitur ex industria eo-
am, qui plurimum valent scientia militari:
um enim obsidentur, si ciuitas omni ex parte
non sit munita, vt machinarum impetum su-
stinere possit : primum omnium id studeant, vt
ros proditores capiantur, suspecti vrbe pellan-
tur: tum infirmioribus, tum aliis locis pluteos,
antemuralia, loricas murorum, medias (vt vo-
cant) lunas, aliaque munimenta conficiunt, ra-
ri tutissimum pugnæ genus non in hostem ir-
rumpere imparatos atque imbecilliores, sed e-
gregie primum se munire : non defore deinde
modum nocendi aduersario, cum is nocere nō
poterit. Nos obsessi sumus vndique: foris pu-
gnę, intus timores: cū vero initio maxime infir-
mi simus, & à virtutū vallis minime septi: ante
quam pugnemus, & impetum faciamus in ho-

ſtem vtile erit, ad menſem vnum vel alterum recollectioni operam dare, & in noſipſos inquirere. Intus haud dubie proditores ſunt ſignoti, per exercitium hoc intentionis purgatioris ſe prodent: capianturilli, vt primo quoque tempore examinata cauſa trucidentur. qui motus ſuſpecti ſubinde erumpant, non mittantur: valletur etiam animus caritatis ris, arcibus ac turrib. ardentiorum deſideri vt hoſti nocere liceat, nobis vero obeſſe non poſſit.

Obſeruationes vbi cũ vno ſolo vitio concertandum.

192. Poſtmodum perduelles aggrediam non quidem omnes ſimul, ſed anteſignan vnum aut plures: contingit enim aliquand duo, tres, aut etiam plures ſint, ob variam plexionis compoſitionem, & inueteratam ſuetudinem pluribus prauis affectionibus ſ uiendi. Tam diu vero ſpiritualis miles cum congrediatur, donec eum, cum iudicio dire ctoris, aliqua ratione domuiſſe ac ergaſ videatur; vt cum vtilitate ad aliud pellendum tuto poſſit accedere. Si paſſio vehemens, a conſuetudo violenta, diutius: ſi res facile poſſ ſuperari, tum breuiori ſpatio inhærẽdum. D aliud vitium exagitamus, ſic intermittatur c præcedentiũ, vt diligenter aduertamus an m tus exurgant: & quam acres, aut quam remiſ Licebit vero ad idem iterum poſtliminio re ti, cum fructu, & ſæpius.

Eadem ratio eſt de virtute inſerenda. id a dupliciter contingit: aut enim ea cum deſtru ctione vitij inducitur: quod maxime fit cum

deſtruc-

ſtruendo vitium vnum virtutem contrariam petimus; aut etiam cum de ea ſola, ſine vitij contrarij exagitatione, exercitium inſtituimus, proponendo virtutem aliquam adipiſci certo temporis ſpatio, imminenſo deſiderio in virtutis capitæ honeſtatem intendentes, & à Deo poſtulantes eius incrementum; quo magis ei placere valeamus, & ad eius obſequium paratiores reueniamur. hęc omnia ex formula ſubiecta diſtincte cognoſcentur.

Index omnium vitiorum & virtutum, quæ in examine particulari tractantur.

193. Hic locus eſſet, indicem omnium vitiorum & virtutum, quæ in Negotiationem ſpirtualem veniunt, texere; ſed id nimis longum eſt. Quiſque noſſe debet vitia defectuſq; ſuos. examina præterea conſcientiæ ſcripſerunt multi, ex quibus vnuſquiſque, quod ſibi videbitur proprium, deſumet. vtiliter quoque de ratione viciorum deſtruendorum ſcribi poſſet, vti & de virtutum Praxi, in particulari; ſed primum generalia præcepta tradenda fuerunt. Interea initio *Cap. 2.* prioris libri poſuimus virtutes præcipuas Chriſti Domini, exemplaris noſtri: ad cuius ſimilitudinem vt ſecundum interiorem hominem formari ſumus; ſic & in nobis lumina illa exprimere, ſi exemplar, quod nobis in monte monſtratum eſt, imitari velimus, neceſſe erit. Præterea vtile eſt Paradiſum animæ Alberti Magni de virtutibus ſibi reddere familiarem, vnamque è virtutibus, ſingulis ſeptimanis aut menſibus, ſuo tempore & ordine, ad exercitium ſeu Negotiationem hanc adferre: quod fiet cum fructu, ſi modo diligenter & continenter fiat.

194.

Industria 7.

194. Gladius Dauidis, quo Goliath caput abscidit, prætermittí nõ debet; & vero aliã industriã huic adiungendi nobis occasionem ille suppeditabit: eum namque Dauid fugiens Saulem sumpsit, asseuerans hoc gladio nullum esse meliorem. Quid, quod in sanctuario post ephod quod erat ex lino albo confectum, pallio involutus esset repositus? Vera sunt, quæ de exercitatis vsu, ad vitiorum eliminationem, virtutumque acquisitionem, diximus: sed quid istis res desint, si animus languidior, si Saulis persecutio vrgeat, si tristitia infirmum absorbeat, si mundus solitudini nostræ inopiæque insidietur? Profecto pane ac refectione opus est. Quid ergo? gladium comedemus? Ita sane, si modo panis ille sit panis. Recordare quid liber Iudicum de Gedeone referat. *Videbatur mihi,* ait quidam, *quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: cumque peruenisset ad tabernaculum percussit illud, atque subuertit, & tam diuitus coæquauit. Respondit is cui loquebatur: Non est hic aliud, nisi gladius Gedeonis.* Panis subcinericius fuit gladius, delensque castra Madianæorum. Agitur potiori ratione panis Angelorum noster fuerit gladius nutriens animam, confortans cor hominis ad bellandum, aduersariosque vincens, ac ad internecionem delens: arma denique potentiæ nostræ à Deo, ad destructionem omnium munitionum? Dicat Regius Psalta quid de hac re sentiat. *Parasti,* inquit, *in conspectu meo mensã, aduersus eos qui tribulant me.* Si mensa propositionis panum gladius fuit aduersus hostes?

Eucharistia & gladij Goliath comparatio.

Iudic. 7.

Psal. 22.

is;quanto magis mẽsa Domini! Est ergo Christus IESVS panis & gladius.

Vsus Eucharistiæ vtilis cum studio mortificationis

Notandum tamen est, Dauidem gladio Goliath ad vsum non fuisse nisi cum quinque lapides e torrente collegisset, reposuisset que in pera pastorali, & eorum vnum saltem funda iecisset ita quoque nobis vsu venire par est. Sacramentorum frequentatio prodest plurimũ ad vitiorum destructionem, si modo lapides comparemus, fundaque iaciamus: si interno studio pranos habitus ac passiones destruamus. Euerti debent gigantes hi sublimes, vt caput eorum excelsum petamus: quo pertingere non possumus, si stent; aut certe altos perfectosque admodum nos esse oportebit. hinc Deus Augustino *Cibus sum grandium: cresce, & manducabis me.* Crescimus, si passionibus simus superiores; & tum maxime idonei sumus ad gladium hunc frequentius vsurpandum ac versandum: magni sumus, si peccata nobis subiecimus, si gigantes calcamus. *Eleuabunt nos*, ait Augustinus, *si fuerint infra nos*: si vero nobis illi fuerint superiores, nos parui ac imbecilles gladium eorum vel corripere, vel eorum capita amputare non poterimus.

Lib. 7. Cõf. c. 10.

Serm. 3: de adscens. Domini, in fine. est in edit. Plant. in appendice. 58.

195. Goliath exprobrabat populo imbecillitatem, & quasi victor in gladio suo gloriabatur quod dæmõ multo magis fecerat prostrato genere humano; sed quo gladio? vtiq; carne nostra quæ gladius dæmoni fuit, quo mundum vniuersum debellauit, cum *omnis caro corruperat viam suam*; quo quinq; ciuitates cõtra Sodomã & Go-

Gen. 6. Gen. 19.

& Gomorrham percussit; quo infinitos homines etiam sapientes cecidit: hoc protoplastum Dei manibus conditum, ac omni sapientia præditum, de supremo sapientiæ gradu deiecit, Salomonem gloria diuinaque scientia clytum infatuauit, fortissimum Samsonem fregit, sanctissimum Dauidem infecit. Diu multumque immanis hic Philisthæus exprobrauit agminibus Dei. Tandem aliquando decidit paruus Dauid, vnicoque lapide turrim lam disiectam proprio ipsius gladio truncat gladio, inquam, eius: assumpsit enim carnem nostram, & in ea conflixit, feliciterque hostem euertit, contudit, iugulauit. In tanti facinoris memoriam caro hæc seruatur perpetua templo, inuoluta accidentibus albis panis consecrati.

Gen. 19.

Gladii vis maxima in diuinitate latentem det; illa vero humanitate nostra, velut vagina, absconditur. Vtraque inuoluta est pallio candidissimarum specierum post ephod; in tabernaculo nempe, quod ex linteis mundissimis byssi conficitur. vnde quod infanti Christo in vtero matris delitescenti Ioannes è matrice, in persona Sponsæ ad Sponsum suum acclamantis, admirabundus dixit, vsurpare & nos possumus: *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni: iam enim hiems transiit, imber abiit & recessit; flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit:* Vox est humilis animæ amicæ

Cant. 2.

tantissimum Dominum magna fide cernen-
s, interpellantis, & firma fide profitentis in sa-
rosancta Eucharistia præsentem esse: qui etsi
allio inuolutus sit post ephod, hierotheciſque
tabernaculis conclusus esse videatur; nos ni-
lominus videt, nos alloquitur, & ad ampu-
anda superflua vitis nostræ internæ hortatur
c inuitat.

96. Nunc ergo qui aggrederis singulare cer- *Hortatio ad sacro-sanctam Eucharistiam sumendam.*
tamen cum dæmone, cum peccatis, cum pra-
is propensionibus, sceleratæ consuetudine ro-
boratis, anne inermis procedes? Age, quinque
torrentis lapides spirituales, passionis Christi
merita, tibi suppeditant. *Cucurrit Dauid*, iacto 1. Reg. 17.
lapide, *& stetit super Philisthæum, & tulit gladium*
ius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum,
praciditque caput eius. Vade, & tu fac similiter:
magno ardore dæmonem ac vitia tua aggrede-
re & persequere; arripe simul gladium aduer-
sarii tui, carnem Christi Iesu Domini nostri e-
denter sume. Non est huic similis ad fragili- *Effectus sacratissimæ Eucharistiæ.*
tatem relabentium amputandam, ad prauas
consuetudines extirpandas, ad domandam cu-
puditatem: non est huic similis ad triumphum
de hostibus reportandum, ad trophæa refe-
renda, ad virtutes comparandas atque augendas:
denique non est eo melior ad PERFECTIONEM
capessendam, ad perseuerantiam obti-
nendam, ad brauium supernæ
felicitatis prome-
rendum.

CAP-

Cap. XXXII.

Industria octaua: in Negotiatione spiritus rationem dati & accepti esse exigendam. Additur formula collationis spiritualis, continens Praxim Negotiationis.

Necessitas examinis particularis secundi.

197. IN Negotiatione omni rationem dati & accepti interuenire necesse est: quin & institores desunt officio, & errores ingruunt, & plerumque vsu venit, vt, quæ subducendis rationibus negligentiores in fortunis euertantur, & foro etiam cedant. Nos ergo tãta, quæ inter Deum & nos geritur, tanquam partes contrahentes, merito rationem nobis exigimus: ne fides nostra vacillet, facile que retractemus, aut etiam omnino à pactis cedamus.

1.

2. Res magna est, quam gerimus; Deum habemus cooperatorem, & pecuniis meritisque Iesv Christi Domini mercamur; pretium vero

Luc. 19. minus non est regno cœlorum; & qui dixit, *Negotiamini dum venio*, rationem traditæ pecuniæ nostræque Negotiationis exiget in die extremi iudicij. Præcipua quæ de hac ratione dici possunt, iam explicata sunt in duplici examine generali nempe & particulari: quæ præsenti instituto propria sunt, nunc paucis exponemus.

198. Re-

8. Ratio hæc in eadem tria tempora, quæ examine particulari constituimus, distribui-: matutinum nempe; quo proponitur res am in Negotiationem adducere toto diei ursu statuimus; meridianum, & vespertim, quibus quid vtiliter, quid perperam actum sit, quidve omissum ex re mane propositi, discutimus. Concurrunt enim illis duobus mporibus, eadem opera, tria examina. Genet, quo de peccatis illo die admissis inquirimus: particulare, quo vitium aliquod ex condio exterminare nitimur: tertio vero, quid nectum sit propositi matutini, reputamus. uare non repeto quæ singulis attribui: qui em in iis se exercuerit, ei difficile nõ erit & term his iungere, & de omissione neglectæ Negotiationis iudicare; impositam etiam sibi pœna, sorte delictum sit, ne alias irrepat negligentia.

Qua in ratione dati & accepti obseruãda.

Tria examina in vnum simul cõcurrere.

1.

9. Præter tria hæc tempora Negotiator spiritualis sæpius ad se redeat, feruorem intepescere non permittat: singulis saltem horis, dum ea audiuntur, breuissima recognitione statum animi sui consideret; sibi suoque se reddat Creatori, si forte vel ab animi puritate deflexisset, vel propositum neglexisset. Quoties denique aliquid acturus est, quod sit alicuius momenti, illud non incipiat, quin Deo idipsum offerat, se commendet, addita similiter detestatione peccati quod destruere intendit, aut desiderio virtutis quam gestit acquirere. Talia esse possunt, primarium aliquem conuenire; cum multis versari; tractare cum aliquo de eius sa-

2.

Ad mentis arcanũ sæpius recurrendũ.

lute; rē ex obediētia præscriptam implere; obtē sacra: hominem iracundum & male affectum compellare; studia inchoare, & multo magis orationes; confessiones item excipere; concionari; hortari peccatorem; subditum aliumue caritate corripere. Denique facturus ea, quæ Deo singulari cura mane commendauit, eadem perficiat eo spiritu quo proposuit.

3. *Statis temporibus ad se esse redeūdum.*

Tertio vtile est, certa quædam tempora designare, sibique præscribere, quibus pius animus in se redeat, quinquies aut sexies in die; vt ad cubiculum redit ad cubiculum: cum mensam accedit; post refectionem, & hominum liberaliorem vel negotiosiorem congressum: post studia. Denique quoties sæpius quisque cum Deo interne conuersatur, quo sæpius ardentes caritatis actus elicit, eo plus meriti acquiret. Discussio sane facilior reddetur, quia homo perpetuo in excubijs est. Nec difficile erit delicta inuenire, cum propter assiduam vigilantiam, tum maxime propter animi puritudinem purissimæ conscientiæ quæ vel oculus non minimam stipulam, sic nec naeuum leuissimum sine graui sensu admittit; qui & primo quoque tempore, quo quis ad Deum accedit, occurrit, & mentem quietam, donec dolor sublatus fuerit, non relinquit.

4. *Bonis considerationibus & orationibus negotiatorem spiri-*

Memor sit quisque eorum quæ præcedenti libri capite finali scripsimus de gratiæ ac virtutum augmento, quanta scilicet iactura sit in tanto lucro esse negligentem: vtque maius tum lucri desiderium excitet, reuocet in memoriam sibi esse moriendum: cœlos ipsos penetret, videt

ideat quem locum sibi paratum cupiat: *vnicuique enim reddet Dominus secundum opera eius.* Nos venire bit in ex tu vitæ socordiæ nostræ, prætermissique officij; quod nempe, cum permulto exiguo labore nanciscí possemus, maluerimus nugis atque inanibus næniis omnem nostram ætatem terere, qua æternis diuitiis cumulandis insistere. Assuerudo plurimum potest. Possunt mercatores intendere dies & noctes, quidem continenter; relaxationem atque intermissionem exiguam aut nullam admittunt: spes lucri à dolore capitis, á tædio, ab otio facile vindicat: &, quamdiu lucrandi opportunitates adsunt, eas numquam prætermittunt: si absint, quærũt magna cura ac studio: quid ni æque nos moueat spes æterni ac beatissimi regni, gloriæ incomparabilis, felicitatis perpetuo duraturæ?

tualem excitandum. Matth. 16.

Oratio mane recitanda, & interdiu repetenda; qua ad Deum actiones nostras referimus, ad eius beneuolentiam promerendam.

100. Clementissime Domine, ac piissime Pater, ecce adsto coram tua Maiestate, & Curia tua cœleiti, & fateor tibi me omnia debere: idcirco offero me, meaque omnia, & ea consecro ac dedico diuinæ clementiæ tuæ, corpus nempe, animam, vitam, cor, desideriaque omnia mea, & quidquid hodie facturus sum, & in omnes æternitates: eo maxime fine, vt tibi super omnia placeã; quia tu solus amor meus spes mea finis & intentio mea: præter te nihil volo, nihil

cupio, nihil desidero. Testor etiam atq; etiam, me nulla ratione, nullo vmquam tempore, illi motui inordinato aut cogitationi peruersæ acquieturum, imo ne auditurum quidem: & quicquid occurrerit, vel operibus meis sese immiscuerit, legi tuæ aut beneplacito repugnans, omni quo possum studio animique contentione protestor id omne esse contra voluntatem meam. Tu me, amantissime Domine, contuaris fuga aduersarium, & motus omnes rebelles comprime, vt te vesperi laudem, gratiasque referam, & deinceps in sæcula sæculorum. Amen.

Ita breuius.

Psal. 72. *Domine, quid mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea,* imo & totum meum, *Deus in æternum.*

Vel:

Cant. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

Orationis pars altera, ad cupiditatem aliquam euellendam.

201. Quia vero in me multa video, Domine Deus meus, quæ arctam tecum contractam amicitiam obscurant, imminuunt, atque impediunt, qualis inter cetera inanis gloriæ (vel) cupiditas: siue illa orta sit ex concupiscentia, siue ex naturæ ac complexionis prauitate, siue ex ducta consuetudine: eandem inuisam cupiditatem detestor, doleoq; ex animo, me culpa pos-

a in eam seruitutem incurrisse : totus vero rutis humilitatis (*vel* N.) pulchritudine ca- us, ardentissimis votis in eam feror, teq; per nes miserationes tuas rogo, obsecro, atque xeitor, vt, euulsa radicitus inanis gloriæ (*vel* cupiditate, optatissimam humilitatis (*vel* N.) rutem animo meo inserere, augere, stabili- que digneris, meritis Domini nostri IESV hristi, cui honor & gloria in sæcula sæculo- m. Amen.

Ita breuius:

Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem tuam dilexi. Psal. 118.

Orationis pars tertia, ad virtutem aliquam particularem acquirendam.

62. Et quia, ô summe amator hominum Deus, delicias asseris tuas esse, vt sis cum filiis hominum, templumque tibi in eorum cordib. delegisti : vnice doleo, in eo ornamenta, quæ præsentiam tuam deceant, desiderari. Quare te etiam atque etiam rogo, benignissime Domine, vt, quia ex me inducere non valeo, ea tecum adferre, omniumque virtutum decora atq; venustatem importare digneris. Præ ceteris vero virtute humilitatis (*vel* N.) indigere me fateor, & ea quidem ad promptissime tibi obsequendum ac diligendum maxime necessaria. Eam ideo ex animo desidero, & ex intimis præcordiis concupisco; eo præsertim fine, vt tibi perfecte obediam, atque in tuos complexus, in quib. & perpetuo immorari, & etiam immori exopto Prou. 8.

ardentissime ruam ac conquiescam, tibi laudes dicturus in sæcula. Amen.

Ita breuius:

Cant. 1. *Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.*

Formula seu Praxis collationis spiritualis: ἀνάλυσις Negotiationis spiritualis, seu examinis particularis, ad vitia destruenda, & virtutes insecundas.

Collationis spiritualis formula & partes.

Quoniam vero conferentiarum seu collationum spiritualium fecimus initio mentionem, subiiciam hic pro coronide formulam, quam qui velit, possit imitari. Conueniunt multi, volentes ad quærendum de dubiis spiritualibus, quæ cupiunt sibi explicari. Ex his proponitur vnum vel plura, prout quisque sibi optat satisfieri, patitur tempus.

Præest aliquis peritus & exercitatus, qui perspicue resoluat dubia proposita, & intellectum eorum, qui proponere nesciunt, suppleat, proponatque ipse, de quo à singulis iudicium exquirat, si minus ipsi in proponendo instructi rent; & auditis omnibus, vel etiam singulis, totam resumat, discutiat, explicet, nodosque omnes reconditos euoluat.

Magni faciat ipse quidquid singuli dixerint, eliciatque mel de petra, oleumque de saxo durissimo: enimuero qui dicunt ex spiritu, quantumcumq; rudes, Præsidi egregiam materiam discursus spiritualis alicuius suppeditant. Si

d conferentiam veniamus, & instituatur quæ-
tio de Praxi atque vsu Negotiationis iam expli
catæ.

Collationis quæstio prima.

Proposito ergo atque explicato argumento, Præside quærit primus, quænam ad praxim Negotiationis iuuandam facere posse videantur. Respondet Præses, multa præce pta tradi posse, quæ tamen facile ex dictis colligantur: & inter cetera illud apprime fore vtile, vt, qui secure in hoc negotio velit procedere, arbitrum exercitationum suarum peritum deligat. Etsi enim vnctio Spiritus & necessaria sit, & vehemẽter negotium hoc promoueat: non vacat tamẽ periculo, viæ duce carere, adeo obscuræ, totq; dæmonis illusionibus expositę. qua de re copiose Cassianus. *Etenim*, ait, *cum omnes artes ac disciplinæ humano ingenio repertæ (quæ & nihil amplius quam vitæ huius commodis præsunt) licet manu palpari queant, & oculis peruideri, recte tamen à quoquam sine instituentis doctrina nequeunt comprehendi: quam ineptum est credere hanc solam non egere doctore, quæ & inuisibilis & occulta est, & quæ non nisi corde purissimo peruidetur: cuius error non temporale damnum, nec quod facile reparetur, sed animæ perditionem parit, mortemque perpetuam!* Hæc Cassianus. Accedit, vtilissimam esse de rebus spiritualibus sermocinationem cum fido aliquo amico, cui libere ac confidenter teipsũ aperias. Sed cum quo securius aut liberius quã cum conscientiæ tuæ arbitro conferes? à

Præceptum 1. Magistrũ in exercitiis spiritualibus peritum esse necessariũ.

Collat. 24. c. 16.

quo certius ac verius lucem ac directionem accipies? nec id modo ratione eruditionis atque experientiæ qua pollet; sed quia Deus propter humilitatem tuam, & ratione paternæ providentiæ amorisque in filios sui, eidem suggeret vnde lucem ac directionem optatam hauriri possis. Hoc in primis præceptum necessarium est.

Præceptum 2. Recollectio diurna quam frequens esse debeat.

Necesse est deinde, vt constituat quisque quoties per diem velit & possit redire ad se excutere animum, & factorum rationem exigere: potest enim id omni loco & horæ hominibusque interne degentibus id sensim fuit familiare. Nec adeo id molestum esse debet, cum breui spatio illud fieri expertus nonnulli itaque certas horas designant, ad Regis piissimi imitationem, qui ter, manerepe, meridie, & vespere, aut certe septies in *Psal. 54.* Deum laudabat) distributis videlicet pro *Psal. 118.* que commoditate temporibus. Alij horis singulis (quarum pulsu se moneri sentiunt) colligunt animum; alii quoties cubiculum ingrediuntur, quoties ad rem aliquam notabilem accedunt, & tempus suppetit, siue inter eundum sine dum mora aliqua interuenit. Quisquis ergo diligat quod fieri potest per occupationes quo frequentius, eo melius. Ex professo vero ad minimum bis fieri opottet, & attentius, *Præceptū 3. Propositi constantia seruanda.* prolixius; nempe circa meridiem, & vespere quietem.

Ab hac discussione omnis leuitas & inconstantia eliminanda est; & quidquid statutum pro

ppositum fuerit, illud inconcusse ac inuiolater, quantum ratio permittit, obseruandum Hic radix infructuosæ arboris designãda, ad am securis correctionis admoueatur.

Quæstio secunda.

Secundus proponit & petit, quanto tempo-, qui vitium aliquod euellendum vel virtuminserendam deligit, in iis singulis occupari bear. Respondet Præses, multa vna proni quæstione; atque primum de vitio exterminando, deinde de virtute inserenda agenum esse: status præterea hominum esse diuers, quorum vnicuique conuenienter respondum est. Alii nempe incipiunt, proficiunt i, alii denique perfecti censentur. & quidem uorundam vitia altius radices egerunt, quæam vero nulla adhuc consuetudine vel depraanaturæ complectione roborantur.

His suppositis, illud initio statuendum est, *Exercitiũ.* t, qui incipit, (ab iis enim, qui incipientes appellantur, inchoandum est) aliquot mensibus *Rectitudo intentionis in incipientibus.* sese in rectitudine intentionis exerceat; quæens in omnibus Deo placere, super omnia, propter ipsius singularem bonitatem; addito generali odio, persecutione, ac detestatione vitiorum omnium, vt fuse superius explicatur.

Singulis vero mensibus vertentibus consideret attente quantum profecerit, & an expediat mensi iam lapso alium adiungere in eodem exercitio. Idipsum Deo commendet, & lumen desuper postules. Si post orationem sentiat

detrimentum fore si diutius continuet, alia aggrediatur, eo modo quo deinceps dicemus. Si vero nimium properando de solida virtutis existimet detractum iri, hæreat cum suo profectu & consolatione in

Eius duratio.

exercitio se versari posse confidit. Arbitror quemque in exercitio rectæ intentionis tresve menses vtiliter positurum operam terea sub finem cuiusque septimanæ de actu decursæ illius hebdomadis inquirat ter puniat culpas, negligentias moraſque get. Nullo modo parcat, si aliquid sini tentione fecerit aut minus bona: si nulla tione ac perfunctorie res gesserit, nec h impune abire permittat.

Qua illud inuent.

Vt autem in hoc de rectitudine intent & in aliis sequentibus exercitiis finem a ris, (qui est inordinati affectus destru caritatis aliarumque virtutum increme necesse est omnes animi neruos cum cum absoluta resignatione ac voluntat di quod in te est; & ad hoc orationes, p tias, confessiones, communiones, v renouationes, & quidquid laudabile com sci potes, adhibeas. Certe reperies bre pore, te non frustra laborem hunc subi ergo primum sit exercitium, & iis quid piunt, propositum.

Exercitiũ. 2. Oppugnatio præcipui

Alterum est: Vbi mensibus aliquot is, cipit, (præsertim si è salebris mundi rece mergat) rectæ intentioni assueuerit, delig inde præcipuã è prauis naturæ suæ viti

sionibus, eique bellum indicat, eo modo *defectus.*
superius explicatum est, iuxta consilium *Collat. 5. c.*
Isiani; seruato nihilominus etiam cum eo- *14.*
am augẽdæ caritatis exercitio: nec enim quid-
am impediet id, cum ad finem eiusdem vir-
is omnes actus boni referri possint. Detesta-
nempe superbiam, fugis auaritiam, perse-
eris ignauiam, vt Deo placeas. sic reliqua vi-
oppugnabis, vt præclaram illam PERFECTI-
nis ac caritatis margaritam assequaris.

Hoc etiam facies aliquot mensibus, & sub *Eiusdem*
rem cuiusque, re Deo commendata, dispi- *duratio.*
esan diutius in eiusdem imperfectionis de-
ructione tehærere oporteat. Post duos demum
esve menses (vt videtur) aliud vitium conuel-
ndum assumes. Et hæc quidem omnia cum
dem feruore atque animi contentione pro-
quenda erunt, quo primum de caritate au-
enda per rectam intentionem ante diximus.
Nec facile cuiquam transeundum ordinarie e-
st ab vnius vitii exercitio ad aliud, quamdiu
circa huiusmodi defectũ occupatio inueniatur.

Negligentia cauenda.

Caueat tamen sibi à latente socordia, quæ ad
vitandam molestiam ac laborem noui exerci-
tii, nouorumque conceptuum, sub quietis per-
niciosæ latebris solet delitescere.

Obseruet idem in hisce omnibus diuersos
motus à variis spiritibus prouenientes, discat-
que bonos à malis discernere, ac dignoscere
quid à natura, quid ab animi perturbatione,
quid ab hoste veternoso proficiscatur. hic nam-
que immanis pugnæ occasio summa dabitur:

Motus animi varii, & acris pugna interni hominis.

agi-

agitur enim de pelle exuenda, non externa quidem, sed interna: deque toto homine veteri deponendo atque abnegando, vt nouum, qui secundum Deum creatus est, induat. Assumet haud dubie natura, iuris sui tenacissima, formam omnes, omnem industriam exacuet, vt seipsa limites suæ libertatis cõtineat. Subtilissimæ borientur tentationes, quas nouus miles diligenter cognoscet. Deinde, cum in medio virtus consistat, & sæpe extrema vitia virtutum ac simulacrum assumant: iudicio opus est, rituum discretione, iuxta & generoso animo cum ad artes ac impetus aduersariorũ declinandos ac sustinendos, tum ad eosdem prosternendos.

Quæ scriptio annotanda.

Quapropter vtile admodum erit, in ... saria referre capita exercitationum istarũ, quotidiana proposita, studium menstruum ... domadarium, visitationes cœlestes, pugnas grauiores superatas, lumina superuenientia, quæ omnia suo tempore vsui erunt ad profectum spiritualem proprium, aliosque in similibus mine adiuuandos.

Quæstio tertia.

Proponit tertius: Dum contra vitia contendo, nonne simul opus erit vt interea de aliqua virtute acquirenda sim solicitus? Respondet Præses, neminem oppugnare vitium, quin simul virtutem aliquam intendat, & vero animadgat: oppugnationes namque illæ, virtutem ... ctus sunt. Vt igitur fileam in primis augeri ...

Qui vitiũ oppugnat, virtutem acquirere.

tem omnibus virtutum actibus, quales sunt
nibus vitia detestamur; incredibiliter præ-
ea caritas augetur, dum in eius finem omnes
us isti interni actualiter referuntur. Deniq;
n detestamur vitiosam inclinationem, eius
ntrarium appetimus: vt qui persequitur su-
biam, tamquam humilitatis, quam appetit,
stem iuratum, humilitatem auget, eiusq; gra-
s sensim accumulat: quod de ceteratum vir-
um actibus statui potest.

Quæstio quarta.

Quartus scisciratur, quam diu contra huius-
odi domesticum eumq; primarium hostem
rrfligendum sit. Respondeo Præses, quo fero- *Duratio.*
or fuerit, altioresque radices egerit prauus il-
habitus, eo constantius ac diutius eum esse *Simile.*
erlequendum. vt enim qui fundamenta iace- *Praui habitus fundationem virtutum impediunt*
re velit, omnia rudera, arborum radices, ver-
sumque ac submotam olim terram eruit, donec
nitidam inueniat, super quam fundamenta æ-
dificij constituat; ita nobis agendum est, si soli-
de fabricam spiritualem stabilire velimus: ni-
hil antiquæ terræ vetereisque Adami remanere
omnia passionum rudera, omnes peccatorum
fibras erui conuenit; alioquin ædificium virtu-
tis non stabit, & flante tentationum vento faci-
le corruet: quia inordinatæ animi affectiones
potentiam hominis, humanarumque actionũ
fundamentum plane debilitant, concutiunt, ac
conuellunt. quare vbi consuetudo naturæ cor-
ruptæ accesserit, aut alias prauus habitus vires

habet

habet potentiores, fortius ac diutius laborandum est: non item vbi exigua est oppositio & vitium cedit imperio voluntatis.

Eadem ratio erit de ceteris defectibus animi turbationibus animi exterminandis; quae ciſſim iuxta leges iam positas nunc per menſ nunc per certas hebdomadas, simili con conterendæ erunt. Dico, viciſſim; quia nuimus cauendam esse confusionem, sigilla que defectus esse impetendos statis temp bus: faciliusq; vnum aduersarium sterni, c plures, quorum vires & alterius accessio borantur, & detractione debilitantur.

Sigillatim vitia omnia destruẽda.

Simile quid olim contigit in concert Horatiorum Romanorum ex vna parte; Curatiorum Albanorum ex altera, qui de nendo imperio decertabant: cum enim pa bore frequentibus prœliis vtrique com nuerentur; missio in compendium bell tiis Curatiisque tergeminis hincatque in

Iul. Flor. gest. Rom. li. 1. c. 3. Ti. Liu. li. 1. ab Vrbe condita.

» tribus, vtriusque populi fata commis
» Anceps & pulchra contentio, exitu
» mirabilis. Trib. quippe Curatiis vulnera
» Horatii super alium alius expirantes corru
» Superstes tertius forte integer fuit; vt vni
» solus nequaquam par, sic aduersus singulos
» rox. Ergo, vt segregaret pugnam eorum
gam capessit; ita ratus secuturos, vt quem
vulnere affectum corpus sineret. Iam aliqua
tum spatii ex eo loco, vbi pugnatum est, au
gerat, cum respiciens videt magnis interv
sequentes; vnum haud procul ab se abes

eum

n magno impetu redit : & dum Albanus «
rcitus inclamat Curatiis vti opem ferant fra- «
jam Horatius cæso hoste secundam pugnã «
ebat. Prius itaque quam alter, qui nec pro- «
laberat, consequi posset, & alterum Cura- «
m conficit. Itaque æquato Marte singuli su- «
cerant. Horatius denique Curatio male su- «
enti arma gladium iugulo superne defigit. «
(rarum alias decus) vnius manu parta victo- «
est, addito nempe ad virtutem dolo. Qui in «
opposita nostra spirituali pugna magnæ pru- «
tiæ atque industriæ argumentum est : si e- «
m aggregata vitia non expugnabis, segrega- «
facile vinces.

Quæstio quinta.

Quintus subiungit: Quid si subinde labar in *Quotidiani defectus notabiles exagitãdi.*
fectum aliquem, de quo non est quæstio? non licebit illum statim in examen particulare inducere, ne forte hæream in luto, aut etiam in alium grauiorem incidam? Respondet Præceptor: Etsi difficilius sit duos prosequi quam vnũ, necesse est tamen subinde id admittere. Fures duos nocturnos aggrederis, non vnum tantum, ne alter fugiat, (si vtrumque capere possis) præsertim si is qui fugit, fortior effectus, iugulum tuum petiturus putetur. Peccata nostra latrunculi nocturni sunt, & iugulum petunt: capi debent, quotquot teneri possunt. Similiter, quã nihil facilius sit vnum, cui insides, equum ducere, quam duos; fit tamen, & sæpe multi longo agmine loris vincti abducuntur. Sic, etsi vnius vitio

Similia.
1.
2.

do-

domando sufficiat incumbere: cum necesse
tamen, non vnum tantum, sed plura trahi
nec adeo incommode, si illa imperio volun
vinculo caritatis constringantur. Deniq
quemadmodum duos ephebos insolentes,
malefactores, simul flagellare difficile est: si
men simul nudos alliges, æque facile in d
propemodum scuticam contorquebis, a
in vnũ sic & quotidianos defectus deprehe
ac detectos, in ordinario exercitio colli
tamquam malefactores, ad satietatem ca
poteris, cum voles: vtrumque enim pote
testari, & vtriusque detestationem ad eun
caritatis finem referre: & id quidem ad v
saltem aut alterum diem, donec menti
quillitas restituta sit, & sanctissimo iustitiæ
dicatiuæ zelo satisfactum. Hactenus de in
pientibus: de proficientibus modo dicend
est.

Quæstio sexta.

In proficiẽtibus. Petit sextus, an eadem ratio sit proficien
quæ incipientium: & quanto tempore pr
cientes in hoc studio, seu in vtroque exerc
iam explicato, occupati debeant. Respon
Præses, vtrisque doctrinam hanc esse comm
nem: & vbi cetera paria sunt, etiam tempus
differentia potest intercedere, quod, qui p
fecerunt, minora forsan habeant impedim
Nota. ta. Hoc tamen obseruatione dignissimum
terdum viros admodum virtute eminentes,
gratia, grauissimas à complexione peruicaci
pra

ua consuetudine difficultates experiri; imfectissimos vero nonnullos tantam in se maiam ac pacem obtinere, vt multũ laborent in uenienda passione aliqua aut etiam peccato uiali, quod confiteantur. non ideo tamen nt perfectiores.

Si ergo à natura remotæ huiusmodi erumnt, ex comprimendæ sunt; & sic eadem raest, quæ incipientium. De tempore nihil adconstituo, quam quod in aliis præcedentius statuimus: vt nimirum singulis septimanis mensibus quisque cum Deo dispiciat, an è re rituali sua sit, hærere diutius in eodem exercitio. Quod si accedat directoris iudicium, id quatur nihil enim certi constitui potest, quãsumma varietas solet incidere.

Proficientes in defectus suos debere animaduertere, Duratio.

Quæstio septima.

Vrget septimus: Quid in complexione tempnia, in qua mollissima sunt omnia, nullæ redones, vix vllæ tentationes erumpunt? Respondet Præses, eiusmodi personæ pericuse laborare, & sub placidæ naturæ vmbraculis non exiguos defectos abscondi, qui produt oblata occasione. Nihilominus consideret, quicumque ille sit, quid ipse in aliis obseruet, quid in se ab alijs reprehendatur: videat quemadmodum se erga Deum ac diuina habeat; quã minime sedulus in suis, quam insolens in alienis; denique quam parum interne conuersari adueuerit, quam omnia sua faciat perfunctorie, & per modum naturæ qui defectus exigui cen-

Cum ijs qui tentationes non sentiunt, quid agendum.

sendi non sunt. Et ne talis vel nihil faciat, vel tempus terat inutili indagine, aut tædio afficiatur, inani velitatione ignotum aduersarium impetens; expediet illum ad virtutum exercitium admittere: sic enim vitium contrarium eis magis innotescet; & dum virtutis ambiet pulchritudinem, hostem in insidiis latitantem, tum demum deprehensum, proteret & conficiet.

Quæstio octaua.

Proponit octauus, quanto spatio proficienti in vitiosorum habituum euulsione sit immorandum, antequam ad virtutum stadium accedere possit. Respondet Præses: Ordo naturæ statuit vt purgatio præcedat, illustratio & consummatio sequantur, quarum alias splendor sordium permixtione fœdaretur, Quapropter, quamdiu ea impedimenta vigent, quæ virtutum insitionem non admittunt, aut notabiliter impedient, tamdiu vis nobis inferenda est, vt ea pellamus ac propulsemus. hoc vero quisque in animo suo reputabit, & cum directore conferet. Quamquam illud iterum repetendum est, non omitti studium insitionis virtutum, dum vitia euellimus: cum enim odi peccatum, amo & quæro virtutem cuius causa contrarium abominor; sicque vitiosus habitus minuitur, crescitq; virtus contraria. Hactenus de proficientibus.

Quæstio nona.

De perfectis. Petit nonus, quid perfecti circa vitiosos habitus agere debeant. Respondet Præses: Certe si nullos habeant, non est quod sint soliciti: sed ha-

eant, non omittant euellere, atque ad id op
tuna remedia quærere. Illud profecto vetũ
paucos esse qui sine peccato sint, & quorũ
mis nullæ fibræ prauorum habituum adhę-
ant; quæ non raro erumpunt, non sine insi-
eorum dolore & confusione.

Illud etiam perfectis fatendum, temerarium *Perfectos non carere defectibus*
re, ne dicam pernicioſum, si sibi persuadeant,
credant, nullos se habere defectus. concupis-
tia enim, quæ vitia omnia complectitur ac
uet, dentes retinet: & licet non iugulet om-
s, latrat tamen, & mordicat; mordet sæpe in-
tos, & præsidentes sæpe lauciat. ideoque iu-
Dei iudicio permittuntur haud raro labi in
nimis, vt lapsus timeant grauiores; mente-
e retineant adhuc viuere in se aduersarium,
mquam rabidum canem, catenatum quidem *Simile.*
d longe verocissimum; ad quem si accesseris,
llorum timoris Dei, quo ligatur, remiseris
ro sanguine rictum suum imbuet ac cruenta-
bit. Videat ergo quisque qu'd in se reliqui ve-
teris hominis viuat; & sic, credo, non deerit, ne
perfecto quidem, optima exercitationis mate-
ries.

Seruient etiam lapsus quotidiani; quos eo
studiosius prosequetur, quo recentiora adhuc
eorum sentit vulnera; & iungi poterunt cum
penso hebdomadario aut menstruo, siue de re-
ctitudine intentionis siue extirpatione alicuius
prauæ inclinationis; vel certe per dies aliquot
soli illi in exercitiũ erunt vocandi. Hactenus de
vitiosorum habituum distinctione incipien-

tibus, proficientibus, & perfectis propos
nunc de palæstra virtutum aliquid dicendum
restat.

Quæstio decima.

Decimus itaque petit sibi aliquid explic
de eminẽti illa ratione, qua virtutes ac ipsa pr
FECTIO acquiruntur: & vt ordinate
ipondeatur, tria proponit. Primum est, qu
hac disciplina de virtutum exercitio sit ma
obseruandum: alterum, quibus hæc pal
pateat: denique, quamdiu in ea sit commo
dum. Respondet Præses, arduam ac diffic
rem postulari, multa tamen hac de re to
Negotiatione tractatu esse tradita, quæ re
re minime deceat.

Notabilia quædam in virtutum exercitio.

1. *Sigillatim virtutes exercendæ.*

In cuiusque vero virtutis Negotiatione
prima fuit inter quæstiones modo propo
multa considerari possunt; atque illud in
mis, singulis virtutibus sigillatim suum
pus, suum exercitium esse tribuendum
da est enim in omni disciplina confusio. S
gularis etiam cuiusque virtutis disquisitio
titiam magis distinctam, & ampliorem int
tioremque habitum (id enim est quod qu
mus) animo ingenerat.

2. *Notitia virtutis præmittenda illius ac quisitioni.*

Operæpretium deinde fuerit, virtutis, qu
quis cupit adipisci, ante omnia cognitione
liquam consequatur, studiumque nonnull
præmittat: nemo enim fertur in incogni
reique notæ venustas ac pulchritudo, intue
oculos rapit, & animum occupat. Quare
cesse erit libellum aliquem habere familiare

quo cognoscat sapientiæ studiosus quid sit illirtus, quod obiectum materiale, siue qui ractus virtutis illius; quæ ratio formalis, quæ gnitatem, bonitatem, ac splendorem omnem ibus illis tribuit, & in quam tendit ac respicit entis intentio; quanta illius virtutis pulchrido, quæ honestas, vtilitas, effectus; quæ vitia beat opposita, quæ extrema; in quo medium us consistat; quæ virtutes eidem affines & oniunctæ; quæ denique eius partes. hæc namne cognitio vehementer amplificat ac promovet virtutum acquisitionem, quam tractamus: ppe enim, quid appetamus, nescimus; & in uo virtutis honestas consistat, ignoramus. Poamus exemplum. Misericordia virtus est, qua iseriam alterius ex cordis animique viscerib. bleuamus. Eius actus ac partes sunt opera isericordiæ, alia corporalia alia spiritualia. Raio formalis est subleuatio miseriæ proximi, mo quodam Christiano & ex spiritu profeta. Id honestum, vtile, ac fructuosum esse, nihil attinet hic explicari. Vitia opposita sunt, hinc immisericordia, crudelitas, & despectus miserorum; inde profusio in largitionibus: in medio extremorum latet virtus misericordiæ, quæ benigne confert, prout miserentis facultas & miseri necessitas postulant.

Illud potissimum curandum est, vt omnes internæ actiones in actu signato (vt loquuntur) eliciantur, ob finem & rationem formalē eiusque virtutis. Credo (verbi gratia) Christum JESVM venturum iudicem viuorum & 3. *Quæ virtutum forma.* *Fidei.*

mortuorum. cur ita? quia Deus prima veritas ipsum reuelauit. Lubenter laboro ad ... tigationem vsque ; quia laborantibus aeternam quies ac beatitudo promissa est. Iudicium meum (etsi aliter sentiam) submitto; quia Superior ita videtur, quem loco Christi habeo: eiusmodi nibus pareo: quia mandat, quia præcipit Deus. mo meipsum humilitatis studio; quia vilis & abiectus. hæc enim in hisce virtutibus formalis esse dignoscitur; in cuius appetentia ac progressione virtutis pulchritudo effloret.

Spei. obedientiæ.

Humilitatis.

4. *Omnes virtutes quærendæ.*

Nec satis esse videtur aliquot dumtaxat virtutes nobis reddamus familiares, ceteras termissis : sunt enim omnes colligatæ, & vna desit, tota harmonia corporis spiritualis soluitur.

5. *Libri idonei.*

Libri autem qui opitulari possunt ad notitiam delibandam, sunt, Paradisus ... Alberti Magni, Peraldus de virtutibus, ... gnolius de PERFECTIONE Religiosa, similes.

6. *Meditationes præmittenda acquisitioni virtutum.*

Iuuabit quoq;, de huiusmodi virtute, ... nonnullam iam notitiam adeptus es, ... feruentes meditationes instituere, & ... Deo petere ad Praxim exercendam; notam inde lumina quæ hauseris siue in meditatione siue in Praxi vsuque virtutum.

7. *Exercenda opera eiusdem virtutis.*

Quærenda erit occasio multa opera exercendi, quę propria sunt virtutis huius, & singula eadem forma ac fine exequenda erunt.

8.

Obseruabis diligenter internos spiritus ... tusque singulos, & eos à vitiorum extremorum

notibus discernere conaberis: sollertiam natu- atque importunitatem, vitiosæque inclina- onis contumaciam considerans: cui nihil erit dulgendum: sed forti animo obuiam ibis, ne portunis precib. re parua obtenta, ad maiora cogat procedere. *Discretioni spirituũ incumbendum.*

Ex frequenti vsu ac pugna interna formabis ibi comparationes, quibus sagacitatem peruer naturæ, gratiæ idem vires, ac virtutis illius pulchritudinem bene concipias, conferens spi ritualibus corporalia, æterna temporalibus. Ex quo fiet, vt & collectus quam diutissime maneas & facilitatem interne spiritualia tractandi ac- quiras. 9. *Comparationes maioris cognitionis gratia.*

Consideret quisque quid obseruet in aliis circa virtutis illius Praxim atque eminentiam, coneturque imitari: non modo quodam exter- no ad plausum, sed totum bene imbibere pri- mum in interiori homine, deinde illud exterio iopere modo condicioni cuiusque congruen- t exprimere. 10. *Imitatio.*

Non oberit interdum ad eiusdem virtutis acquirendæ (vt etiam vitii destruendi) exerci- tium postliminio reuerti, interrupto etiam alia- rum ordine: ipsa namque repetitio intermissæ virtutis suo fructu ac voluptate non caret, & maiori lumine ac facilitate suscipitur. 11. *Eiusdem rei repetitio vtilis.*

Quæ de virtute acquirenda iam dixi, pleraq; obseruari quoque possunt in vitiosorum habi- tuum extirpatione: contrariorum enim eadem est disciplina: & si malitiam peccati si damna quę importat, si turpitudinem, si virtutis oppo- 12. *Vitiorum notitia plurimum iu*

iuuat eorũ destructionem.

sitæ interitum, si molestias quas quotidie pe-
cantibus adfert, perspecta habeamus, longe a-
plius illud oderimus, maiorique conatu pro-
remus.

13. *Virtutis ac quirendæ difficultas.*

Ex his facile coniicere licet, qui fiat vt
nulli per plures menses, ne dicam annos, in
tio aliquo exterminando, vel virtute ac-
renda, occupentur: multę enim fibræ ex vna
dice prodeunt; multi rami in vna densantur
bore; ideoque multæ partes circumstantiæ
considerandæ, immutandæ, amputandæ, v
lus proficiendi sit finis. Profecto, antequam
re & perspicue medium virtutis inueniat
gnoscasque, & in illud studio feraris, optatum
finem obtineas, hoc opus, hic labor est.

14. *Quamdiu immorandum in quaq; virtute.*

Nihilominus non expedit vltra menses
quot, idque primis initiis maxime, exercitium
vnius virtutis, vt diximus, prorogare, nisi va-
copiosa profectus materia sese obiicere
eadem seruanda erit, quæ de vitij destruendis
posita: vt videlicet ad finem cuiusq; mens in-
sideretur an tempus prorogare expediat. Cau-
dum enim est à socordia, quæ facile irrepit
tempori nulli limites assignantur; præstare
vtiliter ad idem iterato reuerti, quam negli-
tiæ ac remissioni habenas laxare. Hactenus
prima quæstione.

Quæstio vndecima.

Instat vndecimus, vt explicetur quinam
nei vt ad hanc virtutis eximiam arcem ad-
tantur: quod secundo loco monebatur. Re-
det Præses, id in particulari statuere esse difficile
quam

amdiu enim aliquid euellendum remanet, (quod raro aliter contingit) negligi aut prætermitti studium vitiorum eliminandorum haud quaquam debet, vixque ex toto deponi; vel quia hæret semper aliquid praui habitus, vel quia vsus quotidiani prolixe exercitio materiam suppeditant.

Qui ad virtutum exercitium admittendi.

Fieri tamen omnino necesse est; atque ij in primis nullo modo repellendi, qui cum matris vbere simul lac virtutis hauserunt, & inde à teneris annis sese diuino obsequio manciparunt, summ rerum cœlestium quodammodo in naturam conuertentes: adeoque puri atque integri sunt, vt & stolam baptismalem reseruasse, & nullum cum mundo & vitiis commercium habuisse videantur. 1.

Secundo loco admittendi sunt, qui naturam à perturbatione & prauis affectibus liberam gerunt: quales non paucos sæculum nostrum produxit: qui ad virtutem nati, in virtutis stadio sine vllis quasi impedimentis decurrunt: optima complexione naturali præditi, & insignib. gratiæ muneribus exornati. *Vnusquisque* enim *illorum* (vt scribit Ezechiel) *coram facie sua ambulat; & vbi est impetus spiritus, illuc* nulla mora *gradiuntur.* 2. Ezech. 1.

His accedunt, qui magno feruore ac spiritu vitia sua prosequentes, nihil sibi ab eorum venenato morsu formidant. 3.

Denique vbi strenuus Christi pugil, decurso iam stadio in oppugnatione vitiorum, suique victor, iudicio præsertim sui directoris, ad hanc 4.

sublimiorem palæstram putauerit accedendum; aut quia singularem profectum speraret de consequi, vel illic minus deinceps se proficere posse animaduertit.

Quæstio duodecima.

Duodecimus & vltimus cuperet aliquis terminari de huius exercitij duratione: quæstrema quæstio proposita erat. Respondeses, finem huius exercitationis esse, vt, esis vitiis, virtutes augeamus, & PERFECNIS lauream acquiramus. Atqui virhabitus, quamdiu spiramus, augeri posicut & merita, & ipsa PERFECTquam viatores quærimus, nullum admitminum: quamdiu ergo spiramus, interhoc studium non debet, donec ad metamueniamus. illic demum brauium accipiquod cum infinitis spatiis merita nostra curet, nemini timendum est, ne cursui laborenostro, quem maximi facimus, præmiacompensatio minime par respondeat

Profectus spiritualis nullus in vita terminus. Ratio.1.

1. Corpora humana vbi adoleuerint, dumtam ætatem attigerint, crescere desinunt, animi, qui seipsis maiores cum ætate efficitur. Et quercus quidem centum annos crere, totidē in perfecto statu vigere dicuntur tertio centenario consenescunt atque intunt: iustorum vero vita tamquam lux splencrescitque vsque ad perfectum diem; illumquam diem, qui nescit occasum.

3. Naturæ deinde vita præditæ sine allmconsistere nequeunt. Animis vero suus sp

s est, sua vita, longe nobilior: at virtutis ex-
citium cibus animæ est; qui si desit, ipsa deni-
que intereat necesse est.

Sed quis est qui dici velit, Deum à se nequa- 4.
quam vt patrem diligi? Sane, qui alium diligit,
pro virili complacere conatur. At in nullo
eo diuinæ bonitati gratificamur, atque in ar-
denti PERFECTIONIS prosecutione. *Hæc est* 1. Tess. 4.
enim (ait Apostolus) *voluntas Dei, sanctificatio ve-*
stra. Intermitti ergo non debet vllo tempore
hoc præstantissimum studium, donec euocet is, 2. Cor. 5.
qui vnicuique reddit prout gessit in corpore,
siue bonum, siue malum.

Pœnitebit certe, dum è corporis huius do- 5.
micilio nos egredi contigerit, pœnitebit, in-
quam, vel vnius gradus gloriæ iacturam feciſſe:
quem beati tanti faciunt, vt nulli labori parce-
rent, si illum rursus possent promereri.

Admirandum illud est, quod pius iuxta ac e- *Thomas à*
ruditus quidem auctor refert de dæmonis cu- *Cantipra-*
dam responso. Rogatus enim quid pati vel- *to li. 2. c. 57.*
let, vt sibi ad beati Dei visionem aditus pateret; *n. 67.*
dixit se paratum esse tormenta omnia, quibus
æternis ignibus destinati cruciantur, siue ij dæ-
mones sint, siue homines, in se vnum conge-
sta vsque in extremi iudicij diem perpeti, modo
Dei videndi vel breuissimo tempore potestas fiat.

Illud quoque memoria dignum, quod Colo- *Cæsar li. 2.*
niæ in Ecclesia B. Petri, qui scripsit, se presen- *c. 10.*
tem vidisse & audisse testatur. Spiritus enim ne-
quã de suo ad speratam gloriam reditu interro-
gatus respondit: Si columna quædã ferea, eaq;
igni-

„ ignita nouaculis acutisque calamis vndequaq
„ instructa, atque illa eadem machina à terra ad
„ los vsque pertingens, staret; ego, corpus huma
„ num nactus, in eam insilire, voluique ac reuo
„ ui non formidarem, reperemque laniando
„ qua ascensu, qua descensu, & perpetuo ad fin
„ vsque sæculi extremum memet in illas acies
„ duerem, dummodo reditus ad eum starum
„ quo excidi, spes aliqua affulgeret.

Verum quid faceret miser? nondum enim rat beatus, quamuis Dei præsidio esse potu & beatitudinem sperare. Caueret ille om deinceps ne in locum illum delaberetur tu torum, à quo nusquam patet exitus. Hoc pri Deinde partem cum beatis Angelis æmu tur in cœlis. Denique locum etiam superiu non ambitione, sed humilitate quæreret. I modo prudentiores, alienoque exemplo ca tiores, consulamus nobisipsis. Serius erit re cti officij pœnitere, vbi pœnitentiæ nullus si relictus locus.

Verum, ne quid desit hiscedocumentis, tu huius ducem nobis proponamus, qui præ quique doctrinam hanc non verbis præd sed moribus exprimat. Expressit profecto *P. Thomæ Sanchez virtutes.* Thomas Sanchez, Cordubensis, quem anti num annum Deus ad laborum præmia euo uit, vir, dum viueret, domi nobilis, humilita laude & iuris vtriusque ac Theologiæ eruditi ne illustris: qui cum adolescens à Societate no stra, cuius ingressum summis votis expetebat ob linguæ impeditæ defectum excluderetu

ad B. Virginem prece, à qua recedere noluit nec ipsa se voti compotem fecisset, minime sua frustratus est, soluto linguæ impedimento & ad Societatem admissus perpetuum se Matris cultorem atque imitatorem exhibuit; cum multis religiosarum virtutum ornamentis, tum integerrima vitæ sanctitate ac columbina simplicitate amabilis. Idemà Clemente octauo Pontifice maximo, ob illa celeberrima de Matrimonio scripta, eximie laudatus: omnib. cuiusque ordinis, ob excellentem pauperiatem, incredibilem abstinentiam, indefessosque labores pro sancto habitus, veneratio fuit. Hic ergo tantus vir hanc nostram Negotiationem cum summo vitiorum odio, virtutis amore singulari: sic coluit atque exercuit, omnem dicendi docendiq; rationem excessit: &, si libri deficerent, merito ex eius vita omnib. tota hæc nostra doctrina desumi recte posse videretur. Quotidie, quæ Negotiationi subiiciebat, proponebat mane & in libellum secretiorem referebat: decursu diei excutiebat, quæ proposuisset: certis denique temporib. à se rationem exigebat incredibili lucro atque eo profectu, qui ei sanctitatis famam ac venerationem peperit. Educam è libello rationum spiritualium eius, quæ manu propria annotabat ad Praxim, quæq; post eius obitum reperta, nostro proposito admodum hic opportune reddentur, atque in primis his verbis. *Vita mea quotidiana atque vniuersa similis esse debebit Negotiationi spirituali: nec non mercatori cupido, & ad omne*

B. Virgo Maria orati soluit linguæ impedimentum.

Negotiationis materia.

1. Caritas.

omne lucrum intento: ac primo omnium circa caritatem, mea commoda alienis posthabebo; disrumperer potius quam aliena referam aut diuulgem delicta: neque aliis eadem, quamuis leuia, & ioco referentibus aurem præbebo. Conabor omnibus modis cogitationes fouere sublimes. Hæc de fraterna caritate.

De patientiæ exercitio subiungit: Negotia mea versari quoq; debet in omni patientiæ exercitatione. Benigne feram, si contingat mihi necessaria esse, & ex obliuione ea mihi minime suppeditari. vnum maxime curabo, vt ei omnium accuratius seruiam, qui me maiori molestiæ & vexatione affecerit. Quando ex cubiculo egrediar, me ad hoc comparabo, atque etiam optabo, vt aliquid aduersi mihi inferatur. Quod si quē aliquid petiturus accedā, Dñm orabo vt id mihi denegetur, aut certe minime tribuatur, saltē ex errore aut obliuione; vt ita perpetiēdi materia mihi non desit. Hactenus eius verba: quib. attentius explixe re ipsa respōdebat, vtp magnitudine horum nulla aut certe obscura verba esse videantur.

2. Mortificatio internorum & externorum sensuum.

Adijciamus quæ domandarū perturbationū sensuūq; studio atq; custodia exercebat. Nunquam nor, inquit, hostis ero voluptatū ac deliciarū, ne forte cacodæmonis. Ex quo capite sensib. aut vix vitabitur, aut dūtaxat quando opus erat: numq; fere narib. admouisset: res nouas nec audiebat, nec ab aduenientib. fratrib. aliisve quidq; sciscitabatur. Sed ipsū in hoc argumento pgredēitem audiamus. *Si quando*, ait *cōgregatos aut circūspiciētes me uidero, non subsistam: nec contuebor vt quid fiat videam. Per domum ita defixis in terram oculis incedam, vt dumtaxat trāseuntium vultus agnoscam, honoris ca-*

hiben-

ndi gratia: præterea nihil. In triclinio singulari v-
modestia: non modo benedictionis, aut gratiarum
nis, sed & toto refectionis tempore. Ne lancem
m quidem adspiciam, nisi quando oblata à me su-
da erit. Hactenus scripta. Taceo corporis
gellationes, ieiunia, gustus, mortificationes,
bus iustum volumen impleri posset: redeo
beati viri leges atque obseruationes. *Quid-*
d, inquit, *mihi oblatum fuerit, eo solo vescar, nullo*
ccho aut oleo, aut aceto, sale, aut condimento: neque
vitæ meæ decursu certis ciborum generibus vtar,
d meo palato mirum in modum arrideant: etiamsi
o pane tunc temporis contentus esse debeam. Illud
mo intactum relinquam, in quod appetentia mea
tur ardentius. Me mortificabo in ferculis ex farre
positis, artocreis, saccaro, aut melle conditis. Si con
gat mensæ ministrum aliis, me prætermisso, inser-
t: hoc à Deo petam, vt mei penitus maneat immemor. Circa potum aliquid relinquam, quantumuis ne-
cessitati naturæ satisfactum non sit.

3. *Silentium.*

De silentio, quod diligentissime seruabat, ac sibi præscripsit: *Extra ordinarium mihi silen-*
tium indico: daboque operam, vt in omni conuersatio-
ne mea aliquid de Deo loquar: neque hoc tantum cum
meſticis, sed etiam cum externis, vt ii aliquid de diui-
is à me acceptum domum referant.

4. *Paupertas.*

De paupertatis studio sequentia asscripta e-
unt: *Paupertatis amator ero maximus: cibisque*
huntaxat vtar, quibus vesci Religiosos pauperes decet.
ntinere nihil mecum, quod delicias sapiat, deferam:
ac puluillum, aut vestes non necessarias.

5. *Humilitas.*

De proposito humilitatis exercẽdę sic habet:

tali habear, & vt talis ab omnibus agnoſcar, ſ
ciam. Neque aliquid, quod in laudem meam vide
det, dicam aut faciam: neque vt quis me doctum
prudentem reputet, annitar. Quoties absque tan
nouiſſimum obtinere locum in Refectorio potero,
bens occaſionem captabo.

6. Obediētia. Addamus aliquid de obedientiæ virtute. *obedientia*, ait, *accuratiſſimus ero, etiam*
tera inchoata relicta. Folium arboris in horto non
tingam: non decutiam vel vnum perſicum. Filum
num abſq; facultate aut tribuā aut accipiam non

7. Oratio. De ſtudio orationis, quam rebus omnibus & maxime ſtudiis (quæ ad duodecim horas
tendebat quidem quotidie ad veſperam vſ
ieiunus) adhibebat, dicendum eſſet: ſatis
ficiet inſtituto noſtro, ſi ſola eius verba adh
mus. *Omnis*, inquit, *curamea & ſolicitudo*
Sanctiſſimum Sacramentum, Iesvs Cru
xus, Virgo Maria, erga quam ſingulari ſtudio ſ
Ad illam vt matrem in omnibus neceſſitatibus
tatibus, ſtudiiſque recurram: per eam Deo gra
gam pro quouis opere facto in Dei obſequio: pro
veniam precabor pro quouis defectu admiſſo: per
Deo commendabo, qui mihi moleſtiam aliquam
buerunt. Hæc ille. Geſtabat vero verba ill
Sanctiſſimum Sacramentum, Iesvs *Crucifixus*, &
Virgo Maria, pietatis cauſa, in Breuiario: di
horū verborū pronuntiationem cīs infeſta
ac moleſtia, ſi quæ ſuperueniſſet, abſcedeb
Certe circa hæc contigerunt miracula quam
præclara, quę referre non eſt huius loci vnicui
dā, anteq̄ finiam: menſib. ac ſeptimanis ſing

litum fuisse modo in huius, modo in illius rtutis acquirendæ studium incumbere. Exainabat se circa finem mensis aut hebdomadę, oratis erroribus; hac Praxi. *Mense Aprili* (qui fuit tæ eius postremus) *Sanctissimo Sacramento pluria deuotio & caritas: Christo Crucifixo multa patiētia: atæ Virgini exactum silentium. Prima hebdomade* bil: *secunda, impatientia exigua: tertia, tres paruæ:* arta, *duæ paruæ.* Addidit & illud in reuerētiam nctissimi Sacramenti: *Quotidie illud quinies visibo: diebus Iouis octies, adhibita vna verberatione, & estatione cilicii, cum continua tanti mysterii recordatione, & adhibita singulari cura lucri spiritualis. Octo iebus ante sollemne illius festum, & totidem post, quotidie Litanias recitabo, disciplinam faciam, cilicium estabo, solitis orationibus vnius præterea horæ spatium adiiciam, singularem curam adhibebo me ad tantum festum disponendi: hisce vero diebus octies illud visitabo: in profesto sacrum vnum audiam, duas horas amplius sito in oratione impendam. Iesu Crucifixo faciam iebus Veneris, quod die Iouis dixi me facturum: idem die Sabbati in honorem Diuæ Virginis. Diebus octo ante quodlibet festum Christi Domini, aut Dominæ nostræ, item in profestis, sic me præparabo, vt de ipso sanctissimi Sacramenti festo superius dixi: idemque præstabo octo diebus ante Pascha, Pentecosten, ac sanctissimam Trinitatem.* Hactenus ex eius manuscripto. Parum esset, nec admodum admiratione dignum, si in solo proposito rerum agendarum huius sancti viri PERFECTIO statueretur: facile enim est proponere: sed qui proposuerit & exercuerit, hic magnus vocari meretur in regno cælorum.

Id certe ceteris admirabilius; quod totis quadraginta tribus annis, quibus in Religione iuxit, imo & ante ingressum, numquam animum in quouis prædictorum exercitiorum vel minimum remiserit, aut aliqua intermiserit, quibuuis impedimentis, iisque multiplicatis, interuenientibus. Quantumuis grauem personam apposite dimittebat, vel audito pulsu ad orationem, vel cum instabat exercitiorum eius distributio.

Ex his videre liquet, quantum meritorum cumulum secum in cœlum detulerit hic vigilans mercator spiritualis, quosue adinuenerit num suarum fructus inibi comedat, iuxta subsequentem repetitionem illorum verborum ab ipso factam: *Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.* *Isaiæ. 3.*

Conclusio. Pauca sunt, quæ hactenus dixi de proposita quæstione, pro rei digni ate. Et vero eam nulla loquentia exprimi possunt: hæc enim ignota, abdita, recondita, planeque spiritualia, fugunt sensus humanos, nec videri possunt sine cæleste lumine, & amplius à Praxi quam à magistris dependent ac capiuntur. Deus vero magnus artifex est; & magna operatur, qui potens est. Ideo inter fructus præsentiæ diuinæ vnus anonymus positus est, & quidem præcipuus: quia interna cum Deo conuersatio eos fructus parit, qui noti sunt solis beatis, Deum miraculorum laudantibus, qui per infirma mundi admiranda virtutes suas operari non dedignatur. Ipsi gloria in sæcula. *Luc. 1.*

CA-

CAP. XXXIII.

Virtutes Theologicas opportunas admodum esse Negotiationi spirituali, & omnino necessarias: fidem in primis, cuius rationes in Praxi debent humanis præponderare.

203. NEgotiationi spirituali virtutes Theologicis vtiliores nullæ sunt: nullæ certe familiariores esse debent: & in primis caritatem ipsam PERFECTIONEM esse statuimus, ac Negotiationis finem: cuius Praxis in singulis actibus necessaria est. de hac multa diximus, tamquam prima ordine dignitatis: quamquam & primum locum tenere debuit in hac tractatione, cum & ipsi sapientia primas tribuat. *Ego, ait sapientia mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.* Dilectio ac timor, qui sunt fratres germani ex eadem matre insita nempe caritate exorti, primi nominantur; deinde agnitio, quæ fidei est: denique sancta spes vltima collocatur. Nec est, quod quis miretur fidem caritati postponi, aut etiam spem: agimus enim hic de viuente negotiatore, qui dispositione fidei ac spei non indiget ad iustitiam acquirendam, quam modo adeptus est: agimus de animæ vita ac forma, quæ fidem præsupponit, & spem accendit. quis enim speret efficaciter æternam compensationem, qui nondũ

Virtutes Theologicæ vtilissimæ sunt Negotiationi spirituali.

Eccl 24.

Quis ordo seruandus inter virtutes Theologicas.

Dei amicitiam (quę condicio est negotiatoribus ne-
cessaria) consecutus est? Præcedit ergo fides in
genere causæ efficientis; generat enim cum spe
& timore, pulsis fugatisque quasi peccatorum
tenebris, caritatem: sed in genere causæ formalis caritas præcedit, quæ ceterarum virtutum
forma est, & informes merito sine ea vocantur:
sic sapientia, quæ caritati congenita est, vere
firmat se esse matrem agnitionis, ac sanctæ spei,
quia fides & spes formatæ, à caritate generantur
vitamque accipiunt. Verum à fide ordiamur.

Necessitas Praxis fidei.

Fidelibus hactenus locutus sum, & iis qui-
dem qui interna amicitia cum Deo copulantur:
eo pauca de fide tractaui: cuius tamen vsus ad
necessarius est, vt, si desit, spiritus & vita nostra
operibus etiam desit omnino, & Negotium
spiritualis plane concidat: *est* enim *sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.*

Heb. 11.

Fides quid sit.

Simile.

Vocatur substantia, quod omnibus & virtutum
& operibus substernatur: nec sperare diuina quæ
amare, nec quærere sine ea liceat. nam sicuti
radice arboris nulla prorsus apparet pulchritu-
dinis species: & tamen, quidquid est in arbore
pulchritudinis vel decoris, ex illa procedit: sic ex
fidei humilitate quidquid meriti, & quidquid
beatitudinis anima susceptura est, ex fidei fun-
damento procedit. hæc enim radix obscura &
occulta argumentum est rerum non apparen-
tium: non quod rami & fructus bonorum ope-
rum non videantur: non quod argumenta quæ-
bus credibilia ea fiant, quæ credenda propo-
nuntur, obscura sint: non ita: euidentissima enim

Fidei obscura cognitio est

lim illa sunt, nimirum sanctitas eorum qui fide excelluerunt, antiquitas veræ fidei, successio Romanorum Pontificum, miraculorum gloria, fidei vnitas, aliæque notæ similes: hæc etenim argumenta res fidei credibiles esse persuadent, sicut ait sanctus Rex: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Nihil enim euidentius, quam fidei documenta digna esse quibus totus orbis fidem adhibeat: vt merito non modo cæci sint, qui tantum solem non intueantur: sed etiam (quia tanti splendoris est, vt & cæci videre possint: possunt enim hæc argumenta lumine naturali videri ac cognosci) oculos suos praui homines, ne hunc solem aspiciant, claudere videantur. Non sunt tamen hæc argumenta credulitatis, quibus fidei veritas, quæ maxime obscura est, appareat: sed tantum credibilitatis, vt loquuntur Doctores scholastici. Fidei actus præcipuus est credere: credere vero non est scire: sed rei non visæ, non cognitæ, assensum præbere. Non enim credimus Deum esse trinum & vnum quia hoc antiquitas docuit, quia idipsum miraculis testatum est: sed quia Deus reuelauit Ecclesiæ suæ. Hoc argumentum est rerum non apparentium, obscurum, absconditum. *Auser hinc argumenta,* ait Ambrosius, *vbi fides quæritur: in ipsis gymnasiis suis iam Dialectica taceat. Non creditur Philosophis, creditur piscatoribus: non creditur Dialecticis, creditur publicanis.* D. item Gregorius: *Diuina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis: nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.*

Psal. 92.

Apud D. Thomam 2.2.q.1.a.1.

De fide, ad Gratianũ Augustum lib. 1. c. 5. in fine.

Hom. 26. in Euang. in principio.

Fidei certitudo.

204. Est ergo fides obscurum argumentum; & cum credimus, id quod credimus, non videmus: scimus tamen certissimum id esse, & certius quam si cognosceremus intellectu, vel visu comprehenderemus; quia falli possumus sensibus, Deus vero, qui reuelat arcana sua, falli non potest, nec fallere.

Hoc iacto fundamento, quasi subsistentia actionum nostrarum, firmiter secureque incedimus; & sine dubitatione aut hæsitatione non modo progredimur, sed ad infinita agendi impellimur, quasi funiculo quodam; vixque consistimus, donec ea, quæ fide concepimus, ad finem perduxerimus. Peccato namque commisso, (verbi gratia) sciens me ab arbitro supremo fuisse visum, merito contremisco, ipsum arrodo, defleo peccatum perpetratum: nec quiesco donec cum eo rediero in gratiam. Certo intus & firmiter credo in Eucharistia Iesvm Christum contineri: cur non ergo demisse ac reuerenter eum ardorem, alloquar, ac supplicem, ut à calamitate aliqua liberari postulem? cur eo immensam eius Maiestatem fide conceptam atque apprehensam quodammodo ad inferos vsque animo me non demittam?

D. Bonau. 25. Memorial. in 22. tom. 7. fol. 17

Præsentiæ diuinæ cõsideratio

Videamus quid D. Bonauentura ex vnico hoc præsentiæ diuinæ articulo agendum suadeat, & quomodo ad eadem perficienda quasi filo quodam deducat. *Solutus* ait, *ab omnibus curis turis, tanto mentis conatu desideriique feruore circa tuum creatorem intendas, vt, (quasi omnium inferiorum oblitus) quidquid agas, vbicumque sis vel, & quo-*

buscamq; negotiis impliceris, die ac nocte, ac omni momento & hora, Deum semper habeas in memoria, credens & cogitans te esse verissime coram eo, & ipsum cogitans vndique te aspicere. Hæc autem cogita cum magna reuerentia, ac timore pariter & amore, & cũ magna discretione: nunc ante pedes immensæ Maiestatis eius prostratus, corde amarissimo, peccatorum veniam postulando: nunc sacratissimæ passionis Filii Dei gladio compassionis coram eius cruce vulneratus, cum eo lacrymosus & flebilis apparendo: nunc totius vitæ illius decursum obliquitati tuæ velut rectitudinis lineam præponendo: nunc inenarrabilia & immensa Dei beneficia mente pertractans, gratiarum actionibus insistendo: nunc stimulis ipsius amoris ardentissime punctus, ipsum in creaturis omnibus intuendo: nunc potentiam, nunc sapientiam, nunc bonitatem & clementiam eius attendens, eum deuotissime in cunctis operibus suis collaudando: nunc desiderio patriæ cælestis attractus, ad ipsum gemebundis suspiriis anhelando: nunc circa nos viscera inæstimabilis caritatis eius aspiciens, lætabunda quadam excessiua admiratione corde ac animo in ipso deficiendo: nunc te præcipitem, nunc te fugientem, nunc te ruentem, nunc Deum te timentem subleuantem, retinentem, & attrahentem, nunc Deum te ingratum per omnia concernentem considerans, ineffabilibus diuinæ misericordiæ visceribus tibi patefactis, nimio in eo caritatis ardore te conferens, totum te fletibus resoluendo: nunc vero occultissima, profundissima, & summe arcana, nimiumque stupenda iudicia iustitiæ eius diligenter attendens, eum in omnibus fidelis & constans cum summo amore, ingenti quoque timore ac tremore,

quantam vim habeat.

discretus, supplex & humilis venerando: præ omnibus autem continuam & viuam memoriam ipsius sanctissimæ passionis in animo & corde tuo ferens. Hæc Bonauentura, & vero hæc omnia ex vnici articuli conceptione colligens. Si enim Deum credamus vbique præsentem, & fides hoc nobis potenter obiiciat: quis omni conatu nos voluntati ac beneplacito eius conformari oportere, eum demississime venerari, complecti, omnia morisatq; obseruantiæ signa edenda esse, non iudicabit?

Qui fide vtantur, paucos esse.

1. Beati.

205. In cœlo fide opus non est: beati non credunt, sed Deum vident facie ad faciem: & in eo omnia, quibus abunde satientur, diuinamque voluntatem cognoscant, conspiciunt.

2. Damnati.

Iac. 2.

In inferno fides diuina nulla est; naturalis tamen aliqua, quæ argumentis quibusdam ac coniecturis nititur: *dæmones* enim *credunt, & contremiscunt.*

3. Pueri & amentes.

Pueri & amentes Christiani, etsi habitum habeant fidei, fide tamen diuina non vtuntur, quia in intellectu & iudicio fundatur, quorum non possunt.

4. Hæretici & infideles.

Hæretici, & alij infideles, nec habitum habent fidei, nec fide vtuntur diuina, sed fides eorum humana plane est; quia ratio, cur credunt, non est diuina reuelatio, sed eorum sensus & persuasio: credunt enim quæ volunt: quæ nolunt, minime credunt. Caluiniani credunt quædam dogmata quæ tamen reuelata non sunt: materia autem fidei est reuelatio, seu quidquid reuelatum

tum est diuinitus, siue immediate à Deo per Prophetas, siue per Scripturam, siue per Christum Iesum, siue per Ecclesiam in Conciliis, siue per Dei Vicarium. non tamen, quicumque hæc credunt, fidem habent: nam si hæc credantur quia ita videtur credendum, hæreticorum modus hic est: forma enim & anima fidei est credere quia ita Deus reuelauit. Fide ergo hæretici ac ceteri infideles non vtuntur, quia non credunt ideo quod Deus ea omnia reuelauit.

5. Politici.

Minus vero athei ac quidam politici: qui in hoc ab hæreticis differunt, quod illi multa reuelata suo modo credant, sine forma quidem debita credendi; hi, credendi forma irrisa, nihil plane credant rerum reuelatarum: simulant tamen se credere ea quæ politiam promouent: & vnam religionem necessariam esse docent, non quia Deo (quem vere nullum in animo admittunt) honorem deferendum existiment, sed quia sine religione plebs coerceri non possit, nec regi: religio enim timorem incutit, Dei minas, iudicia, suppliciaque intentans. quæ dum rectores Reipublicæ inculcant, inconditam atque indoctam multitudinem sub Principum manu arbitrantur in officio posse contineri.

Politicorū simulatio detegitur.

Politici hi sunt, quos si non noueris, tibi videbuntur viri spirituales, humano fastigio sublimiores, vitiis omnibus superiores, omnibus exculti virtutibus, Deum in ore perpetuo habentes, de Dei prouidentia multa denuntiantes, multa de patientia, de humilitate, (quas virtutes ex composito præ se ferunt) ad cœlos vsque

extollendo, disputantes. quamquam, si vitam moresque eorum discutias, in hisce duabus virtutibus nonnihil suspectos haberi posse reperies. In templis, vt in aulis, primi videri volunt. Pietatis id argumenti in eis obseruabis, quod in pietate insensibiles sint: & licet optime Magnatibus loquantur; Deo tamen, & Sacerdoti secreta audienti, infantes, ignari, mutique appareant. Cum omni hac pietate pro libro Spiritus terunt Macchiauellum dies noctesque: inde spiritum hauriunt, & religionem omnem suam, quam in Praxim redigunt diligentius quam Euangelij doctrinam; occulte id quidem non humilitatis causa: vt Christiani, (quae virtutem suam occultatam cupiunt) sed ne hypocrisis illorum detegatur: adeo vt nullus perfectus esse iam censeatur, nullus idoneus, eorum iudicio, qui res magnas tractet ac gerat, nisi familiarem sibi habeat Macchiauellum, aut alterum Thomam à Kempis de imitatione Christi.

Horum minor fides, quam dæmonum; hi enim aliquam habent, illi vero nullam: &, si habeant aliquam, (difficile enim est, lucente ratione, σωτήριον diuinosque subinde lancinantes motus extinguere, atque omnino opprimere) sic tamen agunt, ac si non haberent: eosq; motus comprimunt pro virili, ne eorum sentiant aculeos. visitant templa, sequuntur diuinissimam Eucharistiam, vt canes dominos suos: sperant nempe frustuli panis, quod externa cærimonia emendicant: ecquid enim regna & imperia illis

præter panis fruſtulum conferunt? Ideo Apoſtolus: *Nihil* (inquit) *intulimus in hunc mundum, haud dubium quod nec auferre quid poſſumus: habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus.* 1. *Tim.* 6.

206. Vbi ergo fidem inueniemus? & quis locus veræ intelligentiæ? Certe *Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?* *Luc.* 18. 6.

Chriſtiani.

Chriſtiani, Baptiſmatis vndis luſtrati, fidei habent habitum: & vſum: in quo ab infidelibus differunt, infantibus, & fatuis: in hoc conueniunt, quod plerique ea pæne non frequentius quam illi vtantur: & rarius vterentur, niſi à Deo nouis illuſtrationibus impellerentur.

Argumenta quibus cognoſcimus homines fide nõ vti.

Hæc quam vera ſint, ſinguli de ſe ſtatuant. Veritatis huius argumenta atque indicia ſunt, vita noſtra: quæ longe alia foret, ſi à fidei norma dirigeretur: deinde ſtudium rerum humanarum, amor diuitiarum, honorum ac dignitatum conſequendorum cura inſatiabilis: ſed & neglectus diuinorum: faſtidium virtutis, & ſalutis capeſſendæ: conſilia & ſermones varij de rebus inanibus, ne dicam ſceleratis & impijs. id vero præ ceteris arguit remotiſſimum à nobis fidei commercium, quod, quæcumque agimus, non fidei rationibus, ſed humanis tantum cauſis, & forte etiam imaginationibus, fulciantur. Non intendo quidem hic iudicium humanum, prudentiam, rationeſque conuellere aut excludere: ſed alienationem à lumine præſtantiori, & in tenebris huius mundi plane neceſſario, rarioremque eius vſum reprehendo. hunc enim

1.
2.
3.
4.
5.

Homines in rebus agendis, neglectis fidei rationibus ſolo ingenio aut etiam phantaſia reguntur.

enim defectum cum turpe sit in aulis Principum Regum, Imperatorum reperiri: tum in iis turpissimum, qui professione purioris vitæ Christianæ statum PERFECTIONIS ac conditionem sectantur ac profitentur.

Exemplis declaratur.

1. Bellum indicendum est: quibus causis? illisne ex fide deductis? si sic fiat, bene habet, res ad Dei honorem & Reipublicæ bonum succedet: si minus, sæpe accidit quod quidam poeta expressit:

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

2. Si pax concilianda, & rationes fidei interueniant, habita in primis Dei religionisque consideratione, durabilis hæc erit, & solida: sin humanis tantum & labilibus fulciatur columnis & persuasionibus: Deus non irridetur. Sic Rempublicam Macchiauelli potius quã Christi legibus regant, florebunt forte ii quidem ad tempus, & glorioso nomine potientur: sed fallunt non potestis, qui regit omnia, & potentior potentior est. *Nescitis longas Numinis esse moras.* In infamiam omnis gloria, & splendor in putredinem, commutabuntur. *Memoria enim iusti cum laudibus & nomen impiorum putrescet.*

Prou. 10.

3. Si filia collocanda in matrimonium, & solis humanis respectibus mouearis, opum nempe fauorisque flatu spem magnam adspirante: nescio quem ex tum res sit habitura: ceterum impius ille sit, si deprauatis moribus, si impiæ religionis, si parentibus perduellibus, aut etiam hæreticis: qualis macula nomini tuo adhærescet, quid filia tua patietur, tu videris. Huma-

nas

as rationes secutus es: quod intriuisti, exedendum erit.

Vult alius Religionem ingredi: non quia ad PERFECTIONEM aspirat: panem tantum (vt vulgo) impetrare nititur. Quod si hic euadat inobediens, Religionis osor, libidinosus, apostata quid huius ruinæ ansam attulit? attulerunt profecto rationes humanæ, quas taceo, quibus ad ineundam Religionem inductus est. 4.

107. Quam vero pernicioſum sit, in rebus agendis, promiscue & indifferenter hisce rationibus insistere, luctuosus orbis casus, salutisque omnium interitus facile ostendit. cum enim primus parens fructum vetitum comedisset, non attulit Deo expostulanti aliam causam, quam humanam. *Mulier, ait, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Deus bone! sciebas, ô Adam, agi de te, tuaque tota posteritate; de mundi ruina atque occasu: hæc ne ratio sufficiens erat, vt Dei Creatoris tui, summique benefactoris, parentis optimi, mãdatum transgredere? *Lapsus Adami ex humana ratione.* *Gen. 3.*

Abel obtulit Deo de pinguioribus gregis sui ouibus, fructibusque melioribus. Hoc fratri displicuit illiberali. Morte moriere Abel, quia liberalior es quam Cain. Ratio hæc humana est, quamquam & humanitatis leges omnes violet: dum propter humanas rationes trucidare fratrem, eumque innocentem & iustum, oporteat. *Cain.* *Gen. 4.*

Simeon & Leui, filii Iacob, fratres Dinæ, contra pacta aç fidem datam Hemor, eluſque filio *Simeon & Leui.*

Gen.34. filio Sichem, eos perfide trucidarunt: masculos ciuitatis interfecerunt; oues eorum, & armenta, & asinos, cunctaque vastantes quæ in domibus & in agris erant; paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas; vrbem denique ipsam depopulati sunt: cur ita? *In vltionem stupri* à Sichem Dinæ sorori illati. At grauior vltio hæc postea stam compositionem & compensationem: sa quid? humana hoc facit ratio.

Fratres Ioseph. Gen.37. Venditur Ioseph in Ægyptum à fratribus, innocens, tenellus, percarus patri, frater optim quid meruit? in quem deliquit? quæ ratio effa sæuiendi? humana: quia videlicet à patre pa ceteris amabatur.

Idololatria Israelitarum. Exod.32. Populus Israel, quem Deus ex Ægypto inaudita miracula prodigiose eduxerat, vitulum conflatilem erigunt, adorant, eique applaudu dicentes: *Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt terra Ægypti.* Quid vos mouet, ô Iudæi, ô Israe Dei selecte populi (Hoc, inquiunt, quod nesciamus vbi sit Moyses; qui fere à quadra ginta diebus, conscenso monte, nobis visus non est. Humanarum rationum molimina hæc sunt.

Saul. Persequitur Saul Dauidem innocentem mansuetum, patrem patriæ, qui gentem suam ab immani tyrannide Philisthinorum liberaurat: quid mali fecit? *Filius mortis est*, dicit Saul. ex causa? quia, cum reuerteretur à cæde Goliæ Philisthæi, virgines obuiæ ei occinebant: *Per cussit Saul mille, & Dauid decem millia.* Sensit Saul, & exclamans ait: *Quid ei superest, nisi sol regnum?*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Salomon ædificauerat templa & altaria vxoribus suis, & concubinis, cum iisdem deos venerator orbis sapientissimus : quid ita? amores & delicias contristare noluit, humanitate in nefarium sacrilegium degenerante. *Salomon. 3. Reg. 11.*

Herodes timens successorem, dum verum Regem opprimere nititur, infantes innocentes trucidauit. Humanæ hic affectus rationis est. *Herodes. Matth. 2.*

Sed & Iudæi Christum Regem, Dominum, ac Deum suum interficiunt : quibus de causis? *Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus*, inquiunt, *eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* & Caiphas : *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat.* Quid ô Caipha? quid? (inquam) si hic, qui tibi reus sistitur, culpa careat, reum esse mentieris? adiudicabis morti, in crucem ages, nulla seruata iuris forma? *Iudæi in Christum. Ioan. 11.*

208. O quicumque hæc legis, quæso, considera quæ sint rationes, ob quas Dei respuimus amicitiam, & fœdissime nosipsos in peccati lutũ immergimus : hæ nempe, vel similes, quas aut cacodæmon aut natura fallax suggerit : Ne, ô homo, (homo enim es, & humanum est peccare) ne inquam, hoc alienum ab homine putes: occasio sese offert, quam numquam recuperabis. Iuuenis es, non religiosus : diu idipsum optasti: locus adhuc erit pœnitentiæ. Id amico petenti gratum erit. Alius vero, Vlciscar, ait, quod ille rogatus petenti rem mihi gratam atque optatam non concesserit : quod mihi honorem non *Exhortatio, ne humanis rationibus ad operandum moueamur.*

non detulerit, minus, quam par sit, de me honorifice locutus fuerit: denique rem aggrediar, ita enim placet, volupe est, id mihi bonum esse reputo. O incredibilem dementiam! sunt hæ rationes adeo potentes, vt virum, & eum sublimem sapientem, eruditum, vel in dignitate constitutum, è cœli vertice, vbi nomen eius descriptum est, deturbet? deturbat te, & sæpe. quod si fortibus hisce rationibus oppositus fuisses rationes fidei non cecidisses. Quas? Deus, peccatorum vindex præsens me intuetur: eius perdam amicitiam si hæc fecero. Quid si illico moriar? quis mihi pollicebitur longiores dies, senectutisque tempora? ergone excludar ab æterna vita? ergo æternis ignibus pro breuissima voluptate cruciabor?

Fidei rationibus nitamur.

Præponderant sane rationes hæ & præualent firmioresque sunt præcedentibus; quas si puer post delictum parentibus obtruderet, aceruabis ab iis vapularent: sed *maiorum nugæ*, ait Augustinus, *negotia vocantur, puerorum autem, tales cum sint, puniuntur à maioribus.*

August. li. 1. Confess. cap. 3.

Considera etiam quibus actiones mortalium ceteræ rationibus nitantur, quid spectent diuites, quid ii qui aliis præsunt, quid mercatores, quid vel ii qui Deum in patrem sortemq; suam elegerunt. Ingrediatur quisque conscientiam suam, & videat quoties sibi fidei rationes obiiciat in rebus agendis domesticis, ciuilibus, politicis, in hominum societate, in contractibus. quid humanis dico? videat num & diuina inanibus huiusmodi basibus non fulciat. Si diligéte atten

tendimus, videbimus sane nos non ad ratio-
es diuinas abripi, sed diuinas ad nostras per-
ahi: nosque parum solicitos quam recte res
eratur, modo quæ nostra sunt curemus & ob-
neamus.

CAP. XXXIV.

Fidei Praxis, eiusque necessitas, sanctorum Patrum auctoritate rationibusque ostenditur.

109. QVam familiaris fidei vsus nobis esse debeat, sancti Patres multis expres-
erunt: atque in primis Clemens Alexandrinus
ult fidem non minus nobis esse commenda-
am, quam omnium elementorum vsum. *Vt e-
im*, inquit, *absque quatuor elementis non licet viue-
ita nec absque fide licet assequi cognitionem.* Neq;
enim spiritualium rerum notitiam assequemur
nisi fide familiariter vtamur; & æque quidem
familiariter atque aqua & igni, aliisue elemen-
tis, quibus corpori necessaria comparamus.

Vsus fidei quam nobis esse familiaris debeat, ex Patribus declaratur variis similitudinibus.

1. *Lib. 2 Strō. sect. 4.*

D. Chromatius comparat opera nostra am-
bulationi nocturnæ: quam nisi lumen præce-
dat, periculo nos magni casus erroriscque expo-
nimus. *Lucerna*, ait, *corporis, sensus mentis, & fides
cordis intelligitur: quæ si in nobis pura & lucida fuerit,
sine dubio omne corpus nostrum illuminat. Idcirco au-
tem lucerna in comparatione fidei ponitur, quia sicut
lucerna incedentium in nocte gressus illuminat, ne aut
in foueas, aut in offendicula quæque ambulantes incur-
rant: ita & in hac sæculi nocte splendor fidei omnes vitæ*

2. *Conc. in c 5 Matthæi, tomo 2. Biblioth. SS. Patrum.*

Fidem nocte lucere ambulantibus.

nostræ gressus, præeunte lumine veritatis, illuminet, ne aut in foueas peccatorum, aut in offendicula diabolica incidamus.

3. Theodoretus comparat fidem radici arboris; ex qua rami prodeunt ac nutriuntur: ita ad quisitionem scientiæ: quæ non prodest, nisi eius vti velit. *Sicut*, inquit, *arbores suis radicib. innitun-tur, & ab eis alimentum percipiunt: & iterum ramos, folia, fructus ornāt radicem: & radix inutilis esset, si hæc adessent: ita fides semper ornāda est operibus, ut qui picturam vel sutoriam artem perdiscunt, non tantum, vt earū rationem teneant, dant operā: sed multo magis suis manib. exerceant: sic moralis philosophia, hoc est, Euangelica doctrina, non tantū discenda est, vt eam sciamus, sed verbis, moribus, & vita exprimamus.*

Serm. 12. de Græc. affect. cur. in princ.

4. Chrysostomus vult nihil salutare posse, nisi fidei operatio concurrat. Neque, inquit, *si quis clausis oculis quærat, inuenire quæ quærit: sicut item, si apertis illis seipsum humo obruat, uersatusque solem ibi inquirat, inuenire aliquo quaquam poterit. Adeo sine fide nihil inuenitur, eaque absente pugnas nasci necessario contingit.* Ita ille. vt, qui quærit scientiam, si iudicio suo procedat, superbiam fastumq; potius quam veram scientiam inueniet: qui honores quærit, fidei subsidium non adhibeat, ambitionis ab abripietur: si quis quærat diuitias, & rationem suis fidem non adiungat, in auaritiæ laqueos incurret, *& in desideria multa inutilia & nocua, quæ mergunt homines in interitum.*

Hom. 17. in epist 1. ad Tim.

1. Tim. 6.

5. Duo alia emolumenta Praxeos virtutis bo-
Homilia ius adfert auctor Operis imperfecti: alterum

qua-

quod artes dæmonis detegantur; alterum, quod nasi ex eminenti loco eius machinas euertatus. *Sicut* inquit, *in turri consistentes duo bona consequuntur; & hostium irruptionem ipsi facile non patiuntur. & hostes de turri facile conterunt: sic & qui in fide Christi consistunt, vel in lege Dei, & dæmones superillos irruere non sinunt, & spiritualibus bonorum sagittis eos facile vulnerant.* 40. *in Matthæum.*

6. Denique Ambrosius vnico fidei exercitio victoriam contra hostes adscribit. *Cito*, ait, *fides inexercitata langueſcit, & crebris otiosa tentatur incommodis. Remissas excubias callidus insidiator irrumpit, assuetum autem bello virum externa fraus instruit & gloriosæ prouehit palma victoriæ. Pax ergo fidei, irruptelæ materia est.* *In Ps.* 118. *Beati immaculati, in octonar.* 11. *ad vers. Omnia præcepta tua veritas.*

Ratione probatur fidei Praxis.

10. Accedit ratio, quod impossibile sit tentationibus resistere sine gratia Christi: nullum vero opus ex gratia Christi efficitur sine fide, quæ mentem eleuat ad cognitionem supernaturalem: sine ea ergo vincimur, turpiterque ab hoste fugamur. 1.

Nullum quoque meritum operibus nostris attribuitur, quod non procedat à motu aliquo supernaturali: atqui motus omnis, gratiæ oculũ lumenque fidei requirit, vt videat homo quid agat, quo fine, qua ratione: sine fide igitur impossibile est quemquam mereri, nedum beatitudinem consequi. 2.

Accedit, quod virtutum operibus beatitudo promittatur: fides autem ea est, quæ operaipsa perficit, vt de caritate loquitur Apostolus. *In Christo Iesu*, ait, *neque circumcisio aliquid valet,* 3.

Gal. 5. *neque præputium, sed fides quæ per caritatem operatur.* Beatitudo ergo æterna sine vsu fidei obtineri non potest.

4. Optima quoque est hæc D. Augustini ratio, quod fides ex sua etymologia non tantum sensum sonet, sed maxime actionem. eius sunt ista verba: *Credere in Christum fides vocatur. Difficile est vt male viuat, qui bene credit. Credite ex toto corde, credite non claudicantes, non hæsitantes, non contra ipsam fidem humanis suspicionibus argumentantes. Fides appellata est ab eo, quia fit quod dicitur. Duæ labæ sonant, cum dicitur fides: prima syllaba est à fio, secunda à dicto. Interrogo ergo te vtrum credas? Tu Credo. Fac quod dicis, & fides est.* Hæc Augustinus. Si profecto facimus quod credimus, nequam fides nostra erit otiosa.

Serm. 237. de Tempore, qui est 2. Dominica 19. post Trin.

5. Adde, omnia opera naturalia, si ad finem supernaturalē non referantur, inidonea esse, quæ nusque proportionata vitæ æternæ: fides vero illa est, quæ eleuat potentiam, vt ad talem finem opus referatur, fiatque supernaturale ac meritorium: ex quo patet, si mereri velimus, necesse esse vt ad omnia fide, tamquam cælesti quodam oculo, vtamur. Id autem non tantum verum in rebus naturalibus, sed etiam in quibusdam operibus quæ natura sua supernaturalia sunt, quæ si naturalibus tantum viribus fiant, naturalia tantum erunt: qualia sunt, loqui linguis, eleemosynam largiri, dare corpus suum ita vt ardeat: eleuari enim mens debet virtute quadam naturam excedente; quæ virtus si desideretur, non excedet effectus causam suam, nec conse-

quen-

uenter finem illum eminentem meriti gratiæ gloriæ poterit attingere.

Huc facit, quod vbi Deum non intuemur, ad naturæ soli innitimur, vanitas illico in intẽtionem nostram irrepit. Mola quædam est animam nostra; si bonum frumentum non inferas, terit se, aut quidquid miseceris: similiter, si rationes in animum operantem inducas diuinas & æternas, optimam farinam educes, diuinas sanctasque operationes: si negligas, quæret se natura & conteret nullo fructu, magno suo damno; aut certe irrepet vanitas, error, aliaque incommoda magna; nihil vero vtilitatis defluet, etiamsi ab aurora ad vesperum gyret cogitationum mola. *6. Simile.*

III. Quantum ergo vires ferent, danda opera est vt in diuinis agamur impellamurque fidei lumine. Non stupidi & insensibiles ad orationẽ accedamus, sed præmisso fidei actu, quo nos sistamus diuinæ præsentiæ. *In quibus operibus fide vti oporteat.*

Quoties item fidei aliquis articulus occurrit vel effigies Saluatoris, B. Virginis, aut aliorum Sanctorum, eleuata mente, veræ fidei actum eliciamus: augetur enim toties fidei habitus, & aptiores reddimur ad credendum diuina mysteria, eaque nobis cum voluptate ac fructu deinceps repræsentanda. 1. 2.

Idem vsu venire debet quoties actum alicuius virtutis exercemus, vt obedientiæ: rati non ab homine, sed à Deo mandatum prodire: in Superiore Deum ipsum agnoscentes, & interna reuerentia eum obseruantes. Si humilitatis 3.

exercitium occurrat, præcedat fides, quæ modum exercendi præscribat. Si desolationem fugitium quærimus, fide cœlos conscendamus, Deo postulaturi auxilium. Si fratribus denique pauperibus inseruiendum, fide illuminati hisce omnibus virtutum illarum fines prosequamur.

4. *Surius to. 5. in Octobri, folio 771.*

212. Vtinam & in domesticis, ciuilibus, ac politicis eam Praxim sequamur! profecto nón sæpe, tam turpiter erraremus, si hac luce uteremur: negotia quoque nostra successum haberent; nam & à Deo dirigerentur, & Dei consilium manifeste appareret. Hedvvigis, Henrici Ducis Poloniæ vxor sanctissima, cum hic coniux esset in bello à Conrado Duce Cyrnensium armis cum sanguine repetendus foret; illa Ducem Conradum profecta est: qui vt eam conspexit, perinde ac si Angelum Dei vidisset, subito pauore corripitur, ferocem animum atque inflexibilem deponit, init concordiam, & dimittit. Quis, quæso, occurrit cum omni eloquentia sua, quod mulier fidentia xa præsidio, consequi potuisset? Rex Dauid hoc lumine opera sua ac intentiones lustrabat, & (quod maius est) regnum suum eodem administrabat. *Lucerna*, ait, *pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* *Psal. 118.*

5. Aberrant grauiter, qui sine hac luce statum vitę deligunt, qui testamenta condunt, qui lites intentant, qui familias regunt, qui ex suo iudicio cuncta administrant, domos ædificant, thesauros recondunt, amicitias iungunt, societates con-

contrahunt: super arenam enim ædificant; flant deinde venti, flumina allidunt; ædificia vero, quia super firmam petram ædificata non sunt, ruunt, soloque æquantur, & mortalium spes vanes concidunt.

Hi sane agunt inconsulto: sed multo magis viri spirituales, qui, cum desideria cordis sui sequi volunt, directoribus suis rationes humanas obtrudunt, quibus agere ac dirigi cupiunt, non autem diuini Spiritus aura; cumque à mundi statu ac fastu longissime abesse deberent, huius sæculi hominibus volunt conformari, suisque rationibus regi. Ruunt quoque omnia ædificia hæc, quia eorum fundamenta non super petram, sed in arena collocantur. Beatus Ludouicus Francorum Rex, ab aulicis suis rogatus quonam gestorum suorum cognomine vellet insigniri, Victoria, inquit, Possiaca contra diabolũ, dum baptizarer: vt enim prima, ita clarissima mihi obtigit. In hac sola glorior & triumpho: ab hac Ludouicus Possiacus denominari volo. Pluris faciebat S. Ludouicus vnicum religionis actum, quam omnes res à se bene gestas; quibus alioquin homines glorioſum sibi nomen comparare ac gloriari solent: vnde frequens Possiacum adibat, magnaque animi sui voluptate in victoriæ huius recordatione acquiescebat. 6.

Corrozetus de dictis & factis Principum Christianorum.

O mortales insensati, quid in iudicio vestro insano struitis? ædificate in cælis; eo oculos cõiicite: æterna illic sunt omnia, solida, & immobilia. Deus æternis rationib. in reb. agẽdis nitit,

quas euertere nulla poterit humana industria.

Isa 55. *Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus: quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris.*

Num. 23. *Non enim est Deus quasi homo, vt mutetur:* nos vero mutabiles esse necesse est, quia fundamentis mobilibus nitimur; Deus vero æternus stat *ea in æternum & in sæculum sæculi: præceptum posuit & non præteribit.*

Psal. 148.

Fidei Praxis. 213. Expedit ergo, vt studiosus Perfectionis, inter prima Negotiationis exercitia, circa hanc virtutem versetur, ac animum excolat quo vtilius spiritualia concipiat atque apprehendat: est enim instrumentum commune, sine quo ceteræ virtutes nec haberi nec exerceri possunt; meritoque dixit S. Paulus, *Sine fide impossibile est placere Deo.* non tantum vbi quis circa fidem hallucinatur, vel Christi fide caret: id enim quia nullum opus, quod fide non nitatur, diuinum ac meritorium esse possit: crescit vero multiplicatis actib. lumen illud, & facilitatem spiritualia exercendi confert: & quia opus supernaturale est, auget gratiam & caritatem; & quo frequentius eo vtimur, eo spiritualiores euadimus.

Heb. 11.

Cap. XXXV.

Spem præclarum instrumentum esse Perfectionis, *ad difficultates magnas superandas, arduaq; aggredienda.*

Spem necessariam esse ad ma-

214. Inter virtutes quib. caritas vtitur ad hostes suos expugnandos, ad difficultates supe-

sperandas, ad ardua quæque aggredienda ac perficiẽda, spei virtus facile primum locum obtinet. Sine ea langueſcit animus, vires labant, clypeum haſtamque ſæpe abiicimus. cum enim ſine Dei auxilio omnino nihil aggredi, ne dicam perficere valeamus; aberit haud dubie auxilium ſi ſpes abfuerit, quæ illud imploret: nec Deus aliter conſueuit, niſi imploremus, omnemque fidem noſtram in eum coniiciamus. Hic gladius Gedeonis eſt, qui conterit caſtra Madian; rupes, ferrum, æs penetrat; nihil tam forte, tam tenax ſtum, quod illa omnipotentis viribus non comminuat; nihil adeo inuium & inacceſſum, quo non perrumpat ac peruadat. Vos, ô generoſi ac inclyti Dei pugiles, inuito ad tantæ gloriæ ac Negotiationis ſocietatem; magnæ vos opes manent, magna retributio.

gnas res gerendas.

Iudic. 7.

Moneo tamen viam eſſe difficilem, arduam, multis laboribus obnoxiam, periculis ſeptam, calamitatibus obuiis vallatam, hoſtium teliis vndique obſitam. multa enim toleranda ſunt, cum in corpore & animo, tum in fama, honore, boniſque omnibus. Simeticuloſi, ſi qui molles ſponſarum amatores, ſi qui degeneres animi, ab hoc certamine remittantur domũ hoſtes noſtri magni, formidandi, horrẽdi ſunt: ſi tamen animus non deſit, non deerunt vires, quibus illi ipſi cædantur, aut in turpem fugam vertantur.

Multa iis patienda, qui pro Chriſto præclara quæque aggredi cupiunt.

Iudic. 7. Deut. 20.

Hoc in primis vobis animos addat, non deſore ſolatia; quæ expectatione præmiorum tanta ſunt, vt eorum partem exiguam nulla mens,

Solatia nõ deeſſe iis ſtrenue pro

Christo laborant. *Rom. 8.* *2. Cor. 4.* *1. Cor. 2.* *Isa 64.* *Prou. 13.*

nulla vis ingenij, nulla eloquentia non dicam explicare, sed ne minimum quidem adumbrare valeat. *Non sunt* enim *condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod præparauit Deus iis qui diligunt illum.* *Spes* quidem *quæ differtur affligit animam*; & nonnullis durum videri præmia laborum in futurum reseruari, & tristitia huius vitæ multis misceri doloribus. Iandem se res habet: sed momentanea sunt hæc vitæ mala, nec suo solatio carent; certissimo, quæ à Deo promittuntur. Augustinus argumentum tractãs, *Non te terreat,* inquit, *stiane quod credita differuntur. Licet in absconditi promissio, in spe tamen perseueret oratio. Exercentur ribus, cresce virtutibus. Dum fidei constantia proba gloria retributionis augetur.* & alibi, *Securus, ait, accepturum te vitam ipsius, qui pignus habes ipsius.*

In Sententiis D. Prosperi, n. 93. *Operum S. Aug. to. 3.* *Spes futuræ retributionis certa solatur in tribulationibus.*

In expos. Ps 96. sub finem.

216. Nec terreri debemus horrore malorum quæ ingruunt ils qui hanc palæstram ingrediuntur. Ita est: patiendum est. ita nos Christus monuit: *Mundus gaudebit, vos autem contristabimini: in mundo pressuram habebitis:* Trahent vos ante præsides *ad custodias,* ad carceres: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Nec putemus pigiles nostri id in aere tantum sonare, sic vt rum capita fulmen hoc numquam detonare beat. Sane ita animo dispositi sint, vt, quod

Ioan. 16. *Luc. 21.* *Act 14.*

nec

emur euenturum singulis, sibi quoque euen-
rum certo constituant. quod si non eueniat,
bitrētur se ex dilectis Domini non esse, quos
ssera beneuolentiæ suæ insignire solet: nam *Rom. 5.*
ribulatio patientiam operatur, patientia autem pro-
ationem, probatio vero spem. spes autem non confun-
dit. Oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam
suam. Hæc spei nostræ sunt fundamenta. si enim *Luc. 24.*
necesse fuerit Christum pati; viamque ad æ-
ternam felicitatem aliam non esse, sancti om-
nes suo exemplo testati sint; cur nos immunes
esse velimus? In hoc spem nostram fundari vult
Augustinus. *Factus est*, inquit, *Christus spes nostra.*
in illo vides & laborem tuum, & mercedem tuam: *In Psal. 60.*
laborem in passione, mercedem in resurrectione. Sic *tom. 8.*
ergo factus est spes nostra. habemus enim duas vitas: sed
unam, in qua sumus, alteram quam speramus. In qua
sumus, nota nobis est: quam speramus, ignota nobis est.
Tolera in qua es, & habebis quam nondum habes.

D. Basilius, *Iter*, inquit, *facientibus per asper-* *Hom. in*
rima quæque ac pene inaccessa loca, tædium subleuat *Psal. 1.*
laboris, spes certo proposita commodioris hospitii: *Similia.*
vtque maris periculo ausint se committere mercatores, 1.
facit cupiditas parādarum mercium: & agricolis im- 2.
minuit ac suffuratur labores spes futuræ fertilitatis. 3.
Eam ob rem, qui nostram omnium vitam in commune
dispensat ac moderatur eximius doctor Spiritus ille ve-
ritatis solerti sapientia & artifici consilio initio sta-
tim mercedem ponit ob oculos; vt laboribus, dum in
manibus sunt, veluti iam transmissis, tota mente
ad bona, quæ in cœlis reposita nobis sunt, auidius pro-
peremus.

Chry-

Lib. 3. de prouid. Dei in initio, tom. 5. 4. Chrysostomus autem eleganter (vt solet) hoc argumentum prosequitur. *Dic oro, inquit, si quis te ad regnum terrestre & imperium vocaret, atque ante ingressum eius ciuitatis, in qua coronandus esses, in stabulum diuertere necesse esset, vbi lutum plenum ac fimi, viatorumque tumultus esset, & latronum perturbatio, summaque pressura & angustia: num illa tristia cogitatione cōuertereris? an non illa omnia quasi nihil essent, gaudio & spe regni contemneres? perquam igitur ineptum & indignum est, terrena mortalibusque rebus potiturum, nihil his, quæ intra inciderint, contrahi: æterni autem regni spe clarum & erectum, atque ad cœlos accersitum, per singula quæ in diuersorio contigerint tristia decidere atque perturbari.*

In eandem sententiam apposite Euchem. Lugdunensis: *Dirigendo est omnis animi intentio spem futuri; quam spem vt plenius & manifestius consequaris, aperire eam etiam sub alicuius exemplo conditione non abnuam. Si cui aliquis quinque hodie aureos denarios offerat, quingentos vero aureos in crastinum spondeat; optionemque offerat, vtrum æs ad præsentem mere, an aurum mallet in posterum: dubium nemini est quin præoptet grandia illa munera cum parua mora? Tu quoque, breuis huius atque æternæ vitæ conditionem prospecta, num eligas capere vilia, cum sperare possis pretiosa? Non est tanti sumpsisse parua, quanti est expectare quæ magna sunt.* Hæc ille.

In parænetica epist. ad Valer. longe post medium. 5.

217. Futuræ ergo retributionis, & quidem certissimæ, spes animos vehementer accendit futuræ tamen, non præsentis vitæ. Iuuat illam sperare, non præsentem optare, si rem Dominæ

gere velimus. Hic lætari boniſque affluere, & in futura vita, non licet: alterum neceſſe eſt eligamus. Loquar confidenter incenſis amore Chriſti Domini pugilibus. Coronarum, regnorum, gloriæ, voluptatis æternæ memoriam nõ nihil ſeponamus: tempus retributionis veniet, cum diuinæ videbitur bonitati; nunc vero ſibi quiſque dictum exiſtimet, quod Iacob Iudæ filio bene precando dicebat: *Catulus leonis Iuda: ad prædam, fili mi, aſcendiſti.* Gen. 49. De bene merendo, de pugna, de prædis agendis, nunc quæſtio eſt, in quibus multa fortiter excelſoque animo toleranda. E mundo, è manibus diaboli è carne noſtra prædæ ſunt captandæ & abigendæ: negotiandi tempus eſt, & de Domini noſtri lucro cogitandum, non de præmio; viderit ipſe, cuius cauſa negotiamur. Caritas præmium non quærit, ipſa ſibi præmij loco eſt. Spes multa patiendi, multa pro Domino noſtro perficiendi, inſignis theſaurus eſt: illum quæramus, illum inueniamus, & bene ſe res habet. Mandatum habemus ab illo: *Negotiamini, dum venio.* Luc. 19. De ſpe itaque hic agimus, non quæ quietem ſpectat, & retributionem; ſed quæ nos ad PERFECTIONEM aſſequendam, augendam, & illuſtrandam iuuat & promouet. Doctrina ſublimis, Negotium arduum, Praxis difficilis. Tradenda tamen hæc eſt, & quidem ſigillatim, facilique methodo, vt ab omnibus capiatur.

De conſolatione hic non eſſe cogitandum.

C A-

Cap. XXXVI.

Duo esse officia spei: alterum in sui diffidentia, alterum in Dei confidentia consistere: confidentiam vero rerum huius mundi plurimum obesse rebus præclare gerendis.

Spes constat duabus partibus.

218. Spes duabus partibus perficitur: diffidentia sui, & confidentia Dei. qui enim alio opem quærit, necesse est fateatur imbecillitatem suam, quam ab eodem petit subleuari. Confidentia sine diffidentia propria, præsumptio est: diffidentia sine spe, desperatio. Iungvtramque, & quandam homini tribuis omnipotentiam.

Ex quo colligis, nos hic de spe, quæ in Deique amicitia destituta sit, non agere: cui alioquin merito queri posset; *Soror nostra parua & vbera non habet*: pasci illa debet, nondum oscere; adhuc ianuam Sponsi pulsat, nondum gressa thalamum, nondum ad complexus dinos admissa est. multo minus de spe eorum, Dei iustitiam beneuolentiamque minime quirunt; sed in peccatis remanentes, multa nihilominus à Deo expectant, certoque sibi beatidinem frustra pollicentur; interea iustos pequuntur; Dei sæpe causam oppugnant; voptatibus suis, etiam fœdis, immerguntur; conia sua ad honores & diuitias comparandas, gendas, conseruandas referunt; præterea finem

Cant. 8.

Spes impiorum contraria veræ spei.

alium

lium sibi nullum proponunt. id vero quam sa-
lenter tuteque faciant, exitus comprobabit.
De his tamen, ad consolationem constantiam-
que iustorum, quos ipsi (iusto Dei iudicio) per-
sequuntur, aliquid dicendum est. *Quoniam spes* *Sap. 5.*
impii, ait Sapiẽs, *erit tamquam spuma gracilis, quæ à* *Vana spes*
procella dispergitur; & tamquam fumus, qui à vento *impiorum.*
effusus est: & tamquam memoria hospitis vnius diei
pretereuntis. Quæ omnia si consideres, ad-
modum infida sunt, & breuia: quid enim
nulla? quid fumus? quid memoria hospitis? &
his quid breuius & inanius? in his tamen
spes impij fundatur. *A verbis* ergo *viri peccato-* *1. Mach. 2.*
rum ne timueris, quia gloria eius stercus & vermis est. *Iob 5.*
hic viæ omnium, ait Iob, *qui obliuiscuntur Deum,* *Iob 11.*
& spes hypocritæ peribit. Oculi impiorum deficient,
& effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio
animæ.

Mira de his hominibus refert Isaias, qui ex-
primit verba, quæ ipsi vel sermone, vel certe
moribus proferunt. *Dixistis*, inquit, *Percussimus* *Isa. 28.*
fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.
Flagellum inundans, cum transierit, non veniet super
nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & men-
dacio protecti sumus. Quam hoc verum est! tuen-
tur enim homines nunc iniquissimas causas
mendaciis; iisque innixi, Deum, Ecclesiam, pa-
rentes, amicos, ceteroſque oppugnant, & in
eorum bona impetũ faciunt. sed hæc non sem-
per durabunt; addit enim Propheta: *Delebitur* *Ibidem.*
fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum in-
ferno non stabit: flagellum inundans cum transierit,
eritis

Spes in hominum potentia vana est.

eritis ei in consultationem. Nec proteget eorum gni alicuius potentia atque auctoritas, verissim fortuna, cuius rotam Dominus habet in manu. Imo puniuntur impij iisdem sæpe auctoribus quorum ope Deo hominibusq; iniuriam intu lerunt; aut certe eorum auxilio destituti, quam vana fuerit potentium fides, quam inanis fiu sperantium expectatio, iidem ipsi re ipsa experiuntur.

Nec immerito eis exprobramus, quod dim

4. *Reg.* 18. Rabsaces Ezechiæ Regi Iudæ. *An*, ait, *sper baculo arundineo atque confracto, Ægypto: super qu si incubuerit, homo, comminutus ingredietur manu eius, & perforabit eam? sic est Pharao, Rex Ægypti omnibus qui confidunt in se.* Pharao Rex Ægypti dæmonem, mundi huius tenebrosi princip significat. Ille nobis multa promittit; vitæ productiorem, sanitatem, opes, honores; qu non præstat, eorumque loco multa mala infe ac inprimis fallit nos, & expectatione frust tur; manus nostras perforat, & operantes conuellit atque eneruat; prauaque consuetu ne male agendi, ad bonum nos ineptos re dit; vtpote manu seu animæ potentiis sanct tis.

219. Ex his negotiator spiritualis documen duo colligit. alterum, eum qui ab impiis pers cutionem patitur, parum debere esse solicit aut enim ii præualebunt, quod viribus iis po leant, quibus resisti non possit; & in hoc gau deat Iesu Christi miles, quod Domini causa al quid pati mereatur, ducatque id sibi magno hono-

nori, & emolumento maximo, denique in-
ntes Deo gratias agat: aut si expediat impro-
orum conatibus resistere, idque Dei exigat
loria, forti sit animo; eorum arma instar tela-
m araneorum reputet, comparatione illius
bsidij, quod à Domino veniet; & vero veniet
m internæ fortitudinis nouo sensu: quã qui-
em cum omni modestia testatam faciat Chri-
miles ad mortem vsque; nec facile quidquam
oncedat impijs aduersariorum conatibus, qui-
as Deo auctore potest resistere.

Sperantem in Domino decet contemnere spes hominum inanes.

Alterum est, vt diligenter caueat impiorum more prauis mundi huius consilijs, hominum moribus ac potentiæ confidere: hoc enim primum impedimentum est; & naturæ spei, quæ diuino præsidio innititur, plane repugnat: quod vt caueamus, sic hortatur nos D. Augustinus, & serio inculcat: *Quanta tibi mundus post dorsum stre-* *Serm. 29. de verbis Domini, c. 5. & 6.*
pit, vt retrorsum spectas, id est, vt in rebus præsentibus, nec præsentibus, (non enim dicenda sunt præsentia, num- *quam stantia) spem tuam ponas: & ab eo, quod promi-* *sit Christus, & nondum dedit. (sed, quia fidelis est, da-* *bit) auertas animum tuum & velis requiescere in mũ-* *do pereunte! Ideo enim Deus felicitatibus terrenis a-* *maritudines miscet, vt alia quæratur felicitas, cuius* *dulcedo non est fallax: & de ipsis amaritudinibus cona-* *tur mũdus auertere ab eo quod intendis in anteriora, &* *retro conuertere.* & infra: *Quid strepis, o munde? im-* *munde, quid strepis? quid auertere conaris? Tenere vis* *periens; quid faceres, si maneres? quem non deciperes* *dulcis, si amarus alimenta mentiris?* Hæc Augusti-
nus, & plura. Spes ergo mundi huius despicien-

da est, & auxilia repudianda; nisi Dei & amici
& amicitiam perdere velimus. Si enim au Re-
gius Psaltes, *obliti sumus nomen Dei nostri, & ex-*
pandimus manus nostras ad Deum alienum: nonne
Deus requiret ista? Ad Dei namque gloriam spe-
ctat, vt ad illum, tamquam ad summum cunc-
rum malorum propulsatorem, bonorum
omnium originem, fortuna aduersa vrge
manus supplices tendamus: quo fit, vt, quis
in calamitatibus suis Dei oblitus, amicis,
sanguineis, opibus, gratia, potentia nitatur
toties ad Deos alienos manus suas qua
modo expandat; quod hic Propheta à se
simum esse demonstrat.

Allegoria idololatriæ. Psal. 43.

Turris Babylonica. Gen. 11.

Hi non absimiles sunt iis qui post d
turrim Babylonicam ædificabant; quorum
dium ac spes in confusionem versæ sunt.
hi, qui ab inundatione variarum calami
se suaque tegere ac liberare posse credunt,
sua frustrantur, eorumque studia in confu
aliquando tandem versa decidunt. hinc
Iudæis: *Et confundentur* (ait) *ab Æthiopia spe*
ab Ægypto gloria sua, in quibus spem suam &
riam suam collocarunt; *& dicet habitator*
huius: Ecce hæc erat spes nostra, ad quos confugi
auxilium, vt liberarent nos à facie Regis Assyrio
& quomodo effugere poterimus nos? & Ieremias
Ægypto (inquit) *confunderis, sicut confusa es a*
sur.

Isai. 20.

Ierem. 2.

Longè certè Dauid aliud præsidium prop
fuerat, quod ex hoc vno testimonio cogn
potest: *Nolite confidere in Principibus: in filiis*

Psal. 145.

num, in quibus non est salus. Bonum est con- Psal. 117.
fidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus.

Hoc. Huc spectat inanis illa fiducia, qua homines diuitiis suis extolluntur: à qua D. Paulus omnes conatur deterrere. *Præcipe*, ait, *diuitibus huius sæculi non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. Qui confidit in diuitiis suis, corruet*, ait Sapiens: *iusti autem quasi viridis folium germinabunt.* Denique Rex piissimus quam optime: *Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua. Ego autem, sicut oliua fructifera in domo Dei, sperauit in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi.*

Spem diuitiarum esse quoque fallacem. 1. Tim. 6. Prou. 11. Psal. 51.

Qui ergo vtiliter negotiari volunt, & lucrum reportare, in misericordia Dei sperent. Cum enim operum fructus à Deo manare debeant, à quo accipimus auxilium, sine quo nihil possumus; ad illum necesse est confugiamus: quem si propter hominum fauorem ac potentiam, aut propter opum copias quibus nitimur, elati prætermittamus, & spes nostræ concident, & vacui operibus bonis remanebimus.

Cap. XXXVII.

Nimiam confidentiam perniciosam addendum esse Negotiationi spirituali: hominesque illius causa grauissima salutis pericula incurrere.

221. IMpedimentum aliud est hominibus spiritualibus perniciosissimum: quod existimentur se ingenio, viribus, consiliis multum posse; nec opus esse ab alio pendere, cum intus præsidia habeant, quæ sufficiant ad arduum quæque aggredienda ac perficienda. Confidentia hæc, virtus non est; sed enorme præsumptionis vitium, omnis heroicæ, imo cuiuisbet supernaturalis actionis tinea, pestis, atque interitus.

Præsumptio vitiũ est enorme.

Præsumptio ingratitudinis mater. Serm. 51. in Cant. post medium.

Est namque præsumptio in primis mater ingratitudinis: qui enim sine auxilio aliquid putat se posse perficere, cum illud effecit, sibi solum adscribit. *Ingratitudo*, vero, vt vult Bernardus, *inimica est animæ, exinanitio meritorum, ventum dispersio, beneficiorum perditio, ventus vrens, cans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, sudum gratiæ.* Quis enim sperat nouum beneficium accipere, qui ea, quæ à Deo accepit, sibiipsi tus attribuit, cum tamen Deo accepta referre debuisset? Addit Bernardus alibi: *Gratiarum actus decursus, vbi recursus non fuerit; nec modò non augetur ingrato, sed & quod acceperat vertitur in perniciem: fidelis autem in modico, censetur digno munere ampliori.*

Serm. 1. in capite Ieiunii.

222. Ex

222. Est præterea præsumptio filia superbiæ; *Filia superbiæ.* tiæ impudentissime furatur Dei honorem & oriam, eamque sibi adscribit, & de ea tamquã bonis propriis gloriatur, quasi potens in po- *Iac. 4.* ntia sua. at *superbis Deus resistit, humilibus autem* t *gratiam.* Pestis autem hæc arrogantiæ ac sũ- rbiæ, peccatum spirituale est: ideo oculis cor- poreis non videtur, ne quidem spiritualium: uia primum oculos occupat, ac in iis sedem fi- gt, ne videant. Facile ciuitas occcupatur, vbi à *Simile.* idendo & prospiciendo speculator impeditur. Est enim superbia non tantum in voluntatis e- ctione ac tumore, sed in intellectu quoq; ma- na ex parte residet; quem imbuit opinione vir tutis, scientiæ, potentiæ, magnarumque viriũ, quas à se habere, aut certe suis meritis sese com- parasse arbitratur.

Eo ergo maxime nocet arrogantia hęc, quod hostis esse nesciatur, nec adesse conspiciatur. na- turale quoddam vitium est singulis concreatũ, à prauitate naturæ & complexionis cuique qua- si impactum: & quia pauci oculos ita perspica- ces habent, odiosum hominem non reddit, si pallio fictæ humilitatis tegatur. Ferunt etiam homines in aliis, quod in se probant, quodque ambiunt, & in bonis reputant. Quam multi in honoribus beatitudinem suam constituunt: omni studio eos quærunt; in adeptis gloriantur ac conquiescunt; eos, qui in iis excellunt, magni faciunt ac deprædicant. Opinio hæc excæcat oculos hominum, vt non videant Deo soli deberi gloriam; quam sibi non tribuerent, si

damnum, quod ex eo capiunt, perſpectum haberent.

Ex quo aliud ſequitur, peccati huiuſmodi famiam coram hominibus non apparere, vnde ſuperbi erubeſcant; quare, modo honorabile habeantur, parum interna mouentur turpitudine, quæ in hominum oculos non ita facile incurrit. hinc ſancti Patres monent aliquando minus eſſe in corruptionem cadere, quam in cogitatione tacita deliberata elatione peccare. Nam cum minus turpis ſuperbia creditur, minus vitatur: luxuriam vero eo magis erubeſcunt, quo ſimul turpem omnes nouerint. vnde fit, vt nonnulli, poſt ſuperbiam in luxuriam corruerint, ex aperto caſu malum culpæ latentis erubeſcant, & tum etiam maiora corrigant, cum prius in minimis confunduntur.

Graues oriri caſus ex ſuperbia.

223. Ex hoc capite illud dignißimum nouum accedit: Dominum perſæpe permittere, tantas huiuſmodi arrogantiæ, vt homines in grauißima quæque ſcelera labantur, quo videant quam parum poſſint ſine eius præſidio. quod ordinarie elatis euenit, & ſapientibus huius mundi

1.

In mundi huius ſapientibus.

initiis quidem occulte, deinde ſuperbiæ vindex Deus toti mundo ſpurcitias illorum patefacit, vt erubeſcant & confundantur: verum quia ſuperbia mentes eorum occupauit, clauſit quoque oculos, frontem eis quoque meretriciam attrivit, que cervicem impreſſit, ideo iuſto Dei iudicio fit vt pertinaces maneant, tandemque ſupremus Iudex in iis potentiæ ſuæ gloriam oſtendat, & ad confuſionem illorum tantum faſtum exhibe-

lari curet, atq; ab hominibus, qui Dei obser-
uant iudicia, potentia quoque eius ac gloria de-
nædicentur.

2. *In Philosophis.* *Rom. 1.* Multa de Philosophorum arrogantia ac confusione scribit D. Paulus; de quibus quia priori libro copiosius, iam huic argumento non immorabor. Attexam dumtaxat D. Hieronymi *In cap. 10. Eccl. ad verba Labor stultorum affliget eos. tom. 5.* sententiam vnicam, hæc Ecclesiastæ verba exponentis: *Labor stultorum affliget eos. Lege, inquit, Platonem, Aristotelis reuolue versutias, Zenonem & Carneadem diligentius intuere: & probabis verum esse quod dicitur, Labor stultorum affliget eos. Veritatem illi quidem omni studio quæsiuerunt: sed quia non habuerunt ducem & præuium itineris, & humanis sensibus rati sunt se comprehendere posse sapientiam, ad ciuitatem minime peruenerunt, de qua in Psalmo dicitur: Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum dissipabis. Omnes enim vmbras & diuersas imagines atque personas, quas sibi in variis dogmatibus induerunt, in vrbe sua Dominus dissipabit.* *Psal. 72.*

3. *Iniis quoq; qui virtuti studeut.* 224 Nec modo hæc omnia de Philosophis aut hominibus mundi huius statuenda videntur, sed & de multis qui virtuti dant operam, quos propter insignem animi superbiam (quãuis subinde latentem & ignotam) Dominus vel in grauissimas tentationes labi, vel etiam in turpiora quædam scelera ruere præcipites permittit. *Audeo dicere,* ait D. Augustinus, *superbis esse vtile cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum, vnde sibi displiceant: quibus sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit quando fleuit, quam sibi placuit quando præsumpsit.* *Lib. 14. de ciuit. Dei, c. 13. in fine.* Hoc

Matth. 26. *dicit & sacer Psalmus: Imple facies eorum ignominia,*
Psal. 82. *& quærent nomen tuum, Domine.*

Illud hic adiiciam, solere huiusmodi superbos non ex graui tantum tentatione in pernitiosa aliqua delicta prolabi, sed subinde ex minima tentatione in deformia quædam peccata incidere; vt cum puellæ aut etiam coniugatæ nobiles arrogantiores in graue honoris vel dilectionis detrimen vel dedecus induci se patiuntur, ob leuem à parentibus aut maritis alienationem, vel offensionem, aut ex leui solicitatione; viri quoque & quidem graues in amores deformium mulierum ac vetularum, imo etiam scortorum meretorum, morbisque infamibus detestandorum, (quę remedium incesti amoris potius quam excitamentum adferre debuissent) corrumpi, quibus tamen nulli non possint.

Simile.

Etsi enim arrogantiæ noxa nobis exigua videatur, Deo tamen incredibiliter displicet, magnam ipsi irrogat iniuriam, multorum bonorum fontem obstruit; & quia curari non potest, imo ne cognosci quidem, sine imbecillitatis nostræ manifestatione, permittit Dominus nos nostro aliorumque bono fœdari, vt ad veritatis auctorem discamus recurrere, & in eius potentia, non in nostris viribus, consistere.

4. *Ostenditur idem contingere in tironibus.*

225. Ob hanc etiam rationem Dominus tirones omnes, nullis pæne exceptis, initio vario tentari permittit; nec cum vllis fere videtur misereri isto genere exercitationis dispensare, vt eos hac ratione in diffidentiam sui inducat, & hanc doctrinam sibi non fidendi, non arrogandi quia-

quam

quam, altissime eorum mentibus imprimat ac defigat: qui si sibi præfidant nimium, haud dubie labentur; quod si imbecillitate cognita ad Dei auxilium recurrant, sensim emergent, & ad profectum animabuntur. docent enim sancti Patres, eos, qui seruiunt Deo, à dæmone frequentius variis tentationibus agitari: tristitia & diffidentia de Deo, vt bona inchoata deserant, vt non perseuerent, vt existiment se Deo caros non esse, vt locum, societatem, rationemque viuendi cum seueriore commutent, in qua nouit dæmon plura fore ad labendum pericula. His aliisque id genus tentationibus, spem boni præse ferentibus, dæmon seruos Dei aggreditur: quos vero vincit? Eos (aiunt) qui plus æquo confidunt sibi. vnde vidimus multos magna virtute præditos, & testimonio aliorum probatos, quos tamen malignus spiritus propter nimiam istam confidentiam egit præcipites.

5. *In tironib. tacitam arrogantiã inueniri. Luc. 6.*

Hoc enim vitium præsumptionis cum in ætatidioribus mundi filiis inuenitur, tum etiã in iuuenibus ac tironibus, qui feruore puerili multa comminiscuntur; quæ si attentarint, in varia præcipitia feruntur. qua de re scribens Cajetanus in illud Lucæ, *Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit: similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram*: Hic, ait, *describi vides ruinam hominis, qui congeriem operum suorum ædificauit super non integrum seu non firmum, vsque ad intima cordis penetralia, propositum perseuerandi in omnibus, vel propositum non fundauit*

super Christum: sic enim fiducia eius non est innixa super Christum, sed super viribus proprii animi. primum enim modo deest verum fundamentum: propter primum enim deest profunditas, & propter secundum deest pietra. Hæc Caietanus.

D. Augustinus, errorem cognoscens, defectum hunc lamentabiliter deflet in Soliloquiis. *Soliloq. c. 15.* *Fortissimo magnipotens Deus*, ait, *credebam me esse aliquid, cum nihil essem: cogitabam me esse prudentem, & deceptus sum: dixi quod dives essem, & nullius egerem: & nesciebam quia pauper eram, cæcus, nudus, miser, & miserabilis: & video nunc, si quid boni est, quod vel magni, donum tuum est: & nostrum non nisi malum est: quia, nisi custodieris ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Credebam me aliquid fore ex me: existimabam me sufficere per me, nec percipiebam quoniam tu regebas me, donec aliquantulum te elongasti a me, & cecidi statim in me: & vidi & cognoui quoniam tu regebas me: & quod cecidi, fuit ex me: & quod surrexi, fuit ex te.* *Apoc. 3.* *Psal. 126.*

226. Detestandum ergo vitium est arrogantia, nullaque ratione (si negotiari velimus) admittenda; ita enim loquitur Scriptura: *Qui confidit in cogitationibus suis, impie agit.* *Prou. 12.* *Qui confidit in corde suo, stultus est.* *Prou. 28.* Amentiæ est genus est, molarem lapidem eleuare velle, similis volare, in aqua vel aere ambulare. Tantumdem agit, qui opus supernaturale eleuare propriis viribus nititur, qui ad diuina assurgere, qui tentationes graues superare, qui denique ad qui Perfectionem. Is profecto amens ab Angelis censetur; sed eo magis, quod Deus

detrahat, sibique vsurpet, quod ad ipsum solum pertinet.

Ideo Ieremias talibus male imprecans, *Maledictus*, ait, *homo qui confidit in homine, & ponit carnē brachium suum: erit enim quasi myricæ in deserto: & non videbit cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili.* & Ecclesiasticus ita nos hortatur: *Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo.* Superbiæ taurum comparat; cui cum liberum ad nos operaque nostra accessum permittimus, nos allidit grauiter; & si quos fructus aut herbas virescentes produximus, illas, quasi bos, cunctas depascitur, calcat, ac destruit, manetque cordis nostri solum infructuosum, exiccatum, incultum, desertum, sicut lignum in eremo.

Ierem. 17.

Eccl. 6. Simile.

CAP. XXXVIII.

Tacitam præsumptionem, multis incognitam ad res magnas gerendas aditum præcludere. Quæ eius indicia.

227. HIs, quæ diximus, etsi plura addi posse ad perniciem arrogantiæ detestandam merito videantur: (nam pauca mihi pro rei indignitate dixisse videor) tamen, ne longior sim, ceteris omissis vnicum operæ pre-

pretium me facturum confido, si, quod in hoc genere lateat, è profundissimis latebris eruatur & in lucem producatur. Quam enim arrogantiam altero capite descripsimus, positivam, & actualem, & exercitatis sat palpabilem, haud difficile cuivis iam erit agnoscere: alij vero arrogantes esse non putantur, quod nihil sibi arrogare videantur; imo cum Pharisæo Deo gratias agunt, quod non sint sicut ceteri hominum, & cum Christiani sint, profitentur omnia à Deo proficisci; merita quoque Domini nostri Iesu agnoscunt; alios non contemnunt; vtuntur iudicio naturali, & facultatibus sibi à Deo communicatis: tamen, quidquid agant, hos limites non excedunt; ad Dei præsidium non recurrunt, rati se optime fecisse, cum vtcumque exierit sententia res succedunt. sæpe nihilominus his his arrogantia non exigua cernitur: atque primis, quod ardua quæque aggredientes, sine suo consilio nitantur: quotusquisque enim aulis Principum (nisi admodum pij sint) negotia etiam summi momenti confert cum Deo? lique commendat? quis etiam inter Ecclesiasticos promiscue hoc consilio vtitur? quis in Religiosos sic Deo nititur, vt eius ope indigeat & sane ardua illa, quæ salutem animarum concernunt, quæ publicæ rei bonum spectant, ut bene fiat, non sine eius ope fieri possunt. si eius consilio non vtamur, merito se prætermissum queri potest. Non vtere calceis vicini tui, non scopis quidem, quibus indiges, ni primum illum consulas: multo minus si sis in familia vbi licet-

Luc. 18.

Arrogantiæ tacitæ indicia.

1. *Ad Deum non recurrere. in rebus magni momenti saltem.*

centia vel auxilio patris-familias pro aliqua re opus est. Si incuria existas, vbi Regis auctoritate atque præsidio indiges; Rege minime consulto nihil aggredieris: imo etsi sigillum eius habeas, aut clauem aulæ triclinij, nihil vmquã sigillo munies, aut è triclinio educes; præsertim si consensus, notitia, & auctoritas eius concurrere debeant. At nihil sine Deo agere, nihil supernaturale, imo naturale proferre, non modo sine auctoritate, sed & sine concursu atque auxilio eius, possumus: qua ergo ratione res nostrę felicem exitum sortiri possunt, ipso non audito nec consulto? Et quamuis lege ordinaria statuerit concurrere in operibus naturalibus, ac etiã supernaturalibus, cum ex habitu virtutum procedimus; non promisit tamen optima semper quæque fore consilia, quæ tibi in mentem primum occurrerint, aut infallibilem assistentiam, nullo ab ipso petito subsidio. Sicut ergo eum Nobilem sibi præsumere atque arrogare diceremus, qui propria auctoritate potentia Regis vteretur, quantumcumque Regem laudaret: nec pateremur ipsi res nostras pro cuiusque libidine vsurpari, nobis non consultis: ita pro genere quodam arrogantiæ Deus reputat, cum in rebus, præsertim magni momenti, vix semel in anno dignamur ad ipsum (cuius nutu tamen ac voluntate fieri debent omnia, vtpote orbis vniuersi rectoris ac supremi dictatoris) accedere, ac res nostras commendare. *Similia.*

Fiunt nostra quidem subinde non male: sed quia sensu nostro fiunt, qui præsentia tantum spe-

speculamur, futura non prospicimus, nec rerum inter se dependentiam, breui ea inter se comellluntur, & ad nihilum redigunter : quæ vero Deo auctore constituuntur, qui nouit rerum tempora, ordinesque, causas, ac consecutiones, ea sapienter ordinantur, & futuris sæculis vtilitatem, exemplum, admirationemque parium. O si cognosceremus quantum nobis detrimenti atque Reipublicæ adferimus, quantum de eius splendore, commodo, protectione detrahamus, hoc Dei præsidium negligentes! nemo mortalium nouit ; nouere soli beati, & Deus maxime, qui semper præsto est, vt petentibus dona largiatur. Et cur mundus tot calamitates patitur ? familiæ male reguntur? tot bella infeliciter geruntur ? tot prouinciæ ac regna non adeo secundo successu administrantur ? quia homines humeris suis ea sustentare præsumunt, suis viribus, suopte ingenio: vltra humanos limites non transgrediuntur; ideo confusio magna & singulos inuoluit, & communitates peruertit.

Indicium 2. Quod homines non Dei, sed suam gloriam quærant in rebus quas faciunt.

228. Alterum indicium arrogantiæ tacitæ est, quod homines gloriam suis è facinoribus reportare intendant ; & vero iis quomodocumque patratis extolluntur, ea persæpe commemorant, in tabulas publicas & annales referunt, suæque posteritati tamquam præcipuam hereditatem relinquunt: quæ tamen si discutiantur, erratis scatentia, multaque sæpe reprehensione digna inuenientur : & ideo maxime, quod ea Domini non contuluerunt, suamque, non Dei, gloriam

gloriam quæsiuerunt: huius enim, non nostra, gloria quærenda est; de nostra ipse plus satis erit solicitus. hunc enim finem gloriæ Dei res omnes prospiciunt; ad eum naturali quodam pondere tendunt; quia Creatorem suum illum esse cognoscunt, suumque principium ac finem vltimum: refluunt ergo, vt bene eis sit, eo, vnde sunt profectæ. *Creauit Deus*, ait Moyses, *cunctas gentes in laudem, & nomen, & gloriam suam.* & Sapiens: *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Et merito hanc gloriam exoptat Dominus, quia dignum & iustum est vt ei hoc reddatur: nec exigit aliud, quam summe sibi debitū: sicut pater sine iusta reprehensionis causa exigit honorem ac obseruantiam sibi à filiis exhiberi. Quod si quis honorem in se deriuare moliatur, Deo infert iniuriam: quod Diuus Augustinus optime declarat. *Tuum*, inquit, *Domine, est bonum, tua est gloria: qui enim de bono tuo gloriam sibi quærit, & non tibi quærit, hic fur est & latro: & similis est diabolo, qui voluit furari gloriam tuam.* & scribens ad Aurelium, *Quod*, inquit, *accipitur laudis aut honoris, non propter se, qui totus coram Deo esse debet, & humana contemnere, sed propter illos accipiatur, quibus consulere non potest, si inimia deiectione vilescat.* expedit enim nos subinde honores admittere, non nobis, sed Deo, vt in seruis suis honoretur: & proximus vtilitatem accipiat, quando serui Dei huiusmodi honores sibi non quærunt, sed Deo & proximis. vnde Diuus Bernardus: *Fratres* (inquit) *nemo vestrum velit laudari in vita ista: quia quidquid hic fauo-*

Deut. 26.

Prou. 16.

In Soliloq. c. 15.

Epist. 64. ad Aurelium Episc.

Serm. 13. in Cant. post medium.

fauoris captas, quod ad Deum nõ retuleris, ipsi furori. tibi enim vnde gloria, putide puluis? tibi vnde? de te sanctitate? sed Spiritus est qui sanctificat: Spiritus non tuus, sed Dei.

Indicium 3. Quod homines exponant se peccandi periculo.

229. Tertium indicium arrogantiæ ac præsumptionis tacitæ est, quod homo sæpe se peccandi periculis peccandi exponat sine iusta causa: vt si castitatem profiteri velit, & excellere in ea, frequenter ea in conuiuiis frequens est, & in mensarum deliciis familiariter cum mulieribus conuersatur, subinde etiam leuioribus, & solus cum sola & quidem in tenebris, somno atque otio sese indulget, vestium cultum atque mollitiem amplectatur; hic si castus est, vel stipes est, vel certe Deus cum ipso in lege ordinaria dispensat: quandoquidem viri eximiæ sanctitatis sobrie viuunt, seuere in corpora sua animaduertunt, a vino abstinent, nisi necessitas cogat; durius se habent, & statis pauciſque horis; sensus diligenter custodiũt; numquam soli, sine arbitris, cum mulieribus loquuntur; & tamen queruntur nullum molestiorem se pati aduersarium, quam domesticum. Sed in die iudicij mira arcana reuelabuntur, quæ nunc homines latent. Vlcus quidam attigit Dominus Iesus, sed non omnino

Matth. 23. perte, quando Iudæorum Principes vocauit *sepulcra dealbata, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt omni spurcitia.*

Lib. 1. Confor. S. Frãc. part. 2. & lib. hist.

Rutgerus quidam è D. Francisci familia, vir integerrimæ, numquam oculos conijciebat in feminas, etiam notas: à quo scisciatus eius Pater spiritualis quid causæ esset, cur, cum tanto pur-

puritatis dono præditus esset, vultum tamen a- *Seraph.*
verteret à conspectu mulierum honestarum; "
respondit, quando homo facit quod in se est, "
occasionesque fugit peccandi, tum vicissim "
Deum facere quod in se est, hominemque tue- "
ri: quando vero quispiam se temere coniicit in "
discrimen, tum merito à Deo deseri, homines "
que plus æquo sibi præfidentes facile in pec- "
catum labi: *qui* enim *amat periculum, peribit in* *Eccl. 3.*
illo.

Indicium præterea falsæ confidentiæ, seu ta- *Indicium 4. Animi deiectio & tristitia.*
citæ præsumptionis, est, quod, qui rem arduam aggreditur, vel tentationi resistit, de qua victoriam reportare nititur, si contingat ipsum spe sua frustrari, vel in defectum prolabi, illico abiicit animum, nolens amplius conceptum decus persequi, aut victoriam de passione sua reportare: ratus rem esse vel omnino impossibilem, vel nimis arduam ac difficilem. non enim viribus huiusmodi perficiuntur, sed Dei auxilio; quod non minus paratus est nobis nunc conferre quã antea, modo de viribus nostris diffidamus, & in eo confidamus. Idem iudicandum est de tristitia quæ casum illum consequitur: si enim is qui spe excidit, vel lapsus est in peccatum, graui tristitia affligatur; quo maior ea fuerit, eo maius indiciũ confidentiæ proprię est, quę ob humiliationem & confusionem hunc mœrorem inducit. Qui rem minus gloriose gessit, aut qui cecidit; tristatur is quidem, sed omnis eius solicitudo circa reconciliationem cum Deo, vel augmentum diuinæ gloriæ versari debet: quæ spem non exclu-

dunt, sed augent: vt sicut sibi præsidentes non modo animum abiiciunt, ac recedunt à prosecutione boni quæsiti, sed etiam à mediis salutis alienantur: (deserunt enim Sacramentorum medela, solita pietatis opera) ita & de se diffidentes, Deique subnixi auxilio, eadem bene agendi desideria retinent, & primum omnium ad lætis subsidia conuolant, Sacramentorum arma corripiunt, & operibus bonis Dei misericordiæ & auxilium ad resurgendum beneque agendum sibi demerentur.

Quod vero illa animi dejectio ac tristitia indicium sit præsumptionis, non confidentiæ uinæ, ex eo maxime colligitur, quod ea tristitia præsidentis nascitur inde, quod contra opinionem de suis viribus conceptam videat illum casum aduersum sibi accidisse, nec posse deinceps vlla ratione desideriorum suorum scopum attingere: non enim statuit aliter procedere quam antea; id est, assequi votorum summa suis viribus sibique gloriam de re bene gesta adscribere: at quia id non potest: & si attentet, id frustra fiet, cum eius ignominia; ideo tristatur.

Indicium 5. Quod actibus virtutum nullis vtamur.

230. Quintum arrogantiæ tacitæ indicium est, quod in re tanta, quæ geritur, quæque nostra aut interdum etiam Reipublicæ salutem concernit, nullius virtutis vsus appareat: non fidei (vt ante diximus) quia fides rationibus supernaturalibus vtitur: non spei, quia hæc Domino innititur, ideoque fortitudinem induit. hi vero quia sic agunt, molles omnino sunt: & si minimum incommodum occurrat, si de peculio eorum aliquid

quid deducendum, si periculum vitę adeundũ, facile se subducunt; gaudent vero si res prospere eueniant, suopte casu, secundaque fortuna: quod vbi euenit, sibi gratulantur, gaudent, sibique attribuunt, quasi ipsius rei gestæ causa extiterint. Ita est; ita mundus regitur, pessimeque se res persæpe haberent, nisi eos Deus, quos confidit, diligeret, eorum misereretur, eosdemque sua bonitate sustentaret, mundum regeret pro nutu & sapientia, ac de singulis misericorditer disponeret.

Deo displicere præsumptionẽ, exemplis ostenditur.

Re ipsa tamen voluit testari, nimiam hominum confidentiam sibi displicere, eorumque studia funesto exitu persæpe concludi. Filij Iacob vendiderunt Ioseph in Ægyptum, suo quidem consilio: at Dominus, qui è malis hominũ solet bona elicere, effecit vt summo honori Iosepho ea venditio cederet, ipsis vero ignominię & timori, vbi fratrem suum Ioseph eo loco conspexerunt, quo meritas ab eis pœnas posset exigere. 1. *Gen 37. Gen. 41. Gen. 45.*

Saul non consulto Domino sacrificium obtulit, cum bellum ingrueret; aduenit denique Samuel, eique idipsum exprobrauit, dicens: *Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non feciſſes, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum; sed nequaquam regnum tuum vltra consurget. Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ei vt esset dux super populum suum.* 2. *1. Reg 13.*

Idem Sauli contigit in expugnatione Amalec: pepercit enim Regi Agag, & optimis 3. *1. Reg. 15.*

gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant. Sed quid secutum est? Occurrit Samuel, grauique sermone sic eum affatus est: *Nonne, cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Et vnxit ergo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis Rex.* Excusauit se Saul, quod putaret se fecisse quam optime, ad sacrificia Deo offerenda: sed id ipsum contra expressum Dei mandatum: de quo si dubitabat, consulere Dominum poterat, aut sapientes: quod prætermisit.

4. *Iudic. 10.* Filij Israel, coacto exercitu quadringentorum millium, vt delerent filios Beniamin ob nefandum stuprum illatum vxori cuiusdam Leuitæ: cum hostem adoriuntur, ceciderunt ipsi primo congressu viginti-duo millia virorum, secundo pugna iidem & altera vice à filiis Beniamin: Gabaa egressis cæsi sunt ad octodecim hominum millia. Vix alia causa cædis huius colligi potest quam quod fortitudine & numero confisi, hostes suos aggressi fuerint.

5. *Iosue 9.* Iosue quoque egregie deceptus est à Gabaonitis, simulantibus se è remota regione venisse, societatem amicitiamque postulantes. huius erroris Scriptura causam illam cõmemorat, quod eos consiliumque Domini super hoc negotio explorare neglexisset.

6. *1. Mach. 5.* Iosephus & Azarias, Principes virtutis, audientes præclara Iudæ Machabæi facinora, voluerunt & ipsi sibi nomen parare. Occurrens Gorgias eos fregit, fugauitque vsque in fines Iudææ; *& ceciderunt* (ait Scriptura) *illa die de populo Israel*

Israel ad duo millia viri, & facta est fuga magna in populo, quia non audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. Ita nobis accidit, cum absque consilio cæcoque impetu in desideria nostra ruimus; meritasque damus pœnas temeritatis, quod ab eo consilium auxiliumque minime postulemus, sine quo hostes, siue corporales, siue spirituales, nullo modo vincere possumus.

CAP. XXXIX.

Laus diffidentiæ propriæ, eiusque vtilitates.

231. DIximus de præsumptione tacita: vult enim Dominus vt non tantum reipsa scientes & volentes non præsumamus de nobis, sed re diffimulanter quidem; imo vt plane diffidamus de viribus nostris. In hoc maxima virtutis huius consistit; quod è litteris sacris colligimus manifeste. *Maximam vim spei pane in sui diffidentia consistere, probatur 1. ex Scriptura.*

I.

Iosaphat enim fortissimos aduersarios Moabitas & Ammonitas deiicit, hac precatione præmissa: *In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos; sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Placuit Domino diffidentia illa Iosaphat, eiusque orationem exaudiuit: atque hostes, in semetipsos conuersi, ingenti miraculo mutuis concidere vulneribus. *2 Paral. 20.*

2. Cum Asa Rex Iuda, diffideret se posse idola,
2. Paral. 15. quæ antecessores sui exerant, destruere, timuit de cetero Dominum; egregie excelsoque animo præstitit officium illud, animatus vocibus Prophetæ Azariæ dicentis: *Confortamini vos, & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro.*

3. Monet etiam nos Sapiens: *Humiliare Deo & expecta manus eius.* Qui enim indiget ope operaque alterius, necesse est vt eam demisse poscat: quod si fecerit, manum illius experietur adiutricem: quanto magis si Dei, tanti Domini, tanti Regis, opera opeque indigeamus!
Eccl. 13.

4. Idem pæne Regius Propheta. *Sperent, inquit, in te, qui nouerunt nomen tuum; quoniam non derelinquisti quærentes te, Domine.*
Psal. 9.

2. Ex Patribus. Huc accedit sanctorum Patrum auctoritas, qui statuunt nec tentationes posse superari, nec
1. quemquam ad Perfectionem posse pertingere, sine hac præuia scientia & Praxi diffidentiæ propriæ. Cassianus in hoc genere apprime versatus, *Aiunt*, inquit, (Patres scilicet) *non posse ad purum quempiam carnalibus vitiis exui, nisi vniuersum laborem suum atque conatum ad tantæ* Perfectionis *finem intellexerit non posse sufficere, nec eam nisi miseratione Dei & adiutorio comprehendi.*
Lib. de instit. renunciant c. 13. & 23.

2. Idem docet Richardus à S. Victore: *Impossibile est quempiam de seipso triumphare posse, donec experimento didicerit propria virtute se non posse obtinere triumphum.* Addit præterea: *Quantum fideles à se diffidunt, tantum in animo spei adiutorio confidunt,*
Li in Can. cæ. 21.

&

& quantum de se infirmantur, tantum fortes sunt & potentes in Deo.

3. Idem D. Augustinus confirmat: *Nemo de corde suo præsumat, quando profert sermonem; nemo de viribus suis confidat, quando suffert tentationem: quia & vt bene & prudenter loquamur, à Deo est, non nostra sapientia; & vt mala fortiter perferamus, ab illo est, non nostra patientia.* Cassiodorus in eandem sententiam explicans illud Psalmi, *Quoniam humiliata est in puluere anima nostra*, ait: *Magna contra diabolum arma sunt, in suis viribus fiduciam non habere, sed Deum rogare, qui aduersarium possit opprimere.* *Serm. de S. Vincentio.* *Psal. 43.*

4. D. Gregorius explicans illa verba Iob, *Si putaui aurum robur meum, & obryzo dixi, Fiducia mea: si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea: Sanctus vir*, ait, *nec aurum robur, nec sibi esse obryzum (id est, rudis auri molem) fiduciam credidit: quia spem ac delectationem suam in solius gratia Conditoris fixit. Quasi in aquis defluentibus fundamentum ponere est, in rebus labentibus spei fiduciam velle solidare: stante enim in perpetuum Deo, transeunt omnia. Prius itaque curandum est ne quis temporalia diligat; ac deinde, ne in ipsis temporalibus, quæ non ad delectationem sibi, sed ad vsum retinet, fiduciam ponat: quoniam coniunctus decurrentibus, mox statum suum animus perdit.* *Li. 22. Moral c. 2. in c. 31. Iob.*

5. Huc accedit præclarum Serapionis dictum apud Cassianum, qui volebat passionis oppugnantis extinctionem à seruo Dei sibi diffidente spiritualiter & iugiter esse poscēdam. *Impossibile* *Collat. 5. c. 14.*

namq; est, ait, *de qualibet passione triumphum quampiam promereri, priusquam intellexerit industriam labore proprio victoriam certaminis semet obtinere non posse: cum, vt valeat emundari, necesse sit non diu noctuque in omni cura & solicitudine permanere.*

3. Probatur rationib.

232. His ratio suffragatur. etenim gloria omnium bene gestorum & euentuum vni Deo debetur, vtpote bonorum omnium auctori; vbi igitur, vt ij, qui aliquid agunt, ad se accedant, & se adiutorem auctoremque agnoscant, vt pro rei successum non sibi adscribant, sed gratias Deo referant, gloriamque eius prædicentur, id fieri non poterit, nisi nos agnoscamus nobis deesse vires & facultates, diffisique de nobis ad ipsum auxilij gratia recurramus: necessitas est ergo nostri diffidentia ad rem bene gerendam.

1.

2.

Accedit, tum demum Dei virtutem elucere, cum, deficientibus humanis præsidiis, res arduas ac maxime difficiles diuinitus instructi perficimus: vbi enim humana desunt, ibi demum adesse solent diuina præsidia; si modo tamen nos indigere cognoscamus, & de viribus nostris diffidamus. in quo genere delectari Dominus videtur, & occasiones quærere, cum ad virtutis suæ illustrationem, tum ad superbos deprimendos; qui, virtute sua confisi, ab exiguo hominum numero aut exilibus viribus profligantur.

Gedeon. Iudic. 3.

Vnde cum Gedeon magno exercitu bellum pararet, Dominus, *Multus*, ait, *tecum est populus, ne trade-*

nadetur Madian in manus eius, ne glorietur contra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. Itaque recentis hominibus Madianitas, Amalecitas, & omnes Orientales populos vt locustarum multitudinem, Camelos quoque innumerabiles sicut arenam quæ iacet in litore maris, Gedeon territos vertit in fugam, immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde trucidarunt.

Idem Dauidi accidit; qui processurus contra Goliath, arma Saulis nobilissima reiecit, adferens tantum baculum & fundam contra fortissimum immanemque gigantem, omni ex parte armis munitum: maiorque inde gloria Deo emersit, quam si armatus vndequaque processisset. hinc Philisthæo improperauit Dauid: *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea.* *Dauid. 1. Reg. 17.*

Benadad Rex Syriæ, congregato exercitu, ascitis deinde triginta Regibus in auxilium, cum incredibili equorum & curruum numero, Samariam obsedit, Achab regnante; cui Benadad amarissime exprobrabat imbecillitatem. Primo prœlio superbus Benadad fulus fugatusque est per pueros Principum prouincialium, euersis curribus ac equitibus: Syriamq; Achab, manu Dei fretus, plaga magna percussit: altero prœlio ceciderunt de Syris centum-millia hominum vno die: ceteri fugerunt in Aphec, cuius murus decidens viginti-septem *Achab. 3. Reg. 20.*

ptem alia hominum millia oppressit.

Apostoli duodecim.

Miranda sunt hæc, & incredibiliter Dei magnitudinem, potentiam, gloriamque illustrant, sed multo magis, quod per duodecim homines humiles, ignaros, ignobiles, elingues, regna, principatus mundi, ac potestates Crucifixo subiecerit, Crucisque prædicatione, nouam religionem in vniuersum orbem inuexerit, dæmonum potentiam subiugarit. Esto enim, gloriosum sit, Deum Maiestatis orbem virtute inquatere, exercitus debellare; Dei hoc opus ac virtus: sed per imbecilles imbellesque hominiculos, Dei virtute instructos, viribus nuda

1. Cor. 1.

exuere, sub Crucem (*Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam*) quasi sub iugum mittere, diuinæque legi subdere, ignominiosius in aduersariis est, Numini vero gloriosius, quam si per se quidlibet maxime gloriosum contraret.

Hanc vincendi agendique rationem D. Paulus mirandum in modum extollit, scribens

Ibidem.

Corinthios. *Videte*, ait, *vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius: & qui gloriatur, in Domino glorietur.* & paulo ante: *Verbum Crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem qui salui fiunt, id est, nobis Dei virtus est.* Hanc vero virtutem atq; auxilium à nobis excludimus, dum viribus nostris nimi-

con-

confidimus : nec facile Deus superbo atque arroganti thesauros gloriæ suæ aperiet, atque virtutem hanc aliasque gratias communicabit creatorque.

333. Huc facit, quod nonnulli arbitrati corporeas quidem commoditates à Deo mortalibus concedi, noluerunt tamen id de virtutibus fateri; rati quemque virtutis suæ esse auctorem, ideoque singulos pro benemeritis laudandos esse: ita enim ex sapientibus quidam. *Atque hoc quidem*, inquit, *omnes mortales sic habent, externas commoditates, vineta, segetes, oliueta, vbertatem frugum & fructuum, omnem denique commoditatem prosperitatemque vitæ à Diis se habere : virtutem autem nemo vnquam acceptam Deo retulit : nimirum recte: propter virtutem enim iure laudamur, & in virtute certe gloriamur: quod non contingeret, si donum à Deo, non à nobis, haberemus.* Male & ad insipientiam sibi Philosophus hic ratiocinatur. Laudatur quidem homo propter virtutem: sed (quæso) à quo habet ipse virtutem? mentis cæcitate atque ignorantia multa prætermittit. Veram virtutis naturam ignorat, qui fidem ignorat: quid mirum, si sapientes isti, qui, etsi Deum lumine naturali cognouerint, euanuerunt tamen in cogitationibus suis, in errorum scelerumque præcipitia inciderint, cum & ipsi Christiani, quamuis Deum auctorem rerum omnium esse fateantur, sic tamen viuant, ac si Deum ignorarent? Laudandus ergo Deus est, quod auctor sit naturæ cuiusque, quam vel initio creauit, vel in tempore è causis secundis eduxit: nemo

3. Ratio.

Cic. li. 3. de nat. Deorum.

nemo enim de origine productionequæ sit inte-
ſt gloriari : facultates habet à Deo, animam è
nihilo conditam. Ignorabant Philoſophi con-
curſum Dei ſpecialem cum cauſis ſecundis in
mnibus actionibus naturalibus : multo magis
in ſupernaturalibus. ignorauerunt illi : dedece
Chriſtianos ignorare; & ſi non ignorent, non
recordari, nec gratitudinem exhibere. Cum e-
go conſtet hominem in rebus naturalibus & ſu-
pernaturalibus ſic Dei cooperatione atque au-
xilio indigere, vt ſine eo ne mouere quidem
quam aut cogitare poſſit; nonne merito om-
nibus de viribus ſuis diffidere quiſque pot
præſertim in rebus agendis grauioribus, vbi
tentatio moleſtior imminet, vrget, ac pre
cui frequentius etiam ſuccubuimus? quare Ca-
ſianus ita concludit: *Euidenter monſtratur nullo*
quemquam PERFECTIONIS *finem ac puritatis* at-
gere, niſi per humilitatem veram, quam primo pe-
tribus reddens. Deo quoque in penetralibus cordis
beat: credens ſine protectione eius atque auxilio, ne
gula ſibi momenta delato, PERFECTIONEM *quam*
pit, & ad quam magnopere currit, ſe penitus obti
non poſſe. Sed de hoc argumento toto prior
bro egimus copioſius : eius enim finis eo ma
me tendit, vt quiſque cognoſcat, omnia qua
PERFECTIONEM requiruntur, ſiue naturalia
ue naturam excedentia, à Deo rerum omnium
auctore promanare; in nobis ſiue in corpore, ſi
ue in animis, præter morbos, vulnera, impedi
menta, peccata grauiſſima, poſt primi parentis
lapſum, laude dignum nihil eſſe reliquum.

Lib. 12. de inſtit. Cœnob. ca 23.

234. Vltima ratio est, quod qui ingenio potentiaque pollent, atque in iis plus æquo confidunt, eam curam, studium, operam, sedulitatem rebus promouendis nequaquam adhibent, quã deberent; & sæpe securi in vtramq; aurem dormiunt, dum ipsis esset ad laborandum, periculis maxime impendentibus: eo quod, sua potentia atque industria freti, arbitrentur neminem parem esse, qui sibi obstare audeat; si quis defectus interuenerit, non deesse facultates ac modum reparandi quæ exciderint; vires denique ac industriam maiores esse, quam vt vel opprimi vel debilitari possint. Qui autem nihil sibi adscribunt, *omnia tuta timent*; &, *qui timet Deum, nihil negligit*. Tempore pacis, qui prudens est gubernator, arma parat, ciuitatis loca munit infirmiora, annonã instruit, ne, inopinato septus, cõmeatu necessario intercludatur. Idem contingit in interna ciuitate mentis: tentatione namque absente Deum Christianus miles inuocat: virtutes parat, Sacramentis se munit, à Deo impetrat vires, arma ac rationes resistendi motibus internis conquirit, verbum Dei audit auidissime, carnem debilitat ieiuniis, corporisque afflictatione; vt calamitatis irruentis tempore, hostis, qua ciuitatem peruadat, non inueniat. Et hi maxime auxilium Dei præsentissimum inueniunt, quod opportuno tempore quæsierunt. Alij temeritatis ac præsumptionis pœnas merito luunt, qui præfidentes suis viribus, rati se semper esse paratos, atque optime instructos, nihil præparant; & cum tempestas aduenerit, aut

4. Ratio.

Eccl. 7.

Simile.

aut aliquid agendum fuerit, cui omnino impares sint, confusione suffunduntur, caduntque turpiter, tum vt nimiæ confidentiæ pœnam ferre agnoscant, tum vt se nihil sine Deo posse, licet inuiti, fateantur.

Diffidens sibi, speret in Deo. Desperationis culpa spei contraria.

235. Hæc in spei virtute pars vt difficilior, ita nobis copiosius tractari debuit: si enim ex parte nostra nihil desit, non deerit ex parte Dei: ad propensior paratiorque est ad dandum atque ignoscendum, quam simus ad petendum, aut ad accipiendum. quare à diffidentia Dei, quæ in extremo, nobis cauendum; non ea, inquam, infirmitatem nostram concernit, (nam in infirmitatis laus est maxima, & humilitatis proles primogenita) sed cauendum ne de Dei diffidamus bonitate, potentia, beneuolentia, quod sane iniuria eius admittere non possumus. Tanta vero esse debet, & si fieri potest, etiam maior, animi generosi erectio in Deum, quanta fuerit in sui opinione virtumque imbecillitate demissio. quas partes si æqua lance libraueris, spem excellens acquirendæ PERFECTIONIS instrumentum, consequeris; vbi vero pondus inæquale, & vel nimium nobis tribuimus, vel minus. Dei bonitate stabilimur ac firmamur, perpetuo fluctuat animus, & modo præsumptionis vento attollimur, modo pusilli animi desperatione deiicimur.

Tract. at. 33. in Euāg Ioan.

Hanc fluctuationem egregie depingit D. Augustinus, simul remedium adferens. *Ex vtraque*, ait, *homines periclitantur, & sperando, & desperando contrariis rebus, contrariis affectionibus. Sperando qui-*

lucipitur? Qui dicit: Bonus est Deus, misericors est Deus faciam quod mihi placet, quod lubet: laxem habenas cupiditatib. meis, impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est Deus, bonus est Deus, benignus est Deus. Spe isti periclitantur; desperatione autẽ qui cum inciderint in grauia peccata, putantes sibi non posse iam ignosci pœnitentibus, & statuentes se ad dãnationem sine dubio destinatos, dicunt apud semetipsos: Iam damnandi sumus: quare non, quod volumus faciamus? animo gladiatorum ferro destinatorum. Ideo molesti sunt desperati: iam enim quod timeant nõ habent, & vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat spes illos. Inter spem & desperationem fluctuat animus. Metuendum est, ne te occidat spes: & cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium: metuendum est rursus ne te occidat desperatio: & cum putas iam tibi non ignosci quæ grauia commisisti, non agas pœnitentiã, & incurras in iudicem Sapientiam, quæ dicit, Et ego vestræ perditioni superridebo. Quid ergo agit Dominus cũ periclitantibus vtroque morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit: Ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tẽpore vindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur, quid dicit? In quacumque die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar. Propter illos ergo qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiæ portum: propter illos qui spe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. Hæc Augustinus.

Prou. 1.

Eccl. 5.

Ezech. 18.

CA-

Cap. XL.

Spem, quæ diffidentiam propriam compleditur, Deique nititur auxilio, difficillima quæque perrumpere; & maxime arduas non modo aggredi, sed etiam ad felicem exitum perducere.

236. Quæ cum ita sint; diffidentes de nostris, de hominum ope ac potentia, de diuitiis diuitumque ac potentiorum fauore atque promissis, animos nostros in Deum leuemus, spei ancoram comprehendentem adeo firmiter adhæreſcamus, vt nulla huius bulenti maris procella nos auellat, aut fluctantes de constantia deiiciat. Hic vires nostræ, robur & fortitudo. Audeo dicere, D. Paulo auctore, diffidentem de se, Deoque erectum se adnixum, non modo magna facturum, sed quamdam omnipotentiam induere, & eum Deo omnipote coeuntem, coalescentem, atque adeo tum, omnipotentem euadere.

Diffidentem de se, & in Deo confidentem, omnipotentem esse: qua ratione.

Exprimunt id diuinæ Scripturæ: *Omnia possum in eo qui me confortat.* Qui omnia se posse dicit, nihil excludit. Sed quæ scala hominem ad sublimem in Dei brachia deuehit? Spes. *Nunquid nescis,* ait Isaias, *aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet neque laborabit: qui dat lasso virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.* Deficient

Phil 4. Isa. 40.

ueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent: qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinẽ, sument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Quid clarius dici potest? si enim quærimus quibus Deus virtutem ac robur largiatur; Propheta asseuerat iis non dari, qui se robustos arbitrãtur, quales sunt iuuenes, qui valent robore: iis vero largitur Deus, qui lassi; qui sibi ita esse videntur, quasi nõ sint. cui D. Paulus pene iisdem verbis respondet: *Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ea* 1. Cor. 1. *quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.* Vires ergo sibi non videntur habere, sed vt lassi, exhausti, flumbes, tabidi, ac plane marcidi, tamquam exangues pelicani, à matre sanguine ac vita refocillari postulant atque gestiunt. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem*; Dei enim fortitudinem accipient, propria imbecillitate atque inopia abiecta: & qui ambulare non poterant, etiã volabunt; & quidem, instar aquilæ, in prærltas rupes abditissimæ scientiæ, solem ipsum intuẽtes oculis minime palpitantibus. Et hæc quidem ad contemplationem spectant. Si ad pugnam veniendum, si in arenam descendendum; current infatigabiliter, vel hostem persequentes, vel virtutem insequentes; imo sine labore, quod valde mirum est, cum ante vix possent serpere aut repere. In progressu virtutum etiam ambulabunt constanter, adeoque & perseueranter, vt numquam retrò respecturi sint, quia numquam in ambulatione deficient.

Quid hoc est, Deus bone? nonne hominem

omnipotentem reddere qui tibi innititur, & spes omnes suas in te conijciat? quis hostis eum aggredietur in terra, cum euolare possit vt aquila ad Solem vsque & è loco sublimi hostem opprimere, non sua quidem, sed tua virtute, qui *pluere facis super peccatores laqueos, ignes, spiritus procellarum, partes calicis eorum.*

Psal. 10.

Spei obiecta seu officia duo.

1. *Hostes delere, qui impediũt.*

2. *Virtutes acquirere.*

Duo namque potissimum spes negotiatori sibi proponit: alterum, vt hostes qui rationibus eius sese opponunt, & quantum possunt impediunt, aut omnino deleat, aut certe virib. eorum vel debilitet, vel à se procul amoueat, alterum, vt ex pecunia sepositа acceptoque talento lucri faciat, ardua quæque pro Deo aggrediatur, etiam magno suo incommodo.

Qui hostes.

1.

2.

Hostes vero sunt, qui Ecclesiam Dei oppugnant, aut Rempublicam; item qui iustos maledicunt atque affligunt virtutis odio: illam enim mali videre non possunt, nec eos qui illa præditi sunt; quod ipsis fudes sint in oculis, ac reprehensionis acrioris loco esse censeantur: ideo, cum possunt, famæ eorum tenebras offundunt, bonorum bona impetum faciunt, ad tribunalia rapiunt, mendaciis & calumniis onerantes; at ipsi suis parcunt fratribus, modo, quod optant, assequantur.

5. Graue genus persecutionis hoc est; sed longe grauius, cum à bonis fieri contingit, aut certe ab iis qui boni esse putantur; & contingit persæpe. Cum enim trahat sua quemque voluptas; cumque verum sit illud Pauli, *Omnes quærunt quæ sua sunt*: facile ij prætextum accipiunt Dei seruos per-

Phil. 2.

persequendi ac deprimendi, velo iustitiæ tecti, harum rerum conseruandarum specie, cum tamen animo grauis odij ac vindictæ vulnere aut animositatis dolore sauciati moueantur. Hi certe boni non sunt; sed quia putantur boni, eo grauius affligunt, quod iustitiæ ornamento conregantur. Displicuit Iudæorum simulata vestis hæc Christo Seruatori; qui, quod iusti esse putarentur, in iustitiæ suæ opinionem plebeculam minime oculatam, alios; maleuolos, facile pertraxerunt.

4. Sed & boni inuicem non raro affligunt sese, (acerbum sane genus afflictionis) dum se verborum aculeis pungunt subinde, & sententiarum studiorumque diuersitate infirmos animos saucient. Diuersa deinde in rebus agendis probandisue iudicia diuersas sententias affectusque generant: qui non exiguam afflictionis ansam sæpe suppeditant. Hæc etiam inter fideles Apostolorum tempore cernebantur, & Apostoli in Epistolis suis studiose serpens malum curare conantur.

5. *Persecutionum domesticarum acerbitas. Cant. 1. Exemplo Dauidis & Christi Domini.*

At deterrimum persecutionis genus est, cum ab amicis & domesticis, de quibus bene meritus fueris, calumniam pateris, ac persecutionem sustines: cum filia matrem, filius patrem, frater fratrem traducit ac persequitur; vt quis merito queri possit, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.* Persecutio Saulis dura crudelisque Dauidi visa est; sed immanis filij proprij Absalom, & Achitophel consiliarij. Christus Dominus Gentilium barbariem, peccata, ac superstitionē

tulit acerbe; sed longe acerbius ingratitudinem Iudæorum, qui domestici illius cum essent, eum
Zach. 12. ad Crucem vsque persecuti sunt. *In die illa (inquit*
Zach. 13. *suum Prophetam) magnus erit planctus in Ierusalem: & dicitur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? & dicet: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.* Plura non addidit, quod solius rei enuntiatio acerbissima sit, nec grauioribus verbis indigeat ad indignitatem illius exprimendam.

Inter ea tamen quæ benignissimum Dominum maxime vulnerarunt, fuit proprij discipuli inexplicabilis ingratitudo, Dominum sum amore pecuniæ, iuratis inimicis post tot accepta beneficia venalem exponentis, prodentis, & tradentis; de quo sic conqueritur apud Deum, qui eius figuram prætulit: *Si inimicus meus*
Psal. 54. *dixisset mihi, sustinuissem vtique: & si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Qui Psalmus scilicet de coniuratione Achitophel cum Absalom intelligi videtur. Christus, vt veritas figuram merito vsurpauit, expostulans de Iudæ domestico & quasi consiliario suo: ostendens vel quantum domestici noceant, sic de iis loquitur quasi præ illis alij aduersarij esse non censeantur.
Matth. 10. *Inimici, ait, hominis, domestici eius.* illi enim medio litus affligunt, & nocendi grauius potestatem habent ampliorem.

Hactenus hostes exteriores: quibus inuisi-

is cacodæmon adiiciendus est, cum turmis suis. domesticos aduersarios nunc quisque nume- rat: intimos nempe carnis impetus, naturæ de- prauatæ propensiones indomitas, passiones ef- feras, consuetudinum pondus immensum, ad itium sectandum, virtutem calcandam, pertra- iens. En, monstra hæc omnia obsistunt in via atque aditu terræ promissionis gigantes præter- horrendi, qui omnino sternendi ante atque profligandi, quam PERFECTIONEM assequa- mur. Terra insuper promissionis ad bonam messem coaptanda: seu ager cordis nostri exco- lendus, & vepribus sentibusque euulsis per- purgandus.

At pace plane restituta ac stabilita, ardua quæ- tam exstruenda sunt: templum in primis Deo vero, palatia summo Regi, ipso inclyto Salomo- ne præcellentiori: omnia auro puro & obryzo ter- renda, tegenda, ornanda in circuitu. *Alterum spei officiū, nempe ma- gna perfice re.*

Verum dicet aliquis: Magna profecto exigis; cui ad ea tam ardua erit animus? Nulli certe qui- res suas consideret: at vero Christi athleta hæc omnia contemnit, horum omnium victo- riam spe deuorat; nulla adeo ardua ac difficilia contuetur, quin maiora Dei causa aggredi ac su- perare desideret. Rex humilis & sanctus, *In te*, ait, *eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.* Quid? mirandum quod dicturus sum. Prævaluerunt nonnulli contra Deum: nam o- ratio Moysis Deo manus constrinxit, vt coactus diceret, *Dimitto me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* *Sperantiū in Domino potentia. Psal. 17.* *Exod. 32.*

Exod 32. Iacob pugnans contra Deum victor euasit, non
Allegoria Iacob. tamen antequam neruus femoris tactus emar-
Gen.32. cuisset: tum ei Dominus, *Nequaquam*, inquit, *Ia-*
cob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam, fi-
tra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines
prævalebis! Israel quoque, ideſt, prævalens Deo.
Dei athleta potentissimus euadit, vbi depressa
carnis superbia, ac libidine, tamquam femoris
neruo, infirmitatem agnoscit; & Dei fortitudi-
non sua, nixus, contra aduersa omnia inualescit.
Vt autem, huius argumenti quanta sit vis, ag-
gnoscamus, Celsi pueri diuinitus illustrati, no-
bisque in exemplum propositi, concepta de
diuina virtute & subsidio spem ac certamen
templemur. Fecit puer hic, cœlesti nixus au-
Apud Su- lio, miranda; admiranda perfecit. Cum enim
rium to. 1. Præses Martianus S. Iulianum, post diuersa tor-
in vita menta, catenis oneratum per ciuitatem duci
S Iuliani. „ iussisset, clamante præcone; Sic merito plectun-
„ tur, qui se Deorum ac Principum exhibent con-
„ temptores: venit tandem Iulianus ad ve-
„ scholarum, in quibus Celsus puer, Marti
„ Præsidis filius vnicus, erudiebatur. Is ad pu
„ tumultum (vt fit) cum è scholis cum con
„ pulis erupisset, coniectis in Iulianum ocu
„ Rem, inclamat, stupẽdam video: video, inqua
„ illum Christianum, quem ducunt, cum ca
„ datorum caterua colloquentem; atque eius
„ piti imminentem coronam, felicitatis aurea
„ certissimam, auro gemmisque adeo fulgen
„ vt splendor illius, solis radios vincere vide
„ tur. quin etiam tres viri, albescentibus com
ala-

larumque volatu in similitudinem aquilarum « sublimes, eius caput corpusque vniuersum con- « tegunt. Ille, ille Deus verus omni honore cul- « tuque dignissimus habendus est, qui suos ita « tuetur, talique præsidio circumdat & protegit. « Hæc magister & condiscipuli audientes, blan- « deque corripientes, ab ea mente ipsum reuo- « care nitebantur: ille vero, libris ac vestibus, qui- « bus venuste erat indutus, abiectis, Nudum, in- « quit, me mater fudit in hunc mundum; quod « mundi est, mundo relinquo. Hæc dicens, « per plateas ciuitatis cursum arripuit; nec desti- « it, donec se pedibus B. Iuliani sisteret: & pro- « stratus, Te, ait, Iuliane, secundæ natiuitatis, « quam mihi Christus ostendit, patrem agnosco; « Martianum vero, genitorem meum, vt veritā- « tis inimicum despicio. Tota autem ciuitas con- « currebat, vt Præsidis filium vulnera martyris o- « sculantem videret. Illud vero admirandum ac- « cidit, quod qui, mandato Præsidis, puerum à « complexu Iuliani auellere niteretur, eius ma- « nus ac brachia contracta rigescerent: cumque « Præses pro tribunali Iulianum argueret, quod « malis artibus filios à parentum obseruantia at- « que amore abduceret; superuenit Celsi mater « cum copioso comitatu nobilium puellarum, « crine soluto, nudatisque vberibus, Celsum per « sacra omnia obtestans ne se perditum iret: ver- « baque cum matrē deficerent, Præses exclamauit « scissis vestibus: Crudelis Iuliane, intuere dolo- « res patris, matris mœrorem, planctumque tan- « tæ familiæ; & præstigiis, quib. insontē fascinasti,

„ ſublatis, priſtinæ eum menti reſtitue, ego vero
„ Imperatoribus ſuggeram vt illæſus abeat.
„ Cui Iulianus: Nec interceſſione vel ſuffragio
„ tuo egeo, nec dimitti cupio. En Celſus, qui ex
„ quidem natus eſt, ſed & credendo mecum Deo
„ renatus, ipſe tibi matrique reſpondeat. Sub ea-
„ git Celſus: De ſentibus naſcuntur roſæ: atque ex
„ roſa, etſi orta de ſpinis, eximium tamen odorem
„ continet, quem numquam excludit; ita nec tu-
„ tex, ex quo roſa naſcitur, deſerit aculeos. Vos ea-
„ go aculeati frutices, vt conſueuiſtis, pungite:
„ vt bonum odorem ego Chriſti roſa mortalibus
„ effundam, perficite. Vobis obediant, qui pene-
„ parati ſunt: me ſequantur, qui de tenebris ad lu-
„ cem venire contendunt. Ego præ Chriſto pro
„ patre, parentes minime agnoſco. Crudelis ille
„ eſt, qui in hac cauſa parentibus pius eſt. Solet
„ pietas, Dei cauſa parentibus eſſe crudelem. Quo
„ moraris, pater? imitare Abrahamum, apprehen-
Geneſ. de gladium, & victimam filium offer. Vanum
„ vultus veſtri, falſæ lacrymæ, nemo me à vera
„ confeſſione diſiunget. Denique ambo (ſcio
„ Celſi mater) pari conſtantia, qua Præſidis blan-
„ dimenta repudiarant, mortem ſuſtinuerunt
„ coronam quam Celſus præuiderat, certiſſimi
„ laborum & certaminis præmium, conſecu-
„ ſunt.

„ Idem ſane modo Deus eſt noſter, qui Iuliani
fuit, ac Celſi; promiſſiones ſuas minime mu-
uit, aut paterna viſcera. Idem præmium manet
certantes, idem ſubſidium, ſi modo generoſi
eius pugiles, imo ducem ipſum imitari ſequi-
mur

non pigeat. *Si quis mihi ministrat*, ait Saluator, *me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.* Ioan.12.

CAP. XLI.

Cum spei virtute hominem quandam omnipotentiam induere.

237. NEmini mirum videri debet, hominem qui sibi diffidit, Deoque nititur, quandam omnipotentiam induere, cum Deus ipse quodammodo ad hoc verbis se obstringere voluerit, atque in primis orantibus, & à se quid piam petentibus; ita enim per Isaiam ait: *Erit antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam* At luculentiori testimonio Regius Psaltes hoc ipsum denuntiat. *Voluntatem, inquit, timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* Quid est hoc, Domine? ergone rerum obtinendarum mensuram voluntatem nostram constitutis? Omnino. Quid, si cupiam in meipso superbiam obterere indomitos iracundiæ motus in perpetuum sedare, rebelles corporis affectiones frenare, auaritiæ cupiditates conuellere, composne votorum euadam? Si velis, omnino. Si castus deinde, si humilis, si sobrius, si misericors, si patiēs esse voluero? Si modo velis, pete: Deus deprecationem tuam exaudiet; ait enim insuper Dominus: *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint; quodcumq; volueritis, petetis, & fiet vobis.* Ioan.15.

1. *Speranti-bus omnipotentia promittitur.*

I. *Ex vi orationis.* *Isa 65.* *Psal.144.*

Quid si multa pro Christo pati, si multa eius nomine facere, si denique in eius obsequio cariosi emori? Si volueris, pete, & fiet tibi. Quid si ecce regnum, si ipsum Deum possidere velim? Si vis, pete, & fiet tibi. Sed velle debes; alioquin numquam petes. Si vellis & petas, fiet tibi: multi enim nolunt, ideo non petunt, nec obtinebunt. Petunt vero opes, honores, & (si placet etiam) omnium genera voluptatum. Hæc non obtinent: quia male volunt, & mala. Si hæc bona essent, & vellent, & peterent: etiam obtinerent. Sed hæc vel vana vel obscena velle non possunt, si ipsi in Christo, & eius verba eis maneant. Qui enim in Christo, & ego membrum est. Aliud non vult membrum corporis, quam spiritus qui in corpore toto est: & verba Christi, quæ in nobis manere debent, hoc est, spiritus, qui per eius verba nobis datus, numquam suadebit nobis, vt alia petamus, quam quæ ad salutem nostram Deique gloriam pertineant. quæ enim petimus, in nomine Christi petenda sunt; nam explicans sese alibi Dominus Iesus ait; *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Non petitur in nomine Saluatoris* inquit Sanctus Augustinus, *quidquid petitur contra rationem salutis.* Denique *Deus peccatorem non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* Cum ergo voluntatem Dei facimus, ille vicissim nostram facit, expletque desideria, audit & exaudit postulationes nostras. Hæc orantibus & petentibus promittuntur.

Ioan. 16.
Tract. 102. in Ioan. in init.
Ioan. 9.

Idem

Idem benignissimus Deus promittit sperantibus in se; ita enim hortatur nos Sapiens: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Gemma gratissima, expectatio præstolantis: quocumque se vertit, prudenter intelligit.* Huc accedit Rex Dauid: *Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te, Domine.* & Ieremias: *Benedictus vir qui cõfidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.* Isaias vero: *Væ filii desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per Spiritum meum. Hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel: Si reuertamini & quiescatis, salui eritis: in silentio & in spe erit fortitudo vestra.* 2. *Ex vi spei.* Prou. 3. Prou. 17. Psal. 9. Ierem. 17. Isa. 30.

238. Hoc priuilegio, omnibus sperantibus in Deum concesso, vsi sunt sancti viri, & miranda fecerunt. Quid non fecit Moyses in Ægypto? quæ portenta, quæ & qualia edidit prodigia! nec cessauit, donec Ægyptum ipsam aquis obrueret, mergeret, ac maris vorticibus sepeliret. Per orationem Moysis profligati Amalecitæ occubuerunt. 3. *Exemplo sanctorum.* 1. *Moysis.* Exod. 7. 8. 9. 10. 14. Exod. 17.

Iosue imperauit soli ne occumberet, Deo illi parente, vt sese de hostibus vlcisceretur. 2. *Iosue.* Iosue 10.

Quid, quod mortis decretum immutabilis Deus reuocet, & quindecim annos vitæ lamentabili voce petenti Ezechiæ adiiciat? Hoc prodigiosum; sed & prodigium prodigio adiecit: in testimonium implendæ promissionis, *reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus.* 3. *Ezechias.* 4. Reg. 20.

En

En duo in sole prodigia plane stupenda. Magnus vel vnius animæ Deum diligentis, & spem eum omnes conijcientis, vt illum impellat ad ordinem vniuersi immutandum; ille solem libi stat oratione, hic reuocet. Sed ad quot (quæso) milliones milliarium? Dicam, vt miraculi appareat magnitudo. Retrocessit sol 10. lineis in horologio Achaz. Linea vna horam vnam continet: singulis autem horis, ex fundamento Ptolemæi, sol, cum circa æquinoctia versatur, con-

365223. ficit milliaria Belgica trecenta sexaginta-quinque millia, ducenta viginti-tria, additis aliquot

1095669. minutiis. In Belgico milliari tria continentur Italica: essent ergo Italicorum milliarium decies centena & nonaginta-quinque millia, cum sexcentis sexaginta-nouem, cum suis minutiis.

3652239. At decem his horis Belgica milliaria continerentur trigesies-sexies centena & quinquagin-

10956690. ta-duo millia, nec non ducenta triginta nouem; vel clarius, tres milliones sexcenta quinquaginta duo millia, ducenta triginta nouem Italicorum vero milliones decem nongenta quinquaginta-sex millia, sexcenta, nonaginta.

Lineæ ergo in horologio Achaz exiguo spatio à se inuicem distendebantur, & sol in iis cursum breui admodum tempore videbatur conficere: Mathematicorum tamen iudicio clarè demonstrationibus ostenditur, solem iam dicta spatia totidem horis per immensos cœli globos ac stadia decurrisse, quem cursum, cælestis

Mer-

Mentium summa sapientia, prouidentia, ordine neque inuariabili in vsum mortalium directum

Ezechias humili prece velut manu apprehensum, non modo sistere, sed & ad tot milliarium myriadas retrocedere, fiducia in Deum nixus, inaudito fecit miraculo; vitamque decliuem, solis rapido volatu celerius abeuntem, ad annos quindecim retrahi, sibique prorogari impetrauit. *Ordinatione tua perseuerat dies*, ait Rex Dauid. Deus hunc ordinem precibus in se sperantium immutauit. *Psal. 118.* 4.

Elias vno verbo igni cœlesti mandat, & quidem altera vice, vt quinquagenarium cum quinquaginta viris absumat: eodemque momento è cœlo delapsus, quinquagenarios & eorum milites quinquaginta absumpsit. O mira hominibus concessa potentia! *Elia. 4. Reg. 1.*

Elisæus non modo lepram morbosque oratione curauit, sed & mortuos ad vitam reuocauit. 5. *Elisæi. 4. Reg. 4. & 5.*

Hac virtute excelluit, si quis mortalium, Rex Dauid; cui fiducia in Deum tanta, vt vix sit reperire Psalmum vnum, ex quo sæpius huius præstantissimæ virtutis scintillæ, imo ardentes flammæ, non erumpant. Ecquid etiam non potuit? quid non effecit? Insigne illud est præ ceteris: *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prœlium, in hoc ego sperabo.* Quid mirum? qui enim sperat in Domino, *qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli* 6. *Dauidis. Psal. 26. Psal. 90.*

com-

cõmorabitur: ipse liberabit eum de laqueo venantium, & à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno: à sagitta volante die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non approximabit. Quis hisce viribus prævaleat? Denique qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Psal. 124.

6. *Apostolorum.*

Huic veritati confirmandæ nihil efficacius video verbis Seruatoris, quibus omnipotentiam quandam Apostolis pollicetur: nec istam tum, sed & omnibus qui cum fiducia ad ipsum recurrunt. Cum enim Apostoli secreto Dominum Iesum rogassent cur dæmonium lunaticum non potuissent eiicere, cum paulo ante potestatem ab eo pellendi dæmones accepissent; ipse vero arguisset eorum incredulitatem: subiecit: *Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis.* Simile quod contigit, cum sola Christi maledictione ficulnea quædam iuxta Ierosolymam aruisset mirantibus Apostolis, & dicentibus, *Quomodo continuo aruit?* Respondit Iesus: *Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare: fiet: & omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.* Sanctus Marcus idem

Matth. 17. Fidei efficacia, mõtes transferentis.

Matth. 21.

Marci 11.

idem refert, sed maiori paulo exaggeratione. *Habete*, inquit, *fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti, Tollere, & mittere in mare; & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia, quodcumque dixerit, fiat; fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.* Aliud apud B. Lucam refertur. cum enim Apostoli Domino dixissent, *Adauge nobis fidem*; respondit Dominus: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare, & transplantare in mare: & obediet vobis.* *Luc. 17.*

Hæc magna sunt, sed vera; & primæ veritatis asseueratione, quæ nec falli potest, nec fallere, nituntur: qui enim monti imperare potest, potest & mari, & soli, & terræ, ceterisque elementis insensibilibus. Putant tamen nonnulli, teste B. Hieronymo, hæc factu facilia esse. Ita verba ipsa præ se ferunt: requirunt enim tantũ fidem, atque eam quidem non maiorem grano sinapis, quo inter grana pæne minus non est; atque adeo, qui granum vnum fidei supernaturalis haberet, posset omnia signa, quæ Moyses fecit in Ægypto, perficere. quod si verum esset, omnes profecto vellent istam potestatem exercere: & maxime Reges, qui libenter imperio vtuntur: hi transferrent castra, domos, fluuios, maria, rupes, & regna. Verum aliter se res habet: & si potestas hæc pretio comparari posset, multi, oblata pecunia, cum Simone dicerent, *Date & mihi hanc potestatẽ.* Sed lubet cognoscere quid hic Dñs Apostolis, quid nobis promittat *In c. 17. Matth.* *Act. 8.*

ac

ac præcipiat: multi namque appetunt potentiam, & ea quæ pariunt admirationem; pauci humilitatem, eaque media, quibus reverà magna possint efficere, magnique euadere.

Fidei acceptio duplex.

Et vt paulo altius hanc rem tam sublimem ac difficilem repetam, fides (quæ huius potentiæ est instrumentum, non sola tamen) subinde in sacris litteris sumitur dumtaxat pro firmo

1. *Pro firmo mentis assensu.*

mentis assensu ad ea quæ à prima veritate credenda proponuntur. Ita B. Paulus, *Fides, inquit, est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Pari modo cum tres virtutes Theologicas distinguit: *Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria hæc.*

Heb. 11. 1. *Cor.* 13.

Fides mater fiduciæ.

Verum etsi virtus hæc fundamentum inducíæ in Deum quod excellentissima quæque bona obtinenda certissime proponat, ex fe tamen nihil impetrat; & in intellectu consistit, non in voluntate, cuius est facultates ad operationem applicare. Vt autem quidpiam, maxime si illud arduum sit, conficiatur, necesse est virtus ipsa animum afficiat amore; ex quo desiderium erumpit. Quod si obtentu possibilis sit, accedit spes ad desiderium: & si opera opeque alterius opus sit, confidentia inquærendo subsidio surgit. hæc preces adhibet, omnemque moram operam vt opem viresque colligat vndique, & votorum suorum compos tandem euadat. Fides tamen plurimum adiumento est: & si magna, singularem; si parua, exiguam; mediocrem si maior, confidentiam generat; vtpote quæ in dei tamquam basi innitatur, eiusque promissis

Pau

Pari modo, si desideria languida fuerint; conatus pares, cereraque sequentia eisdem respondebunt. Ideo Christus Dominus rei optatæ, non adeptæ, defectum vel modicæ fidei, vel incredulitati adscribit: quis enim certo speret, aut ardenter quærat, quod vel non credit, vel certe fortiter non apprehendit?

Quare fides, cum ei in sacris Euangelij codicibus salus & cupitæ rei consecutio tribuitur, ita in vsu est, vt duo complectatur: firmum nimirũ mentis assensum in res credendas; & fiduciam in Deo ex illo assensu progenitam. Ita Christus Dominus nimis solicitos pro temporalibus arguit: *Si fœnum agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos, modicæ fide!* Item improperauit D. Petro fluctuanti: *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Fidem vocat, quam ante fiduciam; dixerat enim: *Habete fiduciam: ego sum, nolite timere.* Intulsus est denique fidem illorum, qui paralyticum per tectum demittebant. quibus omnibus sententiis non sola fides vsu veniebat, sed etiam confidentia de diuina bonitate: quæ in illis, defectu maioris fidei, minime sese exerebat sed in hoc postremo loco, ob explicatam fidem, maxime elucebat. Vnde IESVS, *videns fidem illorum* non *dixit paralytico*, Crede; sed, *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*: credenti sane, sed, præter fidem ac spem gestantium, desiderabatur in infirmo par fiducia, preces, ac desiderij eiusdem testificatio.

2. *Pro fiducia.* *Matth. 6.* *Matth. 14.* *Matth 9.* *Marc. 2.* *Luc 5.* *Matth 9.*

Eiusmodi fides, munita confidentia, omnib. ad salutis media consequenda, ipsumque finem *Fidei seu confidentiæ*

diuersi gradus.

vltimum, omnino necessaria est. Diuersi tamen eius sunt gradus. Infimus est, quo homines nitant se vel ad iustitiam consequendam; vel, ita adepta, ad exercenda ea opera, sine quibus seruari non possumus. Secundus gradus non necessitatis, sed consilij est, quo homines ad heroica quædam facinora assurgunt, ad PERFECTIONIS brauium adspirantes. Tertius, & maxime eminens, qualis locis iam allatis describitur, paucorum est, & inter peculiaria Dei dona numeratur. Ea vero fides est, quæ & Dei omnipotentiam tam constanter clareque credit, quam si eam oculis suis cerneret quiduis operantem; & de Dei bonitate tantam concipit fiduciam impetrandi id quod expedit, vt nullo modo vacillet aut hæsitet. Talis fuit Moysis fides, de qua Apostolus ait: *Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem Regis: inuisibilem enim tamquam videns sustinuit.* Itaque non sola fides magna & prodigiosa illa perficit & assequitur, sed plura alia desiderantur, & (vt vidimus) in primis confidentia, per quam ipsa fides operatur; siue fides per fiduciam operans.

1. *Necessitatis.*

2. *Consilii.*

3. *Signorum.*

Heb. 11.

Quæ requirantur ad fidem signorum.

1. *Confidentia.*

Requiritur deinde ordinarie caritas, sine qua homo sit in gratia, auctore D. Ioanne. Cuius ait, *si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus.* Exigit hic Ioannes duo: alterum, vt à grauioris peccati morsu conscientia libera sit; alterum vt conformis sit voluntas nostra voluntati diuinæ in omnibus, vbi præceptum aliquod, ab eo

2. *Caritas.*

1. *Ioan. 3.*

pra

præcipere potest, accesserit. Cuius ratio est, quod sine fiducia fides non operatur. At fiducia inculpatæ conscientiæ & rerum rectè gestarum præsidio, voluntatis item diuinæ executione nititur. Si ergo nos conscientia reprehendat, non modo nihil arduum, nihil heroicum aggredi poterimus; sed etiam flaccescet animus, & in ventum desideria nostra euanescent: eo quod præcipua pars actionis nostræ, auxilium nempe de cœlo veniens, desit. *Longe* enim *à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas, Domine, non exquisierunt.* Adde quod S. Ioannes non tantum fiduciam, sed etiam preces velit adhiberi. *Quidquid*, ait, *petierimus*, at peccatorum preces à Deo non exaudiuntur: requiritur ergo libertas quædam, quæ nascitur ex testimonio bonæ conscientiæ, mente tranquilla, placideque composita. *Psal. 118.* *1. Ioan. 3.*

Fit tamen subinde, vt per peccatores miracula patrentur: expedit enim ad declarationem diuinæ potentiæ, vt Deus interdum malo instrumento res magnas conficiat. *Num & Saul inter Prophetas?* & Balaam mira prædixit. quid? & asinus eius articulate locutus est. nam (vt bene Chrysostomus) *hæc fides non dogmatum est, sed signorum*; atque donum gratis datum, quod sine caritate possit consistere. hinc B. Paulus: *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum.* Raro tamen talibus instrumentis DEVS vtitur, cum non desint aptiora, & ipse eadem aptare possit. *A peccatoribus subinde miracula fieri.* *1. Reg. 10. & 19.* *Num. 23.* *Num. 22.* *Hom. 29. in 1. ad Corinth.* *1. Cor. 12.* *1. Cor. 13.*

3. *Conformitas in voluntate diuina.*

Requiritur tertio, vt ea ipsa, quæ aggredimur pimus, non modo in genere diuinæ voluntati consentiant; sed etiam quoad omnes circumstantias loci, temporis, modi, & alia quæ mera prudentia supernaturalis suggerit, alioquin homines hac gratia abuterentur, & instar circumforaneorum, signa excitarent. Ita testatur S. Ioannes: *Hæc est fiducia quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos: & scimus quia audit nos, quidquid petimus: scimus quoniam habemus petitiones quas postulimus ab eo.*

1 *Ioan. 5.*

4. *Certitudo de euentu futuro.*

His etiam addi debet, vt nobis certo persuadeamus illam esse Dei voluntatem, & credamus ipsum facturum quod postulamus: eo quod hoc opus vel multum promoueat eius gloriam, vel salutem animarum; vel certe omnino sit necessarium. Hoc sane parui momenti nõ est, sed fidem & confidentiam requirit valde eximiam, & magnã atq; intimam cũ Domino Deo coniunctionem. Hoc ipsum verba Seruatoris exigunt, qui ait: *Non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei.* &: *Quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis.*

Mar. 11. Ibidem.

5. *Caritas fraterna. Marc. 11.*

Aliam condicionem Seruator adiecit, nempe vt fratribus dimittamus, si quid contra nos habeamus; subiungit enim proxime post verba iam allata: *Et cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habeatis aduersus aliquem; vt & Pater vester qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra.* Quibus verbis ostendit, non solam fidem sufficere ad aliquid à Deo obtinendum, sed requiri mu-

maxime caritatem fraternam.

Requirit præterea Dominus orationem, quę fidei ſpeique inſtrumentum eſt: requirit & ieiunium. cum enim poteſtatem haberent Apoſtoli pellendi dæmones è corporibus, non potuerũt tamen adoleſcentem obſeſſum liberare; Chriſtus vero inter ceteras & hanc rationem attulit: *Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, niſi per orationẽ & ieiunium.* quaſi dicat: Malorum genera alia aliis ſunt grauiora, & dæmonum alij aliis potentiores, rerum agendarum quædam aliis magnitudine præſtant; ſolus Deus nouit quid expediat, poteſtque omnia: vobis non ita erit ſine recurſu ad Deum, vt ſciatis potentiam hanc non à vobis ſed ab omnipotente prouenire, & cum dependentia & limitatione concedi. 6. *Oratio & ieiunium.* *Matth. 17.*

Fides miraculorum hæc & plura complectitur & requirit; nec mirum; ſtupenda enim ſunt, quæ hac promiſſione continẽtur; atque benigniſſimus Deus hominibus, vt in partem omnipotentiæ ſuæ veniant, indulſiſſe videtur. Res admodum prodigioſa fuiſſet, ſi mons Olueti (hic enim forte deſignabatur) à loco ſuo, & per aerẽ in mare, longo ſpatio translatus abiiſſet. Imperare dæmonibus, eoſque, qui rectores mundi huius ſunt, ex ſua poſſeſſione pellere, res admiratione digna eſt: ſed maius eſt à ſaxis & rupib. audiri, illa ipſa parere homini mortali, moueri loco, per aera deferri. hanc tamen poteſtatem Dominus ſponte & inſinuare, & polliceri, & re ipſa hominibus largiri voluit.

Apoſtolos illam exercuiſſe non legitur: non *Prodigia*

facta. 1. ab Apostolis.

sequitur tamen non feciſſe: maiora præſtiterunt, dũ infinitam vim hominum à ſeruitute dæmonũ ad veri Dei cultum transtulerunt, & vita functos à mortuis excitarunt. In India certe à B. Thoma Apoſtolo confecta olim haud inferiora legimus.

P. Petrus du Iarric. lib. 2. hiſt. Indiæ Orient. c. 17.

Miranda noſtro ſæculo, his non inferiora conſtantur hiſtoriæ. De montis translatione in particulari per Gregorium Thaumaturgum, ſcribit Euſebius Cæſarienſis: *In quodam loco non angusti cum res poſceret Eccleſiam conſtrui, rupem quandam vicini montis ex parte Orientis obiectam, ex alia vero præterfluens fluuius, ſpatium, quantum Eccleſiæ ſufficeret, denegabat: & cum alius omnino non eſſet locus, omneſque mœſtitiam gererent, quod ſolum ad conſtruendam Eccleſiam non haberent: ille fide plena precatuſſe in oratione dicitur, & Dominum* Jesum *promiſſionis ſuæ admonuiſſe fideliter, qua dixit, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, Tollere, & mittere in mare, & vtique fiet. cumque ea plena fide atque deuotione depoſceret, ad lucem mon-tibus populis, inuenta eſt rupes importuna ſecum tantum, quantum ſpatii ad condendam quæ batur Eccleſiam.* Hæc Euſebius. quibus ſimi eſt, quod ibidem de lacu ab eodem ſicca narrat.

Li. 7. Eccl hiſt. ca. 24. in editione vetuſta Pariſienſi. Matth. 17. & 21.

2. *A viris Apoſtolicis*

3. *A ſtudioſis Perfectionis.*

Verum enimuero etſi non omnes ad fidu excellentiam illam attingant, aut donum cula patrandi aſſequi queant; poſſunt tamen tutes iam dictas comparare: fidem intenſa confidentiam, profundam humilitatem, conſcientiam puram, caritatem in Deum & hom

nes

nes singularem, resignationem absolutam ad nutum diuinæ voluntatis, studium orationis, & carnis Deo rationique subiiciendæ potestatem. Hoc ipsum voluit Dominus, cum ait: *Habete fidem Dei.* Non dixit: Transferte montes, euellite profundas arbores verbo, arefacite ficulneas, miracula patrare. Hæc certe non sunt in nostra potestate. Quid ergo? *Habete*, inquit, *fidem Dei.* Hoc in vestra & omnium est potestate. Nihil mandat Deus impossibile, imo & *mandata eius grauia non sunt.* Fidem Dei habere & iubemur & tenemur; hanc curemus: de miraculis viderit Dominus, qui nullum tale præceptum ad salutem necessarium nobis præscripsit. Non ergo hic artem montes transferendi, aut faciendi miracula, profitemur, (sicut nec Christus) sed pellendi incredulitatem ac diffidentiam, acquirendæ augendæque fidei; artem pellendi è nobis dæmones & vitia, nos ipsos superandi, calcandi superbiam, cupiditatem frenandi, extinguendi libidinem; artem acquirendi heroicas virtutes, diuinam gloriam in proximorum salute procuranda promouendi, pro CHRISTO Domino & eius Ecclesia multa & grauia sustinendi, mortem denique acerbam & ignominiosam ad imitationem Capitis nostri oppetendi.

Marc. 11. 1. Ioan. 5.

Ad hæc acquirenda, fides confidentiæ iuncta adeo valet, vt non immerito Christus dixerit: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, nihil impossibile erit vobis.* Ergo ne minima fides montes transferet? quod enim eo minus inter grana?

Virtus grani sinapis cum fiducia comparatur. Matth. 17.

1. Cor. 13. Vtinam & nos omnes fidem haberemus saltem granum sinapis! quæ à B. Paulo *omnis fides dicitur, ita vt montes transferat.* Hac enim sententia Christus doctrinam, quam hactenus tradidimus, luculenter expressit ac comprobauit. In grano sinapis duæ res sunt: vna, moles grani quæ plane exigua est: altera, vis quæ eidem inest, & haec omnino magna est. Talis esse debet eius confidentia, qui aliquid ad Dei gloriam aggredi cupit. Ex parte hominis adeo parua sit necesse est, vt plane de viribus suis diffidat, se nihil posse arbitretur, se abiiciat ac deprimat coram Deo quantum potest, instet orationi, ieiuniis carnem affligat, denique ostendat nullum granum minus esse seipso: ex parte vero Dei, vis confidentiæ maxima esse debet: etsi enim *granum sinapis minus sit omnibus seminibus: cum creuerit, maius est oleribus & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant & habitent in ramis eius.* quod indicium haeretis eximiæ virtutis est; sicut & nos experimur: dum enim teritur dentibus, aut editur, acrimoniam habet, viuacitatem, vehementiam, feruorem suum exerit, cogit sternutare & lacrymas elicit. Hęc omnia & plura efficiet confidentia, si homo demittat, omnem vitet ostentationem, fugiat gloriam; si humilis haberi nolit, sed vilis reputari; si ea, quæ hominum iudicio alta magnaque putantur, auersetur; si ex opposito sentiat de Domino in bonitate, eius omnipotentiam suspiciat, auxilium imploret, ipsum veneretur, eius gloriam deprædicet, propensam eius adoptulandum humilibus voluntatem diligenter per-

In grano sinapis duo esse, vt in confidentia.

1. *Diffidentia sui.*

2. *Fiducia in Deum.*

Matth 13.

Sap. 1.

perpendat & ruminet, totam denique fiduciam & diffidentiam sui & impotentiam in eum proiiciat. Is si montes non transferat, solem non sistat, dæmones profecto ex animo suo & aliorum propellet, cum omnium vitiorum caterua; & longe maiora efficiet, quam si, virgam Moysis manu tenens, prodigia omnia Ægypti iterato renouaret.

CAP. XLII.

Formula spei exercendæ, ad res maxime difficiles superandas, operaque heroica exercenda.

239. QVid ergo nobis timendum est, cum longe plures à nobis stent, quam aduersum nos? & sane Dei virtus & potentia, coniuncta simul eius beneuolentia, instar esse debent omnium; ipse etenim & nobis bene vult, & in nobis de hostibus suis cupit triumphare.

Si igitur exurgat tentatio, formula nimirum fortiter agendi tradenda est, aliquot cautionib. comprehensa; quarum prima hæc est: Si, inquã, persecutio excitetur contra te, si iniuria infera- *Cautio prima. Modus ac ratio aduersa tolerandi.*
tur, si impingatur calumnia, si contumelia tibi coram affingatur, cum magnæ confusionis atq; ignominiæ rubore, si quis te etiam percutiat; illico (quod omnium primum esse debet) ad Dominum te conuerte: huius enim defectu minima occasione oritur in nobis maxima perturba-

tio, quam tamen generosus pugil nullo modo debet admittere.

Principiis obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.

&: *Turpius eiicitur, quam non admittitur, hospes.*

Vrget enim horrende dolor iraque, ex quibus illa perturbatio conflatur: solicitat hæc vt locũ in te inueniat; pulsat, instat, pertentat an repulsam passura sit: quod si te non opponas, tuas, quasi in possessionem furibunda penetrat. Vt ergo non admittatur, memor esto orationcule quam interjaculatorias reposuimus; vt in primis sic preceris cum D. Paulo: *Domine, quid me vis facere?* & Dominus ad te: *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.*

Act. 9.
Psal. 26.

Vult Deus in primis, vt cogitationes actiones, quæ instant & vrgent, tranquillitatem tuam ac pacem turbaturæ, suspendas; certo tibi persuadens, eam Dei esse voluntatem, idque te omnino exigere, vt nimirum id temporis aliud re cogites, ipsum audias, expectes eius consilium, ipsum sustineas: teque obtestatur vt fidelcias per omnia sacra, & beneficia quæ tibi vni quam contulit, de eius auxilio nihil dubites hoc de eventu rei exploratum habeas, quod optime rebus tuis consulet, iniuriam vlturus ipse, tui, vt pupillæ oculi sui, rationem sit habiturus.

In hac appetentis pugnæ acie retundenda magna vis consistit: in hoc maxime puncto (sine aliquo) insigne PERFECTIONIS elucet argumen-

tum

rum. Quoniam primi motus in nostra potestate non sunt, longaque homini experientia ad eos exorientes opprimendos opus est ; magnus vsus ac necessitudo inter DEVM & hominem intercedat necesse est, vt hunc ineuntis pugnæ furorem quispiam acercere ac sustinere valeat.

Sed qua ratione postulantis Domini desiderio, constanter vt resistas, respondebis ? Hanc rationem suggerit Psaltes Regius ; vt nimirum statuas ac dicas, quod & dixit ipse tali casu: *Dixi, Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis.* Optima resolutio, Deoque gratissima, iniuriam vero patienti vtilissima. Tace, nec de bonis quidem loquere. Omnino tace, si fieri potest. Si loquendum, caue ne initio refutes calumniam: alioquin primum, *de sustinendo Domino*, præceptum non seruabis, in tui defensionem plus æquo incensus. Quod si ex naturæ imbecillitate dolorem animi impedire non possis ; tum ad Deum intentius conuertere, cum Propheta dicens : *Redde mihi, Domine, lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Si vero Dei ope hoc primo congressu victoria potiaris, id de te statuo: *Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.* Potiores partes in hostem obtinuisti.

Psal. 38.

Psal. 50.

Verumenimuero, etsi vtcumque pacem retineas, natura tamen natura est ; nec potest tentationem aut persecutionem non persentiscere non

non vtcumque affligi: nec persecutor importunus idcirco ab incepto desistet. Patientia & constantia opus erit, imo & magnanimitate.

Si vero contingeret perturbationem, iram, aliamue affectionem animum penetrasse, eique tranquillitatem ac pacem ob peccatum amissum turbasse; ne animum propterea abiicias sed te facti admissi pœniteat: tum rursus intrepide & alacriter perge, iuxta ea quæ nunc subiecimus. Quod etiam seruandum est, si eadem stupa in progressu contingeret: fragiles enim & labiles sumus; quod per infirmitatem admittitur facile à Deo indulgetur. Imo eidem displicet, si totum abiiceres: & nihil aliud cacodæmon contendebat, dum te in eam perturbationem inducere moliebatur.

Cautio 2. Altera cautio est, vt Deo accidens te eiusdem placito plane resignes ac subiicias; eique gratias agas, quod te dignum faciat aliquid propter iustitia eiusque nomine perpetiendi: nec ab eo discedas, quin animi quietem in hac resolutione nactus sis.

Cautio 3. Tertia cautio. Maximam tui diffidentiam concipies: solet enim vana gloria atque arrogantia, vbi vel minimus successus affulget, illico se repere, finesque vani sese ingerere; quibus animus commendationes hominum ac auram popularem subolfacit; & admirationem eorum considerans, rem agendam quidem concipit, sed non eo modo, quo principio statuerat. Diffidens ergo, & quam demississime de se rebusque suis

suis sentiens, Deo commendet hanc sui diffidentiam: quam si sartam tectam obtineat, accipiet, & quidem magna grati animi significatione, tamquam donum singulare de manu illius; rogans pro futuro, inanem vanitatem hanc sic comprimere dignetur, tantumque odium in illam ingenerare in animo, vt nullum hostem reputet capitaliorem, nullum malum pestilentius, subdola illa voluptate, quæ operi tanto, quod aggreditur, se substernere conatur, quod suo tempore auctum diruat plane atque subuertat.

Adde & quartam: Patronos tuos tutelares esse in auxilium aduocandos. Accedas in primis suppremum illud votorum omnium subsidium Dei Matrem; eique supplex identidem & continenter negotium tuum commenda ac committe: non enim satis est id semel, iterumque fecisse; centies id præstandum est, multis diebus, annis: & lustris, si difficultas vel res superanda vel perficienda tamdiu durauerit. Item Angelum tuum præsidem precare. In hunc finē tua omnia opera referas. Adhibe orationi ieiunium, & si liceat, etiam Eleemosynam; nec finem facias, donec Dei manum apertam eiusque extenta ad tibi opitulandum brachia videris. *Cautio 4.*

Quinta. Adhibe interea diligentiæ quidquid poteris; sapientum vtere consiliis: caue tibi à passione, quæ in re adeo sublimi nouercam sese exhibet, non veram heroicæ actionis matrem: exclu- *Cautio 5.*

excludit mansuetudinem & patientiam, Dei dispositionem abrumpit.

Cautio 6. Sexta. Spem omnem in Deum coniice, qui paratior est ad te iuuandum, quam hostes ad te oppugnandum; ab eo media hostem propellendi exposce. Reminiscere tibi ab Isaia aquilas alas esse datas; vt ad ipsum consilia opemque accepturus transuoles. Apprehende manibus & brachiis Deum adiutorem tuum, facinorum illustrium auctorem tene fortissime; certo scias tot gradibus te Deo fore viciniorem, quot accessionibus spem tuam auxeris ac cumularis. Certe dici non potest, quantum ab eo lucris reportaturus sis. Hostem tuum ex aliquo ac potiori loco inopinato circumuenies; tibique prius prospexeris, quam is tibi nocere potuerit.

Isaiæ 40.

Certissime deinde tibi persuadeas, longe facilius esse, cum iniusto ac maligno, quamcumque callido ac subdolo, Deo adiutore confligere, quam cum eo qui ratione iustisque causis niti videtur, etsi potentia altero longe sit inferior. Testimonio enim optimo conscientiæ tibi robur accedit, & iustitia causæ mirum parit constantiam.

Cautio 7. Septima. Si quid ex voto contingat, caue ne extollaris, quasi meritis tuis aliquid euenerit; sed impense Deo gratias habe, cuius ope feliciter inchoasti. Time semper rei exitum; qui longe tristior erit, si tua culpa aut superbia, post tot suscep-ptos labores, infeliciter in caput tuum deuolua-tur.

uatur. *Non quæruntur*, ait Hieronymus, *in Christianis initia, sed finis.* *Epistola ad Furiam 10.*

Octaua. In omnibus mediis, quæ adhibes, prudenter agas. De aduersario aut bene, aut non male loquaris. Recordare huius consilij Dominici: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderũt vos, & orate pro persequentibus & calumniantib. vos: vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iusto & iniustos.* *cap. 2. Cautio 8.* *Matth. 5.*

Nona. Illud in postremis æstimari non debet vt expugnata difficultate gratias Deo sæpius referas: vt intelligat te arbitrari ac sentire, non ipsum, sed te beneficium accepisse: qui plus honoris beneficiique tibi detulit; etiam multa eius causa patienti, quam merebare. *Cautio 9.*

Denique si nihil succedat adhibita omni diligentia; ne idcirco animum contrahas, aut succenseas: cogita ipsum omnium esse Dominum; tibi gratum acceptumque esse debere, quidquid in oculis eius bene visum fuerit; conscium ipsum esse omnium quæ passus es; experiri hac ratione constantiam tuam; difficile ipsi non esse, aduersos casus in felicissimos successus conuertere; æternis rationibus ac consiliis alia intendere, & hoc rerum euentu disponere ac viam sternere: delictis tuis ac peccatis hanc probationem deberi; post tenebras diem eluescere: denique inter virtutes eam non esse minimam, quæ resignatio vocatur, seu conformatio nostræ cum Dei Optimi Maximi voluntate. Et hæc quidem de difficultate superanda. *Cautio 10.*

240. Eadem ratio seruari debebit, quando opus alicuius momenti aggredimur: hac sola differentia, vt loco primæ & secundæ cautionis Deo offeras opus quod aggredi decreueris, humiliter eius beneplacitum exposcens: cuius Spiritu duce si sentias suscipiendum, illum tibi finem præstitue, qui Deo placeat, cedatque ad eius gloriam: illique toto corde, summa animi demissione, offeras, dedas, ac consecres, atq; abbitis de cetero aliis cautionibus iam explicatis.

Cap. XLIII.

Exempla quædam illustria, quibus hominis in Deum confidentis omnipotentia ostenditur.

241. *Exempla.* Hæc itaque ratio est, qua sancti Patres nostri euasere omnipotentes, summe de se ipsis diffidentes, summe de gloria Dei solliciti, nec minus de superbia sua retundenda, de seipsis abiiciendis, deprimendis, calcandis: eius præsidio plane subnixi, qui sperantibus in se non deest. Vtinam hominum hanc artem perdiscerent! Principes sane orbem breui subiugarent, atque imperio suo adiicerent. *Iosue.* raro subditos haberent rebelles. Sic enim Iosue exiguo spatio totius Palæstinæ Reges deiecit, terram promissionis possessionesque occupauit, & Israelitis distribuit: summaque pace stabilita cum toto populo conquieuit: sic *Dauid.* Dauid Rex circumstantes populos, qui post memoriam hominum perpetuo Dei gentem afflixerant, bel-

belliſque illatis vexauerant atque attriuerant, paruo tempore domuit: ſic denique Machabæi Iudæos à Dei cultu ad idola degenerãtes Reges item & tyrannos terram illam inuadentes, diuina virtute nixi, contriuerunt, & reſtituta pace, glorioſum veri Dei nomen longe lateque per orbem diſſeminarunt. *Machabæi.*

Hos imitatus Conſtantinus Imperator, de Maxentio eiuſque exercitu admirandam victoriam reportauit, Crucis virtute, cui fidebat; de quo Prudentius: *Conſtantinus.*

Hoc ſigno inuictus tranſmiſſis Alpibus vltor
Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus,
Cum te peſtifera premeret Maxentius aula. *Lib. 1. contra Symmachum, poſt mediũ.*

Poſt hunc eodem præſidio Maximinum oppreſſit; de quo ſic ſcribit Nicephorus: *Maximinus bellum maximum irreconciliabili odio mouit, breuius res omnes miſcuit & turbauit, exercitum collegit, ingentes innumeræ multitudinis copias contraxit, ſpe & fiducia dæmonum, nec non armatorum turba plurima ſeductus. Itaque etiam Imperator Conſtantinus vna cum Licinio Cæſare Roma terra marique Orientem verſus profectus eſt, cum exercitu forti & robuſto: quo tamen ille non tantum, quantum ipſius Crucis armatura, confidebat: & poſteaquam in Bithyniam ventum eſt: contra ſceleratum hoſtem, ſigna infeſta iam inferentem, maxima cum fiducia acie inſtructa progreditur. Iuſſerat autem Conſtantinus Magnus Crucis ſignum præferri, quod à Romanis antea labarum dicebatur, ſignis militaribus aliis longe præſtantius, quod id à militibus præferri & adorari lege cautum fuerit. Quam ob cauſam etiam Conſtantinum puto celeberri-* *Lib. 7. c. 37.*

berrimum Romani imperii vexillum in Christi signum mutasse; vt frequenti eius spectaculo & cultu subditi dissuetudinem pristinæ superstitionis venirent: eumq; solum Deum esse arbitrarètur, quem Imperator & Duces eius colentes, propugnatore aduersus hostes vterentur. Hoc igitur signum præferri, & laborantibus periclitantibusq; cohortib. adesse, atque à satellitib. per vices humeris gestari, ordinesq; cum eo circuire iusserat. Salutifera hæc armatura cum sic Constantini actempsisset: Maximinus suis præcepit, vt, quicumque collum certoque iaculari possent, insignum id tela conijcerent, atq; in ipsum confertim cum impetu ferrentur. Quapter is qui id ferebat, (dicitur autem Græca superstitionis fuisse) metu perculsus, alii portandum tradere signa nauit. Atq; ibi alter quidam, patre martyre prognatus, alacriter admodum prosiliuit, thoracem & galeam ge à se abiecit, solaq; tunica tectus signum Crucis arripuit. Porro ille qui sibi à telorũ ictib. cauerat, letalem venere accepto, concidit: qui vero sacratum Crucis signum ferebat, quamuis densæ niuis instar tela in eum emitterentur, à nullo tamen est vulneratus: nã præter opinionem omnem, diuina quadam virtute tela ab hostibus emissa hastæ signi illisa atq; impacta, ab eo q; id ferebat, in medio armorum discrimine versante, auolabant. Dicitur præterea, atq; à Dei amantibus viris creditur, nec alias vmquam tempore, qui signum id tulerit, in sinistrum cidisse casum, aut vulneratum captumue esse. Cæterum prælio cõmisso, tyrannus, q; detestandis magorũ impostoris fretus fuerat, interiore quoq; tunica abiecta, militarique habitu sumpto cum paucis admodum, qui ei bene volebant, euadens, quam celerrime, quo eum pedes ferebant, profugit: & vicum alium alio mutans, vix se hostium manibus subduxit. Hæc Nicephorus.

142. Cum Licinio vero ter iusto prœlio congressus est Constãtinus: semel Cybali in Pannonia, iterum in Thracia, tertio Nicomediæ. Ter victoriam retulit deuicto tyranno: nec deuicto tantum, sed & capitali sentẽtia in eum lata morte mulctato. Hæc tria trophæa Cõstantinum statuisse, hasq; tres laureas adeptum esse solito prę-sidio, hoc est, Crucis potentia & virtute, tradit Eusebius, qui post multa sic ait: *Cum exercitus essent iam prœlium inituri: qui amicitiæ fœdera ruperat,* (nempe Licinius) *primum dimicare exorsus est. Ibi Constantinus Deiomnium Seruatoris auxilio implorato, signoque isto suis militibus dato, in prima dimicatione hostes expugnauit: deinde non longo tempore post secunda etiam pugna tulit superiores: atque adeo iam salutari Seruatoris vexillo exercitum suum antecedente, præclariora victoriæ trophæa consecutus est: nam qua in parte istud Crucis vexillum visum fuit, hostes fugam capiebant, quos victores persequebantur. Qua re intellecta, Imperator, sicubi partem aliquam sui exercitus lãguentem cernebat, ibi salutare illud vexillum, tamquã quoddam subsidium ad victoriam obtinendam, locari mandauit, cuius adiumentis exemplo parta est victoria: quippe dimicantium vires diuina quadam potentia fuerunt admodum confirmatæ.* Hæc Eusebius. *Lib. 2. vitæ Constant. c. 3. & 4.*

143. Theodosius quoque senior, cum Eugenio tyranno de rerum summa decertaturus, salutiferæ Crucis vexillum prætulit: & cum nonnulli, ob dubium euentum, suaderent Imperatori vt bellum ad proximum veris initiũ differret; Imperator fidelissimus eorum responsum repudiauit, auctore Theodoreto: nam, *Non committendũ est,* *Theodosius.* *Lib. 5. hist. c. 24.*

Lib. 5. hist. c. 24. *est*, inquit, *vt salutaris Crux tanta arguatur imbecillitatis, Herculisque statuæ* (hanc enim suo exercitui præferebat Eugenius) *tantum virtutis nostro testimonio tribuatur: quippe vt Crux nostrum exercitum, ita illa hostiũ antecedit.* Crucis igitur virtute victoriam adeptus est, capto & interfecto tyranno, copiisque omnibus exitu plane insperato animo letis, aut in fœdus receptis: & visis, prídie cum pugnatum est, duobus Apostolis Ioanne & Philippo, qui trepidanti & anxio exercitui animum ad pugnam addiderunt.

Osualdus. 244. Imperatorum Romanorum pietatem imitatus est Osualdus Anglorum Rex, qui Crucem statuit, & ad eam cum toto exercitu suo preces fudit, priusquam manus conseret cum impio Britonum Duce. Regis vero fiduciam non modo læta victoria, sed plurimis miraculis Deus remunerauit atque illustrauit. Gratum erit de-

Lib. 3. hist. Angl. c. 2. tomo 3. dam rei seriem fideliter narrantem audire. Osualditur, inquit, *vsque hodie & in magna veneratione habetur locus ille, vbi venturus ad hanc pugnam Osualdus signum sanctæ Crucis erexit, ac flexis genibus Deum deprecatus est, vt in tanta rerum necessitate suis cultoribus cœlesti succurreret auxilio. Denique ferunt quod facta citato opere Cruce, ac fouea præparata, in qua statui deberet, ipse fide feruens hanc arripuerit, atque in foueæ impositione, atque vtraque manu erectam tenuerit, donec, aggesto à militibus puluere, terræ figeretur: quo hoc facto, elata in altum voce, cuncto exercitui præcinuerit, Flectamus omnes genua, & Deum omnipotentem viuum ac verum in communi deprecemur, vt nos ab hoc hoste superbo ac feroce sua miseratione de-*

dat: scit enim ipse, quia iusta pro salute nostræ gentis bella suscepimus. Fecerunt omnes vt iusserat: & sic incipiente diluculo in hostem progressi, iuxta meritum suæ fidei victoria potiti sunt. In cuius loco orationis, innumeræ virtutes sanitatum noscuntur esse patratæ, ad indicium videlicet ac memoriam fidei Regis: nam & vsq; hodie multi de ipso ligno sacrosanctæ Crucis assulas excidere solent: quas cum in aquas miserint, iisque languentes homines ac pecudes potauerint, siue asperserint mox sanitati restituuntur. Hæc Beda.

245. O vtinam Reges exemplo sanctorum Imperatorum, manus conserturi, spem omnem suam in Deo reponerent, eius vnicam gloriam & publicæ rei bonum quærentes! *Non est abbreuiata manus Domini.* Scripturæ nihil pæne aliud continent: veteris Testamenti paginæ hisce mirandis virtutib. pleniſſimæ sunt: vt merito Dauid qui experimento didicit hoc Dei præsentissimum auxilium, Regibus quasi succensens inclamet, *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.* *Abhortatio.* *Isa. 59.* *Psal. 2.*

246. Victoriæ ac trophæa de hostibus spiritualibus reportata, toto nouo Testamento explicantur: mirandumque magis est, duodecim homines vel piscatores, vel sortis humilioris, dæmonis, Imperatorum, Principum, tyrannorum minas tormentaque contempsisse, superasse, irrisisse: imo idipsum tenellos pueros præstitisse;

puellulas vix duodennes alioſque infinitos deb-
lis magna gloria triumphaſſe; pauperes denq;
homunculos tot hominum milliaad fidem cō-
uertiſſe, ad Crucifixum adorandum, eundemq;
Deum eſſe profitendum, adduxiſſe; vniuerſum
denique orbem Chriſtianis legibus ac gloria il-
luſtraſſe: *vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæ-*
leſtium, terreſtrium, & infernorum: longe, inquā,
maius eſt, quam exercitum quantumcunque
copioſum profligare. illi enim ſemel id fecerunt
quotidie Chriſti pugiles hoſtem ſternunt: illi
numerum ceciderunt qui poſſit iniri, hi inn-
merabiles profligant: illi viſibiles aduerſarios, hi
inuiſibiles iuxta ac viſibiles Chriſto ſubiiciunt:
illi denique mortales & natura imbecilles, hi
fortiſſimos dæmones: eorumque victoriæ tri-
phæum, ſperantium (inquam) in Domino, fir-
plantarunt, fracta ſuperbiaque ſuperſtitione. Re-
ligio Chriſtiana viget & vigebit; & ſi contingat
hominum incuria ac peccatis ad tempus hanc e-
ſcere, non deerunt filij, qui parentum virtute in-
flammati exurgent, ruinaſque rurſus excitent
atque erigant: vt Deus cognoſcatur idem ille
qui ſemper fuit: *magnificus in ſanctitate, terribilis*
atque laudabilis faciens mirabilia.

Exod. 15.

Hactenus de Praxi & Negotiatione ſpiritus
in genere: nunc de vſu exercitioque virtutum &
vitiorum in particulari dicendū foret. Deus ve-
bis vitam, otium, gratiamque largiatur, cui
honor & gloria in ſæcula ſæcu-
lorum. Amen.

Philip. 2.